94 Το δὲ ΕΛΕΓΕΙΟΝ *μέτρον, τινὲς μὲν πεντάμετρον αὐτό φασιν εἶναι, συντιθέντες, τὰς μὲν δύο χώρας αὐτοῦ, τὴν πρώτην καὶ τὴν δευτέραν, ἀπὸ δακτύλου καὶ σπονδείου ἀδιαφόρως, ἢ ἀμφιμάκρου, ἢ παλιμβακχείου, καθαρῶν μέντοι καὶ ἐν τάξει δακτύλων κειμένων, ὡς καὶ ἐν τῷ ἡρωϊκῷ εἴρηται· τὴν δὲ τρίτην, ἐκ σπονδείου·* [a] *τὴν δὲ τετάρτην ἐξ ἀναπαίστου ἢ χορείου, διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς τελευταίας συλλαβῆς. βέλτιον δὲ οὕτω μετρεῖν· ἐπεὶ καὶ εἰς δύο διῄρηται πενθημιμερῆ, εἰς μέρος λόγου ἀπαρτιζόμενα κατὰ τὴν τομήν· πενθημιμερὲς δέ ἐστι τὸ ἐκ δύο ποδῶν καὶ συλλαβῆς. ἐπιδέχεται οὖν κατὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν χώραν δάκτυλον καὶ σπονδεῖον ἀδιαφόρως, ἢ καὶ παλιμβάκχειον, ἢ ἀμφίμακρον, θεραπευομένους, ὡς εἴρηται· εἶτα συλλαβὴν μακρὰν ἀπαρτιζομένην εἰς μέρος λόγου· καὶ μετὰ ταύτην πάλιν ἕτερον πενθημιμερὲς ἐκ δύο δακτύλων καὶ συλλαβῆς ἀδιαφόρου, οἷον,*

Νηΐδες οἷ μούσης οὐκ ἐγένοντο, φίλοι.

τούτου γὰρ ἡ τομή ἐστιν ἐν τῷ μούσης. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον πενθημιμερές ἐστιν ἐκ δακτύλου καὶ σπονδείου, καὶ συλλαβῆς μακρᾶς, ὅπερ ἐστὶν, ὅτε καὶ ἀμφοτέρους τοὺς πόδας ἐπιδέχεται δακτύλους ἢ σπονδείους, ἢ καὶ τὸν πρῶτον σπονδεῖον καὶ τὸν δεύτερον δάκτυλον· τὸ δὲ δεύτερον πενθημιμερὲς πάντως ἔχει δύο δακτύλους καὶ συλλαβὴν ἀδιάφορον.

Ἰστέον ὅτι οἱ ἀρχαῖοι ἐποίουν στίχους δύο μείζους, καὶ ἕνα ἐλάττονα. τῶν οὖν μειζόνων τὸν πρότερον στροφὴν ἐκάλουν, παρὰ τὸν βωμὸν ἐν ταῖς ἑορταῖς ᾄδοντες αὐτὸν καὶ χορεύοντες· τὸν δὲ δεύτερον ἀντίστροφον, ἐναλλάξαντες τὴν χορείαν· τὸν δὲ ἐλάττονα, ἐπῳδὸν, ᾄδοντες αὐτὸν ἑστηκότες. ἐδήλου δὲ, ὥς φασι, ἡ μὲν στροφὴ τὴν τῆς ἀνωτάτω σφαίρας κίνησιν· ἡ δὲ ἀντίστροφος, τὴν τῶν πλανωμένων· ἡ δὲ ἐπῳδὸς, τὴν τῆς γῆς ἠρεμίαν.

---

[a] τὴν δὲ τετάρτην ἐξ ἀναπαίστου, τὴν δὲ πέμπτην ἐξ ἀναπαίστου ἢ χορείου, Hermannus *de Metris*, p. 233.

ΕΚ ΤΩΝ

ΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥ ΚΟΙΝΤΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΜΟΥΣΙΚΗΣ.

ΑΡΧΗ *μὲν οὖν ἡ τῆς μετρικῆς ὁ περὶ στοιχείων λόγος· εἶθ' ὁ περὶ συλλαβῶν· εἶθ' ὁ περὶ ποδῶν· εἶθ' οὕτως ὁ περὶ τῶν μέτρων· τελευταῖος δὲ ὁ περὶ ποιήματος, πρὸς ἔνδειξιν τοῦ σκοποῦ τῆς μετρικῆς παρατιθέμενος.*

Στοιχεῖον μὲν οὖν ἐστι φωνῆς ἐνάρθρου μέρος ἐλάχιστον. Τῶν δὲ στοιχείων τὰ μὲν τορὸν καὶ ἐξάκουστον προϊέντα τὸν ἦχον, φωνήεντα λέγεται· τὰ δὲ ἀμυδρῶς τῆς ἀκοῆς καθικνούμενα, ἡμίφωνα· τὰ δὲ μικρὸν καὶ ἀμαυρὸν ἠχοῦντα παντάπασιν ἄφωνα, [a] *οἷον ὀλιγόφωνα, προσ-*
αγορεύεται. Τῶν μὲν οὖν φωνηέντων τὰ μὲν ἐλαχίστῳ 44
χρόνῳ προενεχθῆναι δυνάμενα, βραχέα λέγεται· τὰ δ' ἐξ ἀνάγκης μείζονι, μακρά· τὰ δ' ἐπαμφοτερίζοντα τῷ χρόνῳ, καλεῖται δίχρονα. Τῶν δ' ἡμιφώνων τὰ μὲν δύο συμφώνοις ἐν τοῖς μέτροις ἰσοδυναμοῦντα, λέγεται διπλᾶ· τὰ δὲ ἔλαττον ἑνὸς συμφώνου δυνάμενα κατὰ συμπλοκὰς, ὑγρὰ καλεῖται· τὰ δὲ μηδετέρας τούτων κοινω-

[a] Verba οἷον ὀλιγόφωνα desunt MS. Magd. Meibomius citat Martianum Capellam lib. iii. *Mutæ ideo hoc nomine nuncupantur, quoniam nisi illis vocales associatæ succurrerint, intra oris sonitum ante auspicia moriuntur.*

νοῦντα διαφορᾶς, ἰδιαζόντων μέντοι γε ἀφώνων, τὰ μὲν ἐπιπολῆς κινοῦντα τὸ πνεῦμα, ψιλά· τὰ δὲ ἔνδοθεν μετὰ σφοδρότητος ἐξάγοντα, δασέα· τὰ δὲ μεταξὺ ποιοῦντα, μέσα προσαγορεύεται.

Τούτων συντιθεμένων γίνονται συλλαβαὶ, ταῖς τῶν φωνηέντων διαφοραῖς, ὧν ἐπέχουσιν, ὁμώνυμοι. Καὶ αἱ μὲν ἐξ ἑνὸς ἔχουσι τὰς δυνάμεις· αἱ δὲ ἐκ πλειόνων. Καὶ τούτων αἱ μὲν ἐκ φωνηέντων, ὡς αἱ δίφθογγοι, ἃς ἤτοι κατὰ κρᾶσιν, ἢ κατὰ συμπλοκὴν, [b]κατ' ἐπικράτειαν γίνεσθαι φαμέν· αἱ δὲ καὶ διὰ συμφώνων, ὡς αἱ θέσεις σχηματιζόμεναι. Αἱ μὲν οὖν μακρὸν ἔχουσαι [c]στοιχεῖον, ἢ δίχρονον ἐκτεινόμενον, ἢ [d]βραχὺ στοιχεῖον διχρόνῳ συμπλακὲν, ἢ δίχρονα δύο ἀλλήλοις συμπλακέντα, καλοῦνται μακραί· αἱ δὲ βραχὺ φωνῆεν, ἢ δίχρονον συστελλόμενον, ἤτοι καθ' αὑτὸ, ἢ μετὰ ἁπλοῦ συμφώνου, βραχεῖαι
45 λέγονται. Καὶ αὗται μὲν φυσικαὶ τῶν συλλαβῶν διαφοραί. Γίνονται δέ τινες καὶ κατὰ πρόσθεσιν τῶν συμφώνων μακραὶ συλλαβαί· ἤτοι διὰ τὴν ἰδίαν θέσιν προσλαβοῦσαι μῆκος, ὡς ἡ εἰς δύο σύμφωνα λήγουσα· ἢ εἰς ἓν διπλοῦν· ἢ ἀπὸ τῶν ἑξῆς, ὡς ἡ ἔχουσα δύο σύμφωνα ἐπιφερόμενα, ἢ ἓν διπλοῦν· ἢ ἀπ' ἀμφοτέρων, ὡς ἡ λήγουσά τε εἰς ἁπλοῦν, ἔχουσά τε ἐπιφερόμενον ἁπλοῦν. Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων δέδεικται τὰ μεγέθη τῶν στοιχείων τοῖς διαστήμασιν ἰσάριθμα τοῦ τόνου. Τὸ μὲν γὰρ ἐλάχιστον αὐτῶν τοῦ μεγίστου τεταρτημόριόν ἐστιν, ὡς ἡ δίεσις τοῦ

[b] ἢ κατ' ἐπικρ. legendum censeo. *Meibom.*

[c] Pro στοιχεῖον hic et infr. mallem φωνῆεν. *Meibom.*

[d] Ut syllaba ει in εἶδος, syllaba οι in οἶκος, sic εὖρος, οὖρος. Sequentis versus exempla sunt, αι, αυ, υι, in nominibus αἷμα, αὖλαξ, ἅρπυια. Hos duos versus uno vocabulo comprehendere potuisset, scribendo, ἢ δίφθογγον. *Meibom.*

τόνου· τὸ δὲ μέσον, ἥμισυ μὲν τοῦ μείζονος, διπλάσιον δὲ τοῦ ἐλάσσονος. Τῆς μὲν γὰρ μακρᾶς ἡμίσεια ἡ βραχεῖα· τῆς δὲ βραχείας, ἁπλοῦν σύμφωνον. Δῆλον δὲ ἐκ τοῦ τὴν βραχεῖαν ἢ διπλοῦ συμφώνου παρατεθέντος, ἢ ἑνὸς φωνήεντος, γενέσθαι μακράν. Ἔτι τῶν συλλαβῶν αἱ μὲν οἷαι καθ' ἑαυτὰς θεωροῦνται, τοιαῦται κἂν ταῖς παραθέσεσι τῶν ἑπομένων φαίνονται· αἱ δὲ μεταβάλλουσαι, ὡς ἔκ τε τῶν θέσει μακρῶν, κἀκ τῶν κοινῶν ἔστι συνιδεῖν. Ἐκ γοῦν τῶν εἰρημένων διαφορῶν ἐν ταῖς συλλαβαῖς, διαφοραὶ συνίστανται τῶν λεγομένων κοινῶν ἢ μέσων ἐν τοῖς ποσί. Μέσαι μὲν οὖν εἴρηνται καὶ κοιναὶ, διὰ τὸ ποτὲ μὲν βραχείας, ποτὲ δὲ μακρὰς ἐκπληροῦν χρείας. Τούτων δὲ αἱ μὲν ἀπὸ τῶν φύσει μακρῶν λαμβάνονται, ὅταν εἰς φωνῆεν μακρὸν λήγῃ συλλαβὴ, τῆς ἑξῆς ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένης. Τῷ γὰρ οὐκ ἔχειν μεταξὺ συμφώνων τὸ 46
συνάπτον αὐτὰς, κεχηνότας ἀπεργαζόμεναι τοὺς ἤχους, τὴν τῆς φωνῆς διαλύουσιν εὐτονίαν· ἥ τε ἡμετέρα σπουδὴ τοῦ τὴν δευτέραν ἐπιλαβεῖν διὰ τὴν τῆς φωνῆς συνέχειαν, πρὶν ἐντελῆ [e] προσενέγκασθαι τὴν προτέραν, τῆς τοῦ καθηγουμένου τόνου μακρότητος ἀποτέμνεται. Αἱ δ' ἀπὸ τῶν φύσει βραχειῶν ὅταν εἰς μέρος λόγου συλλαβὴ λήγῃ· ἡ γὰρ μεταξὺ διάστασις τῆς τοῦ προτέρου τελευτῆς, καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου, μῆκος [f] τῆς συλλαβῆς παρέχεται. Αἱ δὲ ἀπὸ τῶν θέσει μακρῶν, ὅτε δυοῖν ἐπιφερομένοιν συμφώνοιν, τὸ μὲν ἄφωνόν ἐστι· τὸ δὲ, ὑγρόν· ὑπὸ γὰρ τοῦ καθηγουμένου τῆς συμπλοκῆς στοιχείου, παχυφωνοτέρου τυγχάνοντος, [g] ὁ τοῦ δευτέρου λεπτότερος ὢν ἐκ-

---

[e] Melius puto προενέγκασθαι. *Meibom.*

[f] τῇ συλλαβῇ MSS. Ox. Melius. *Meibom.*

[g] Videtur subaudiendum esse ἦχος, licet non præcesserit. A-

θλίβεταί τε καὶ πιέζεται. Πάλιν τούτων τινὲς ἀπὸ μὲν τῶν φύσει μακρῶν ἧττον κοιναὶ γίνονται, ὅταν ἡ φωνηέντων πάσχουσα συλλαβὴ σύγκρουσιν, εἰς μέρος λόγου τε λήγῃ, καὶ διὰ [h] φθόγγων γίνηται τῶν κατὰ συμπλοκήν, λέγω δὲ τῶν δι' αὐτῶν συντιθεμένων· [i] εὐτονωτέρους γὰρ [k] οὕτως ποιοῦνται τοὺς ἤχους, ἀμφότερα φανερῶς ἐκβοῶσαι τὰ φωνήεντα. [l] Ἀπὸ δὲ τῶν βραχειῶν, ὅταν εἰς μέρος λόγου λήγουσα συλλαβὴ φωνηέντων πάσχῃ σύγκρουσιν λίαν ἀσθενής· μῆκος δὲ προσλαμβάνουσα πλέον ἢ κατὰ κοινὴν, τὸ ἀρκτικὸν τῆς μετ' αὐτὴν συλλαβῆς στοιχεῖον συμβαίῃ δασύνεσθαι. Αἱ δ' ἀπὸ τῶν θέσει μακρῶν,
47 ὅτε καθηγησαμένου κατ' ἐπιφορὰν ἀφώνου [m] τὸ μ̄ τῶν ἀμεταβόλων συμπλέκεται. Τῶν γὰρ λοιπῶν ὑγρῶν κατὰ πρόεσιν πνεύματος ἐκφωνουμένων, τοῦτο μόνον ἐμφράττοντες [n] ἡμῶν τοὺς πόρους ἐκφωνεῖν βιαζόμεθα. Κατὰ γοῦν τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐναντιοπαθοῦν τὸ φωνητικὸν ὄργανον οὐκ ἀπεικότως [o] κολούει τὴν τῆς φωνῆς ὁμαλότητα. Τοιγαροῦν κἂν [p] ἀμετάβολον αὐτῷ συμπλέξωμεν, ἀμφότερά τε τρανῶς ἐθέλοιμεν ἐκφωνεῖν, οὐκέτι κοινὴν, θέσει δὲ μακρὰν τὴν συλλαβὴν ποιησόμεθα. Ἀμέλει καὶ τῶν ἀρχαίων

---

lias bene foret, τὸ τοῦ δευτέρου λεπτότερον ὄν. *Meibom.*

[h] φθόγγων] Scribendum censeo φωνηέντων. Certe per ſonos intelligere debemus vocales. Sunt autem φωνήεντα κατὰ συμπλοκὴν vocales per connexionem, ex quibus diphthongus fieri poteſt, ut αι, αυ, ει, ου. *Meibom.*

[i] pro εὐτονωτέρους leg. εὐφωνοτέρους. *Meibom.*

[k] οὕτως] leg. e MSS. αὗται ſc. συλλαβαί. *Meibom.*

[l] ἀπὸ δὲ τῶν βραχειῶν] Mallem ut ſupra φύσει βραχειῶν ἧττον κοιναὶ γίνονται. *Meibom.*

[m] Idem ſenſit Heliodorus apud Hephæſtionem p. 7. Immerito illum reprehendit Hephæſtio. *Meibom.*

[n] Quid ſi χειλῶν τοὺς πόρους, labiorum vias? *Meibom.*

[o] κωλύει MSS.

[p] Per ἀμετάβολον intelligitur ἡμίφωνον. Idem docet Hephæſtio p. 5. *Meibom.*

τινὲς, βουληθέντες τὴν προκειμένην τούτῳ βραχεῖαν πολλαχοῦ ποιεῖν, τὸν μὲν τοῦ μ̄ παρατρέχουσι φθόγγον, τὸν δὲ τοῦ ν̄ μόνον ἐξάκουστον ἀποστέλλουσι. Χρὴ δὲ κἀκεῖνο θεωρεῖν, ὡς εἰ μὲν μόνην τὴν συλλαβὴν ἐθέλοιμεν [q] κινεῖν, ἐκ τῶν ἑαυτῆς στοιχείων τὸ μέγεθος αὐτῆς ἡμῖν ἐπιγνωστέον· εἰ δὲ ἐν ποδικῷ σχήματι, καὶ τὴν ἑξῆς προσληπτέον πρὸς ἐντελῆ γνῶσιν τῆς τοῦ ποδὸς ἐπισκέψεως. Αὐτίκα παντὸς μέτρου τὴν τελευταίαν ἀδιάφορον ἀποφαινόμεθα, μηδεμιᾶς αὐτῇ συλλαβῆς ἐπιφερομένης, δι' ἧς ἀφωρισμένως ἑνὸς μεγέθους αὐτὴν ἂν εἰπεῖν προσήκει.

Τούτων δὴ συντιθεμένων ἀλλήλαις γίνονται πόδες· παρὸ καὶ συστήματα συλλαβῶν [r] εἴρηται. Δύο μὲν οὖν συντεθεῖσαι γίνονται τέσσαρες· ἢ γὰρ ἄμφω βραχείας ἔχων γίνεται πυῤῥίχιος, ὁ καὶ παρίαμβος· ἢ μακρὰς, 48
σπονδεῖος· ἢ βραχεῖαν καθηγουμένην, ἑπομένην δὲ μακρὰν, ἴαμβος· ἢ ἐναντίως, τροχαῖος. Τριῶν δὲ συγκειμένων, ὀκτώ· ἢ γὰρ τὰς τρεῖς βραχείας [s] ἔχει, καὶ ποιεῖ χορεῖον· ἢ τὰς τρεῖς μακρὰς, καὶ ποιεῖ μολοσσὸν, ἀπὸ ἔθνους οὕτω προσαγορευόμενον· ἢ μίαν μακρὰν, τὰς δὲ λοιπὰς βραχείας κατὰ τὰς τρεῖς χώρας, καὶ ποιεῖ δάκτυλον, ἀμφίβραχυν, ἀνάπαιστον· ἢ μίαν βραχεῖαν καὶ δύο μακρὰς ἀμοιβαδὶς, καὶ γίνεται βακχεῖος, ἀμφίμακρος, παλιμβακχεῖος. Τεσσάρων δὲ συλλαβῶν ἐκτεθεισῶν γίνονται πόδες δέκα ἕξ, οὓς δυνατὸν διὰ τῶν ὁμοίων θεωρεῖν μεθόδων· ἢ γὰρ τέσσαρας ἔχων βρα-

---

q κινεῖν] Puto legendum ἰδεῖν vel κατιδεῖν. *Meibom.*

r εἴρηται] Mallem εἴρηνται. ſc. οἱ πόδες. Ibidem O. συντεθεῖσαι. pro quo omnino leg. συντιθεισῶν, ut p. 48. *Meibom.*

s ἔχει] Aliquid deeſſe videtur: vel oratio eſt ἀνακόλουθος. Quo enim reſpicit verbum ἔχει? Reſtituerim non ὁ πούς, ſed ἡ λέξις. *Meibom.*

χείας καλεῖται προκελευσματικὸς, ἢ τέσσαρας μακρὰς, δισπονδεῖος· ἢ δύο βραχείας ἡγουμένας ἔχων, δύο δὲ μακρὰς ἑπομένας, ἰωνικὸς ἀπ' ἐλάσσονος· ἢ ἐναντίως ἐσχηματισμένος, ἀπὸ μείζονος· ἢ περιεχούσας ἔχων τὰς μακρὰς, ἐν μέσῳ δὲ τὰς βραχείας, χορίαμβος· ἢ ἐναντίως ἔχων, ἀντίσπαστος· ἢ τὰς μὲν μακρὰς ἐν περιτταῖς ἔχων χώραις, τὰς δὲ βραχείας ἐν ταῖς ἀρτίοις, διτρόχαιος· ἢ ἐναντίως ἔχων, διΐαμβος· ἢ μίαν μὲν μακρὰν ἔχων, τὰς δὲ λοιπὰς βραχείας, παίωνας ποιεῖ τέσσαρας, ἀπὸ τοῦ τόπου τῆς μακρᾶς τὴν ὀνομασίαν λαμβάνοντας· τὸν μὲν [t] οὖν πρώτην ἔχοντα, πρῶτον· τὸν δὲ δευτέραν, δεύτερον, καὶ τὰς ἑξῆς ἀνάλογον. Εἰ δὲ μίαν μὲν
49 ἔχει βραχεῖαν, τὰς δὲ λοιπὰς μακρὰς, τοὺς ἐπιτρίτους ἀποτελεῖ, ἀπὸ τῆς χώρας, ἐν ᾗ τίθεμεν τὴν βραχεῖαν, κατὰ ταυτὰ τοῖς παίωσι τὴν ὀνομασίαν λαμβάνοντας. Ἐπίτριτον δὲ καλεῖται τὸ σχῆμα, ἐπεὶ συνέστηκεν ἐκ ποδῶν λόγον ἐχόντων ἐπίτριτον, ὃν ἔχει τέσσαρα πρὸς τρία. Ὁ μὲν γὰρ τῶν δισυλλάβων ἐν αὐτῷ τρίσημος· ὁ δὲ τετράσημος. Τούτων πάλιν συντιθεμένων γίνονται πόδες, δισυλλάβων μὲν καὶ τρισυλλάβων πεντασύλλαβοι [u] λβ'· τῶν δὲ τρισυλλάβων ἀλλήλοις παρατιθεμένων, ἑξασύλλαβοι ἑξηκοντατέσσαρες, οὓς καὶ μετρικὰς προσαγορεύουσι συζυγίας. Μέχρι γὰρ ἑξάδος ηὐξήθη συλλαβή τε καὶ πούς, καὶ μέτρον, διὰ τὴν τοῦ ἀριθμοῦ τελειότητα,

---

[t] οὖν MSS. deinde καὶ τοὺς ἑξῆς ſc. παίωνας. *Meibom.*

[u] λβ. Quum enim quatuor ſint pedes diſyllabi et octo triſyllabi, iis inter ſe multiplicatis 32 pedes quinûm ſyllabarum conſurgunt. Atque hoc liquebit, ſi ſingulis diſyllaborum octo triſyllabi addantur. Eodem modo ſingulis triſyllaborum ad octo triſyllabos additis, habebuntur hexaſyllabi pedes 64. *Meibomius.*

καὶ τῷ περιέχεσθαι πάντας ἐν αὐτῷ τοὺς τῆς [x] συμφωνίας λόγους.

Ἐκ δὴ τῶν ποδῶν συνίστανται τὰ μέτρα. Μέτρον μὲν οὖν ἐστι σύστημα ποδῶν ἐξ ἀνομοίων συλλαβῶν συγκείμενον, ἐπὶ μῆκος σύμμετρον. Διαφέρειν δὲ τοῦ ῥυθμοῦ φασιν, οἱ μὲν, ὡς μέρος ὅλου· τομὴν γὰρ ῥυθμοῦ φασιν αὐτὸ, παρὸ καὶ μέτρον εἰρῆσθαι, διὰ τὸ μείρειν, ὃ σημαίνει, μερίζειν· οἱ δὲ κατὰ τὴν ὕλην. Τῶν γὰρ γινομένων ἐκ δυοῖν ἀνομοίων τοὐλάχιστον [y] γεννώμενον, τὸν μὲν ῥυθμὸν ἐν ἄρσει καὶ θέσει τὴν οὐσίαν ἔχειν· τὸ δὲ μέτρον ἐν συλλαβαῖς, καὶ τῇ τούτων ἀνομοιότητι. Ταύτῃ τοι ῥυθμὸν μὲν συνίστασθαι καὶ διὰ τῶν ὁμοίων συλλαβῶν, καὶ διὰ τῶν ἀντιθέτων ποδῶν· μέτρον δὲ διὰ μὲν τῶν πάσας ὁμοίας [z] ἐχόντων μηδεπώποτε· διὰ δὲ τῶν ἀντιθέτων ὀλιγάκις. Τῶν δὴ μέτρων πρωτότυπα μέν ἐστι καὶ ἁπλᾶ τὸν ἀριθμὸν ἐννέα· δακτυλικὸν, ἀναπαιστικὸν, ἰαμβικὸν, τροχαϊκὸν, χοριαμβικὸν, ἀντισπαστικὸν, ἰωνικὰ δύο, παιωνικόν. Τούτων τὰ μὲν ἄλλα μέχρι τεσσάρων ποδῶν εὐπρεπῶς ηὔξηται· τὸ δὲ δακτυλικὸν, ὅτε καταληκτικὸν γίνεται μέχρι ϛ'. [a] Τὸ μὲν γὰρ καθ' ἕνα βαίνεται πόδα, καὶ προχωρεῖ σύνεγγυς κδ χρόνων, ἰσαρίθμων ταῖς ἐν τῷ διὰ πασῶν διέσεσι· τὰ δὲ, κατὰ [b] διποδίαν ἢ βαίνοντα

---

[x] συμφωνίας λόγους. Hoc de numero conſonantium intelligendum, quarum ſex cum Ariſtoxeno plerique omnes Harmonici ſtatuebant, recepta in illarum numerum, contra Pythagoricorum ſententiam, dia paſon et dia teſſaron conſonantia. *Meibom.*

[y] γεννώμενον] Cod. Scal. γεννωμένων. Oxon. γενωμένων. Melius ſcriberetur γενόμενον. *Meibom.*

[z] Bene Cod. Magd. ἐχόντων ποδῶν μηδὲ πώποτε. Sed ultimum melius conjunctim. *Meibom.*

[a] τὸ μέν. Scribo τὰ μέν. *Meibom.*

[b] διποδίαν ἢ βαίνοντα] Codd. Ox. διποδίαν ἢ συζυγίαν καὶ προχώρων χρόνων, ἢ ὀλίγῳ πλειόνων.

τὸ προειρημένον τῶν χρόνων πλῆθος διαιροῦντες εἰς δύο σύνθετα προσηγόρευσαν. Τῶν δὲ μέτρων τὰ μὲν ἀκατάληκτα καλεῖται, ὅσα ταῖς ἐνούσαις συλλαβαῖς συναπαρτίζει τοὺς πόδας· ἃ δὲ καταληκτικὰ, ὅσα συλλαβὴν ἀφαιρεῖ τοῦ τελευταίου ποδὸς, σεμνότητος ἕνεκεν τῆς μακροτέρας καταλήξεως· τὰ δὲ βραχυκατάληκτα, οἷς ποὺς δισύλλαβος ἐλλείπει· τὰ δ' ὑπερκατάληκτα, ἐν οἷς μία συλλαβὴ περισσεύει. Εἰ γὰρ ποὺς πλεονάζει, ταυτὸν γίνεται τῷ βραχυκαταλήκτῳ. Καὶ μὴν ἃ μὲν αὐτῶν ἐστι δίμετρα, ἃ δὲ τρίμετρα, ἃ δὲ τετράμετρα, ἕως ἕξ. Ἔτι τὰ μὲν διὰ μόνων τῶν ἰσοχρόνων γίνεται ποδῶν· τὰ δὲ, διὰ πλεοναζόντων τοῖς χρόνοις. Καὶ τὰ μὲν δέχεται τοὺς ἰσοχρονοῦντας, εἰ δύναιτο τὴν αὐτῶν διατηρεῖν φύσιν· τὰ δ' οὐχὶ, ὅσα διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν εἰς ἑτέρου
51 μέτρου φαντασίαν περιΐσταται. Πάλιν τὰ μὲν αὐτῶν ἐξ ὁλοκλήρων ἄρχεται τῶν ποδῶν, ὧν τὰς ἐπωνυμίας ἔχει· τὰ δὲ ἐξ ἐλαττόνων, ὡς τὰ λογαοιδικά. Καὶ τὰ μὲν ποιεῖται συνεκφωνήσεις συλλαβῶν, χρείας ἕνεκεν μέτρου· τὰ δὲ οὐχί. [c] Συνεκφώνησις δέ ἐστιν, ὅτε διὰ τὴν τοῦ ποδὸς συμμετρίαν, δύο συλλαβὰς σύμφωνον οὐκ ἐχούσας μεταξὺ, ἤτοι δύο βραχείας, ἀντὶ μιᾶς βραχείας ἢ βραχεῖαν καὶ κοινὴν ἀντὶ κοινῆς, ὅπερ γίνεται σπανίως· πάλιν δύο βραχείας, ἢ βραχεῖαν καὶ μακρὰν, ἢ κοινὴν καὶ μακρὰν ἀντὶ μακρᾶς παραλαμβάνομεν.

ὅθεν τινὲς τὰ ὑπερβαίνοντα τὸ προειρημένον. Doctiſſ. Langbainius hic in marg. προχωρεῖ μέχρι . . . ων χρόνων. Aliquid enim deeſſe nemo non videt. Scribo μέχρι τῶν αὐτῶν χρόνων, ἤ. *Meibom.*

[c] De hac figura videri quoque poteſt Hephæſtio. Primum autem illius modum, qui eſt cum duæ longæ pro una longa adſumuntur, non habet Ariſtides: poteſt tamen, ſecundum Hephæſtionis exempla, ad illum referri, quo brevem et longam pro longa adſumimus. *Meibom.*

Εἴπωμεν δὴ βραχέα περὶ ἑκάστου, ποιησάμενοι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ δακτυλικοῦ· σεμνότερον γὰρ ἁπάντων, διὰ τὸ τὴν μακρὰν ἀεί ποτε καθηγουμένην ἔχειν. Τὸ δὴ ΔΑΚΤΥΛΙΚΟΝ ἐπιδέχεται δάκτυλον, σπονδεῖον, ὡς ἰσόχρονον· προκελευσματικὸν δὲ οὐδαμῶς· ἀπρεπὲς γὰρ διὰ τὸ τῶν βραχέων πλῆθος. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ διμέτρου, καὶ πρόεισιν ἕως ἑξαμέτρου· ὁτὲ μὲν ἀκατάληκτον· ὁτὲ δὲ καταληκτικὸν, ἡνίκα καὶ τοῦ τροχαίου κατὰ τέλος δεκτικὸν γινόμενον, ἡρῷον καλεῖται. Μόνον δὲ τὸ ἑξάμετρον ταύτης τυγχάνει τῆς προσηγορίας, σεμνότερον γὰρ γίνεται διά τε τὸ μέγεθος, καὶ διὰ τὸ συλλαβὴν μὲν κατάρχειν αὐτοῦ μακρὰν, λήγειν δὲ εἰς κατάληξιν εὐμεγέθους διαστήματος. Τομαὶ δὲ εὐπρεπεῖς αὐτοῦ, πρώτη μὲν ἡ μετὰ δύο πόδας εἰς συλλαβὴν, ἣ καὶ διπλασιαζομένη ποιεῖ τὸ 52
ἐλέγειον· οὗ πέφυκεν ἀρετὴ τὸ τὴν μὲν τῆς προτέρας συζυγίας συλλαβὴν περιττὴν ἐξ ἀνάγκης μακρὰν ἔχειν· τὴν δὲ δευτέραν συζυγίαν ἀναμφιβόλως ἐξ ἀμφοῖν συγκεῖσθαι δακτύλων. Δευτέρα, ἡ μετὰ [d] δύο πόδας. Τρίτη δὲ, ἡ μετὰ τρεῖς εἰς συλλαβήν. Τετάρτη κατ' ἐνίους, τέσσαρες δάκτυλοι· ἢ, ὅπερ ἄμεινον, [e] τέταρτος τροχαῖος· ἡ γὰρ εἰς ὅμοια μέρη, διαίρεσις μᾶλλον ἢ τομὴ καλεῖται. Τομὴ δέ ἐστι μόριον μέτρου τὸ πρῶτον ἐν αὐτῷ λόγον ἀπαρτίζον, ὑπὲρ δύο πόδας εἰς ἀνόμοια μέρη διαιροῦν τὸ μέτρον. Τοῦ δὲ γενικοῦ δακτυλικοῦ πεποιήκασιν οἱ μετὰ ταῦτα εἴδη· δίμετρον, τρίμετρον, τετράμετρον, πεντάμετρον. Παραβαίνουσι δέ τινες αὐτὸ, καὶ κατὰ συζυγίαν

---

[d] δύο πόδας. Plane addendum εἰς δισύλλαβον. *Meibom.*

[e] τέταρτος τροχαῖος. Hoc eſt, dactylicum tetrametrum, in diſyllabum deſinens, quo primus uſus eſt in Epodis Archilochus, ut ſcribit Hephæſtio. *Meibom.*

ποιοῦντες τετράμετρα καταληκτικά. Τινὲς δὲ κἂν ταῖς πρώταις χώραις μόναις ἀμείβοντες τὸν δάκτυλον, καὶ τοὺς ἀνισοχρόνους αὐτῶν δισυλλάβων τίθενται, ποιοῦσι τὰ καλούμενα λογαοιδικά.

Τὸ δ' ἀντίστροφον τούτῳ τὸ ΑΝΑΠΑΙΣΤΙΚΟΝ δέχεται πόδας, δάκτυλον, (σεμνότερον γὰρ ὑπ' αὐτοῦ γίνεται) καὶ τὸν ἰσόχρονον σπονδεῖον, καὶ τὸν προκελευσματικόν. Καὶ ἄρχεται μὲν ἀπὸ διμέτρου καὶ προχωρεῖ μέχρι τετραμέτρου. Καὶ ὅτε μέν ἐστιν ἁπλοῦν καθ' ἕνα πόδα γίνεται· ὅτε δὲ σύνθετον, δι' ἣν προείπομεν αἰτίαν, κατὰ συζυγίαν ἢ διποδίαν. Διποδία δ' ἐστὶ πους τετρασύλ-
53 λαβος· τί δ' ἡ συζυγία προειρήκαμεν. Καὶ τὰ εἴδη δὲ τῶν καταλήξεων ἐπιδέχεται πασῶν. Καὶ τὴν τῶν λογαοιδικῶν μέθοδόν τε καὶ χρῆσιν· οὐ κατὰ τὰς πρώτας χώρας μόνον πόδας δισυλλάβους βραχυσημοτέρους παραλαμβάνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς τελευταίας τὸν βακχεῖον.

Τὸ δὲ ΙΑΜΒΙΚΟΝ δέχεται δάκτυλον, τρίβραχυν, ἀνάπαιστον· τροχαῖον δὲ οὐδ' ὅλως· εἰς ἕτερον γὰρ τραπήσεται μέτρον. Σπονδεῖον δὲ δέχεται μὲν ἐν ταῖς περιτταῖς· ἐν δὲ ταῖς ἀρτίοις οὐδαμῶς. Ὁ γὰρ χωρίσας αὐτὸ τῆς πρὸς τὸ δακτυλικὸν ὁμοιότητος, ὁ κατὰ τὴν ἄρτιον χώραν ἴαμβός ἐστι. Διὸ καὶ τοὺς ἰσοχρόνους τῷ σπονδείῳ λίαν σπανίως καὶ κατὰ τὰς [f] περιττὰς παραλαμβάνει. Δέχεται δὲ ἐπὶ τελευτῆς ἐν τοῖς ἀκαταλήκτοις καὶ πυῤῥίχιον· σπονδεῖον δὲ, ὅτε τὸ καλούμενον [g] χῶλον γίνεται· ἐν δὲ τοῖς καταληκτικοῖς, ἀμφίβραχυν, ἢ βακχεῖον διὰ

---

[f] Vox e MSS. addita.

[g] Sic emendavit Meibomius. O. κῶλον.

[h] τὴν ἀδιάφορον. Ἀρξάμενον δὲ ἀπὸ διμέτρου προχωρεῖ μέχρι τετραμέτρου. Καὶ βαίνεται κατὰ διποδίαν. Ἐπιδέχεται δὲ [i] καὶ τὰ τῶν καταλήξεων εἴδη πάντα καὶ τομὰς εὐπρεπεῖς· τήν τε μετὰ δύο πόδας εἰς συλλαβὴν, ἣ πενθημιμερὴς καλεῖται, καὶ τὴν μετὰ τρεῖς, ἥτις ἑφθημιμερὴς ὠνόμασται.

Τὸ δὲ ἀντικείμενον τούτῳ ΤΡΟΧΑΙΚΟΝ δέχεται τρίβραχυν, δάκτυλον, ἀνάπαιστον· σπονδεῖον δὲ ἐν ταῖς ἀρτίοις μόναις, διά τε τὰς ἐπὶ τοῦ [k] ἰάμβου προῤῥηθείσας
ἡμῖν αἰτίας, καὶ ὅτι ἐφεξῆς πολλῶν κειμένων μακρῶν, ἡ 54
τῆς φωνῆς συνέχεια τοῖς ἐπαλλήλοις μεγέθεσι τῶν συλλαβῶν διακόπτεται. Εἰ δὲ εἴη καταληκτικὸν, καὶ ἀμφίμακρον ἢ δάκτυλον. Καὶ ἄρχεται μὲν ἀπὸ διμέτρου· πρόεισι δὲ ἄχρι τετραμέτρου. Γίνεται δὲ καὶ χωλὸν ὅταν τις ἐν τῇ τελευταίᾳ τῶν περιττῶν χώρᾳ σπονδεῖος ἐμπέσῃ. Χαριεστέρα δ' αὐτοῦ τομὴ εἰς τρεῖς τροχαίους· ἐπιδέχεται δὲ καὶ τὰς ἄλλας.

Τὰ δὲ ἐκ τούτων συγκείμενα χοριαμβικόν τέ ἐστι καὶ ἀντισπαστικόν. Τὸ μὲν οὖν ΧΟΡΙΑΜΒΙΚΟΝ ἐπιδέχεται διποδίαν ἰαμβικὴν καθαρὰν, καὶ τὴν ἑπτάσημον σπανίως [l] συζυγίαν, καὶ τὴν ἰσόχρονον αὐτῷ. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ διμέτρου, καὶ πρόεισιν ἕως τετραμέτρου, ὅτε ἐστιν ἁπλοῦν· ἔτι δὲ καὶ τῶν καταλήξεων τὰς διαφορὰς ἐπιδέχεται. Τὸ δὲ ΑΝΤΙΣΠΑΣΤΙΚΟΝ μετρεῖται μὲν τῷ ὁμωνύμῳ ποδί· πολλάκις δὲ τὸν πρότερον δισύλλαβον καὶ εἰς τοὺς ἄλλους δισυλλάβους μεταβάλλει· εὐπρεπέστερον μὲν ἦν καὶ εἰς σπονδεῖον, σπανίως δὲ εἰς τοὺς λοιπούς. Καὶ ἀρ-

---

[h] Sic recte Meibomius. O. τινὰ διάφορον.

[i] Sic MSS. In ed. κατὰ τῶν.

[k] ἰαμβικοῦ Meibom.

[l] καὶ auctore Meibomio delevi.

ξάμενον ἀπὸ διμέτρου πρόεισιν ἄχρι τετραμέτρου. τὰς εἰρημένας χρήσεις τοῦ κατ' ἀρχὴν ποδὸς ἐν πάσῃ χώρᾳ παραλαμβάνον, τὴν κατάληξιν εὐπρεπείας ἕνεκεν εἰς ἰαμβικὴν καθαρὰν ποιεῖται. Ὅτε δὲ καταληκτικὰ γίνεται, δέχεται καὶ τὸν ἀμφίβραχυν, ἢ τὸν βακχεῖον. Καὶ ὁτὲ μὲν ταῖς περιτταῖς προκειμένης ἀντισπαστικῆς ἐπιφέρει τὴν ἰαμβικήν· ὁτὲ δὲ τοὐναντίον ποιεῖ. Ὁμοίως καὶ τῆς ἰαμβικῆς τὸν πρότερον πόδα τρέπον εἰς τοὺς λοιποὺς δισυλλάβους· ἐνίοτε δὲ εἰς τρίβραχυν, ἢ ἀνάπαιστον, διὰ τὴν πρὸς τὸν ἴαμβον συγγένειαν.

Τῶν δὲ ΙΩΝΙΚΩΝ τὸ μὲν ΑΠΟ ΜΕΙΖΟΝΟΣ σύγκειται διὰ σπονδείου καὶ πυῤῥιχίου· τρέπει δὲ πολλάκις ἐν τῇ πρώτῃ διποδίᾳ τὸν σπονδεῖον εἰς ἴαμβον, κατὰ πᾶν μέγεθος μέτρου. Πρόεισι δ' ἀπὸ διμέτρου μέχρι τετραμέτρου, καὶ τὰ τῶν καταλήξεων εἴδη δέχεται. Τροχαϊκὴν δὲ δέχεται διποδίαν, κατὰ μὲν τὴν περιττὴν χώραν, καθαράν· κατὰ δὲ τὴν ἄρτιον, καὶ ἑπτάσημον. Πολλάκις δὲ καὶ τὸν μολοσσὸν παραλαμβάνει, συνάγον τὰς βραχείας εἰς μακρὰν ἢ συζυγίαν ἰαμβικὴν, πεντασύλλαβόν τε καὶ ἑξασύλλαβον· λῦον τὰς μακρὰς εἰς βραχείας. ΤΟ δ' ΑΠ' ΕΛΑΣΣΟΝΟΣ μετρεῖ μὲν ὁ πους ὁ ὁμώνυμος· πολλάκις δὲ καὶ ὁ διτρόχαιος· ὃν ὅταν παραλαμβάνωμεν, τὴν προκειμένην διποδίαν τρίτον παίωνα ποιοῦμεν, ἵνα μὴ τριῶν ἐφεξῆς μακρῶν κειμένων σκληρὸν γίνηται τὸ ποίημα. Δέχεται δὲ καὶ τὰ τῆς καταλήξεως εἴδη, καὶ ποικίλλεται τάς τε βραχείας εἰς μακρὰς συνάγον, καὶ λῦον τὰς μακρὰς εἰς βραχείας.

Τὸ δὲ ΠΑΙΩΝΙΚΟΝ καλεῖται μὲν καὶ ΚΡΗΤΙΚΟΝ, διὰ τὸ ποτὲ μὲν τοῖς παίωσι καθαροῖς· ποτὲ δὲ τοῖς κρητικοῖς μετρεῖσθαι. Αὔξεται δὲ μέχρι τετραμέτρου.

τινὲς δὲ καὶ πεντάμετρα πεποιήκασι. Γίνεται δὲ ταῦτα
καὶ διὰ τοῦ τετάρτου παίωνος καθαροῦ, οὗ πολλάκις 56
ἤτοι τὰς δύο μέσας βραχείας συνάγοντες εἰς μακρὰν,
διὰ βακχείου καθαροῦ ποιοῦσι βακχειακόν· ἢ τὴν τε-
λευταίαν μακρὰν εἰς δύο βραχείας λύοντες, δι' ὅλων βρα-
χειῶν ταυτὸ ποιοῦσι· τὴν κατακλεῖδα μόνην τέταρτον
παίωνα τηροῦντες, διὰ τὸ τῆς μακρᾶς εἰς ἀνάπαυσιν εὐ-
πρεπές. Τὰ μὲν οὖν ἁπλᾶ μέτρα καὶ πρωτότυπα ταῦτά
ἐστι.

Γίνεται δὲ ἐκ τούτων τῶν αὐτῶν μὲν διπλασιαζομένων
μέτρων σύνθετα· τῶν δὲ ἀνομοίων ΑΣΥΝΑΡΤΗΤΑ. Τού-
των δὲ τὰ μὲν ἐκ δυοῖν μέτρων ἓν ἀποτελεῖ κῶλον· τὰ δὲ
ἐκ μέτρου καὶ τομῆς, ἢ μέτρου καὶ τομῶν, ἢ ἐκ πασῶν
τομῶν, ἢ ἀνάπαλιν τομῆς καὶ [m] μέτρου καὶ μέτρων. ὧν
ποικίλη μὲν ἥτε χρῆσις, καὶ ἡ ἐπ' ἀκριβὲς τεχνολογία·
εὐχερὴς δὲ τοῖς ἐπιστήμοσιν εἰς κατανόησιν. Γίνεται δὲ
καὶ ΚΑΤ' ΑΝΤΙΠΑΘΕΙΑΝ μέτρα δύο, ὧν τὸ μὲν ΕΠΙ-
ΙΩΝΙΚΟΝ καλεῖται, ὅτε διποδίας ἰαμβικῆς προκειμένης
ἰωνικὴν ἐπιφέρεσθαι συμβαίνει, ἥτις οἰκειότητα πρὸς τρο-
χαϊκὸν, ὡς ἐπεδείξαμεν, ἔχουσα, δεόντως ἂν ἀντιπάσχειν
τῇ ἰαμβικῇ λέγοιτο· τὸ δὲ, ΕΠΙΧΟΡΙΑΜΒΙΚΟΝ, ὅτε
τροχαϊκῆς προκειμένης διποδίας ἐπιφέρεται χοριαμβικὴ,
οἰκειότητα πρὸς τὴν ἐναντίαν τοῦ [n] τροχαίου τὴν ἰαμβικὴν,
ὡς προειρήκαμεν, ἔχουσα. Ἐπιφέρεται δ' αὐτῇ πολλάκις
καὶ ἰωνικὴ, ἣ συμπέπονθε τῇ τροχαϊκῇ· ἐπιφέρεται δὲ 57
καὶ τῇ πρὸς αὐτὴν ἀντικειμένῃ, λέγω δὲ, τῇ ἀντισπαστι-

[m] μέτρου καὶ μέτρων] Puto legendum μέτρου, ἢ τομῶν καὶ μέτρου. Namque colon duo membra non excedit. *Meibom.*

[n] Pro τροχαίου recte Oxon. τροχαϊκοῦ, nisi malimus τῆς τροχαϊκῆς. *Meibom.*

κῇ. Αὔξεται δὲ καὶ ταῦτα μέχρι τετραμέτρων. καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἀκατάληκτα· τὰ δὲ καταληκτικὰ γίνεται. Μέσα δὲ καλεῖται μέτρα, ὅτε δύο ποδῶν ἀντιθέτων εἷς μεταξὺ πίπτων, οἰκειότητα πρὸς ἀμφοτέρους ἔχων, δυσδιάκριτον ποιεῖ τὴν βάσιν· οἷον ἐκκειμένου μὲν ἑνὸς δακτύλου, διμέτρου δὲ ἀναπαιστικοῦ, κατὰ μέσον πέσῃ σπονδεῖος· ἄδηλον πότερα δύο φήσομεν εἶναι μέτρα. τὸ μὲν δακτυλικόν· τὸ δὲ ἀναπαιστικὸν, ἄμφω δίμετρα, ἢ τὸ σύμπαν τετράμετρον ἀναπαιστικόν. καὶ ἐπ' ἄλλων δὲ μέτρων ταυτὸ θεωρεῖται. Συγκεχυμένα δ' ἐστὶ τὰ διὰ τῶν συνθέτων γινόμενα ποδῶν, ὅταν τῶν μὲν μακρῶν λυομένων, τῶν δὲ βραχειῶν συναγομένων ἐν αὐτῇ διποδίᾳ, δυσχερὲς ᾖ ποτέραν ἀποφαντέον. Οἷον εἴ τις διαλύσειε μὲν τὴν πρώτην μακρὰν τοῦ ἀπὸ μείζονος ἰωνικοῦ, συναγάγοι δὲ τὰς βραχείας, ἄδηλον πότερον ὁ μείζων πέφυκεν ἰωνικὸς, ἢ ὁ ἐλάττων. Τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν μέτρων, ἤτοι ἐκ τῶν καθαρῶν διποδιῶν, αἷς παρατίθεται, καταλαμβάνεται· ἢ ἐκ τῶν ἑπομένων κώλων, ἢ ἐκ τῶν ταῖς ἀντιστρόφοις ἀποδιδομένων. Καλεῖται δέ τινα καὶ Ἀπεμφαίνοντα, ὅταν ἐν τοῖς συνθέτοις [o] ποσὶν, ὅπου χρεία βραχείας, μακρὰ παραληφθῇ. ᾧ τινες καὶ τῶν ἀρχαίων κέχρηνται διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀνάγκην.

58 Τὸ δὲ ἐκ τῶν μέτρων εὐπρεπὲς σύστημα καλεῖται ΠΟΙΗΜΑ. Τούτων δὲ τὰ μὲν γίνεται κατὰ στίχον, ὡς τὰ Ὁμήρου· τὰ δὲ ἐκ δύο μέτρων, ὡς τὰ ἐλέγεια· τὰ δὲ, ἐκ τριῶν, ὡς ὅταν ἐλεγείῳ προστιθῇ τις ἰαμβεῖον ἢ ἄλλό τι· τὰ δ' ἐκ πλειόνων. Καὶ τούτων τὰ μὲν ἀπολε-

---

[o] Pro ποσὶν ferme legerim ὀνόμασιν, ut illud ex Simonid. epigram. quod p. 14. habet Hephæstio, genuinum hic sit exemplum. ἡ μέγ. Ἀθ. κ. τ. λ. *Meibom.*

λυμένα· τὰ δὲ, κατὰ σχέσιν. Ἀπολελυμένα μὲν, ὡς παρὰ τοῖς κωμικοῖς αἱ παραβάσεις· κατὰ σχέσιν δὲ, ὡς τὰ ἀντιστρέφοντα. Καὶ πάλιν τούτων ἃ μὲν διμερῆ, ἃ δὲ τριμερῆ, ὡς τὰ καὶ τὴν ἐπῳδὸν προσλαμβάνοντα. Καὶ τὰ μὲν ὁμοίως τῇ τάξει· τὰ δὲ, ἐναντίως ἔχει. ὁμοίως μὲν, ὡς ὅταν τὸ πρῶτον τῆς ἀντιστρόφου τῷ τῆς στροφῆς ἀποδοθῇ πρώτῳ· τὸ δὲ δεύτερον, τῷ δευτέρῳ, καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως. ἐναντίως δὲ, ὡς ὅταν τὸ πρῶτον τῷ τελευταίῳ· τὸ δὲ δεύτερον, τῷ [p] παρατελευταίῳ. καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. ἀρκεῖ καὶ ταῦτα περὶ μέτρων καὶ ποιήματος, ἱκανῶς γὰρ ἡμῖν ὁ τεχνικὸς τῆς μουσικῆς πεπέρανται λόγος.

---

[p] Sic MSS. παρατιλάτῳ ed. παρατελεύτῳ em. Meibomius.

[illegible]

[illegible]

NOTÆ.

NOTÆ.

CAPUT PRIMUM.

De Quantitate Syllabarum.

I. 1. p. 1. DEFINITIONEM ſyllabæ ab Hephæſtione prætermiſſam, librariorum quoque incuria ex Longini Prolegomenis p. 142. exulantem, ita tradunt Grammatici Latini. Priſcianus II. p. 565. *Syllaba eſt comprehenſio literarum conſequens, ſub uno accentu, et uno ſpiritu prolata. Abuſive tamen etiam ſingularium vocalium ſonos, ſyllabas nominamus. Poſſumus tamen et ſic definire: Syllaba eſt vox literalis, quæ ſub uno accentu et uno ſpiritu indiſtanter profertur.* Idem p. 671. *Syllabas nominamus, non quod omnes comprehenſione literarum conſtent, ſed quod pleræque.* Diomedes II. p. 422. *Syllaba eſt proprie congregatio, aut comprehenſio literarum enuntiata.* (Sic enim recte edit. Mediolan. 1497. Putſchius male *enunciatio.*) *Fit autem ex omnibus vocalibus, etiam ex ſingulis, ſyllaba tam brevis quam longa, et ex copulatione vocalium conſonantiumque, temporum capax. Syllabæ autem dicuntur Græce, παρὰ τὸ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα: Latine* connexiones *vel* conceptiones *dici poſſunt, quod literas concipiant atque connectant.* Sergius in Donati edit. primam p. 1829. *Syllaba dicta eſt ex interpretatione Græca, ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα, eo quod complectitur et conglutinat literas; unde et in quæſtionem illud venit, quare una vocalis ſyllaba dicitur. Intelligendum eſt tamen, quod hoc ſibi non ratione, ſed abuſive depoſcit.* Terentianus Maurus p. 2411.

Una vocalis jugata conſonanti aut pluribus
Syllabam reddat neceſſe eſt: ſyllabam Græci vocant,
Ore quod ſimul profectæ copulant unum ſonum;
Vinculum nam ſignat iſta congregale dictio.
Et tamen vocalis una quando pars ſermonis eſt,
Syllabam dici neceſſe eſt, quum ſit una litera.

et in iiſdem fere verbis permulti alii. Ex ſyllabis aliæ breves ſunt, aliæ longæ. Dionyſius Halicarn. περὶ Συνθεσ. Ὀν. Sect. xv. p. 104. ed. Upton. Ἐκ δὴ τῶν γραμμάτων — αἱ καλούμεναι γίνονται συλλαβαί. Τούτων δέ εἰσι καὶ μακραὶ μὲν ὅσαι συνεστήκασιν ἐκ τῶν φωνηέντων τῶν μακρῶν, ἢ τῶν διχρόνων, ὅταν μακρῶς ἐκφέρηται, καὶ

ὅσαι λήγουσιν εἰς μακρὸν ἢ μακρῶς λεγόμενον γράμμα, ἤτοι τῶν ἡμιφώνων καὶ ἀφώνων· βραχεῖαι δὲ, ὅσαι συνεστήκασιν ἐκ βραχέος φωνήεντος ἢ βραχέως λαμβανομένου, καὶ ὅσαι λήγουσιν εἰς ταῦτα. Μήκους δὲ καὶ βραχύτητος συλλαβῶν οὐ μία φύσις, ἀλλὰ καὶ μακρότεραί τινές εἰσι τῶν μακρῶν, καὶ βραχύτεραι τῶν βραχειῶν. Poſtrema hæc quæ docta ſubtilitate explicare pergit ſcriptor diſertiſſimus, quum ad rem metricam vix quidquam adjumenti conferant, latius perſequi nolim. Conſulendus tamen Gregorius de Dialectis cum Koënii nota p. 282. Sextus Empiricus adverſus Mathematicos I. 6. p. 242. Πᾶσα οὖν συλλαβὴ, ἢ μακρά ἐστιν, ἢ βραχεῖα. μακρὰ δὲ γίνεται, φασὶ, διχῶς, φύσει τε καὶ θέσει. φύσει μὲν τριχῶς· ἢ ὅταν ἔχῃ στοιχεῖον φύσει μακρὸν, ὡς ἐπὶ τῆς ΗΩΣ λέξεως. ἑκατέρα γὰρ τούτων τῶν συλλαβῶν ἐστι μακρὰ, διὰ τὸ τὴν μὲν τὸ Η, τὴν δὲ τὸ Ω φύσει ἔχειν μακρόν. ἢ ὅταν ἐκ δυοῖν φωνηέντων συνεστήκῃ, ὡς ἐπὶ τῆς ΑΙΕΙ λέξεως. αἱ γὰρ δύο συλλαβαὶ μακραὶ, τῷ ἑκατέραν ἐκ δυοῖν φωνηέντων ὑπάρχειν· ἢ ὅταν κοινὸν ἔχῃ τὸ στοιχεῖον μακροτόνως παρειλημμένον, ὡς ἐπὶ τῆς ΑΡΗΣ· τὸ γὰρ Α δίχρονον, νῦν μακροτόνως ἐκφέρεται. οὐκοῦν φύσει τριχῶς μηκύνεται συλλαβή. θέσει δὲ πενταχῶς· ἤτοι ὅταν εἰς σύμφωνα τῶν ἁπλῶν λήγῃ δύο, ἢ ὅταν ἡ μετ' αὐτὴν συλλαβὴ ἀπὸ συμφώνων δύο ἄρχηται, ἢ ὅταν εἰς σύμφωνον λήγῃ, καὶ ἀπὸ συμφώνου ἡ ἑξῆς ἄρχηται· ἢ ὅταν εἰς διπλοῦν λήγῃ στοιχεῖον, ἢ ὅταν μετ' αὐτὴν διπλοῦν ἐπιφέρηται. Diomedes loco citato: *Syllabarum modi ſunt tam duo, natura et poſitione, quam tres qualitates. Aliæ enim breves, aliæ longæ, aliæ communes ſunt. Breves ſunt quæ correptam vocalem habent, et non deſinunt in duas conſonantes, vel in aliquid quod ſit pro duabus conſonantibus.* Ubi ed. Med. habet, *vel in aliud quod poſſit.* In brevi ſyllaba tempus unum eſt, in longa duo.

I. 2. p. 3. Κατὰ πέντε τρόπους. Syllabarum poſitione productarum plures commemorant ſpecies Grammatici Latini; ſed nimis forſan curioſe. Diomedes p. 423. *Poſitione longa fit ſyuaba modis ſeptem. Primo, cum correpta vocalis in duas deſinit conſonantes, ut,*

Eſt in ſeceſſu longo locus.

Altero, cum excipitur a duabus conſonantibus, ut,

A-criſioneis Danaë.

Tertio, ſi deſinat in conſonantem, et excipiatur a conſonante, ut,

Ar-ma.

Quarto, ſi deſinat in duplicem literam, ut,

Nox erat.

Quinto, ſi ſequens a duplici incipiat, ut,

A-xis.

Sexto, ſi deſinat in unam conſonantem, et excipiatur a vocali loco conſonantis poſita u *vel* i, *ut,*

At Venus. At Juno.

Septimo, cum correpta vocalis deſinat, et, interpoſita i, *excipiatur a vocali, ut,*

Furias Ā-i-acis Oilei.

et,

Trō-i-aque nunc ſtares.

et,

Nate dea, nam te mā-i-oribus.

Confer Marium Victorinum p. 2471—2474. Valerium Probum p. 1431. Soſipatrum Chariſium p. 3. alioſque.

I. 3. p. 6. Diomedes p. 423. *Communium ſyllabarum modi ſunt ſeptem. Primus eſt, cum correpta vocalis excipitur a duabus conſonantibus, quarum prior ſit muta, ſequens liquida. Brevis enim hic eſt,*

noſtroſque ab rupe Cy̆clopas.

et,

Albanique pă̆tres.

Longa ibi,

At genus e ſylvis Cȳclopum e montibus.

et,

Perpetuis ſoliti pātres conſidere menſis.

ſyllaba enim, quæ ſine hac obſervatione poterat eſſe poſitione longa, brevis efficitur. F *quoque litera, ſi præpoſita fuerit liquidæ, quamvis ſemivocalis ſit, mutæ tamen obtinens locum, brevem facit quæ poſitione fieri longa poterat, ut eſt,*

orĕ fremebant.

et,

Taliă flammato.

Secundus eſt, cum locum brevis longa occupat ſyllaba, per productam vocalem vel diphthongum, finita parte orationis, nec ulla interpoſita conſonante, ut eſt,

Te Corydon ŏ Alexi.

et,

Inſulæ̆ Ionio in magno.

ut eſt Homericus ille,

οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ ὁπότε Κρήτηθεν ἵκοιτο.

βούλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.

Tertius, cum in fine partis orationis, verſa vice, longa ponitur vocalis correpta, una interpoſita conſonante, ut,

Emicat Euryalūs, et munere lætus amici.

Item,

Oſtentans artem paritēr, arcumque ſonantem.

et,

Omnia vincit amōr, et nos cedamus amori.

et ut eſt apud Homerum,

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχή—.

Quartus, cum correptam vocalem duæ conſonantes ſequuntur, quarum

prior eſt s *litera, quæ ſyllabæ ratione communis, velut ſibilus poſita, vim conſonantis amittit. Interdum enim liquidarum mutat legem. Siquidem illæ ſubjunctæ mutis, utramque poteſtatem poſſident, hæc vero plurimum ſibi defendit. Non enim ſolum ſubjungitur, verum etiam contraria præpoſita, loco liquidæ fungitur, ut eſt,*

Ponitĕ ſpes ſibi quiſque.

et apud Lucilium,

Infantibŭs parvis.

ſicut et Homericus verſus ille teſtatur,

ἦ μὲν δὴ μάλα [a]πολλὰς μάχας εἰσήλυθον ἀνδρῶν.

Quintus eſt, cum correptam vocalem ſuſcipit Z *duplex, quæ quum poſitione longam poſſit efficere, vim plerumque duplicis conſonantis amittit, ut,*

nemoroſă Zacynthus.

Sed hic modus non tam ratione ſyllabæ communis admiſſus eſt, quam nominis neceſſitate ſuſceptus, ut eſt[b],

ὑλήεσσᾰ Ζάκυνθος.

et,

οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον.

Sextus eſt, cum pronomina, hic vel hoc, c *litera terminata, vocalis ſtatim ſubſequitur, quando in his pronominibus* c *litera craſſum et quaſi geminatum continet ſonum, ut,*

Hic vir, hĭc eſt, tibi quem promitti ſæpius audis.

eſt enim in hoc tam prima ſyllaba longa, quam tertia brevis. Septimus eſt, cum correpta vocalis in unam deſinit conſonantem, ſequente h, *quæ pleriſque aſpirationis nota videtur, ut,*

Terga fatigamūs haſta.

Item,

Æneān hominum quiſquam.

Sed modus ſuperior quibuſdam ſuperfluus viſus eſt, præcipue autem hic, quoniam ſufficit finitam eſſe partem orationis. Ex his omnibus modis uno duntaxat uti admittunt qui metrorum rationum ſunt admodum perſpicaces. His ſimilia vide apud Grammaticos modo citatos. Quod autem ad S inceptivæ poteſtatem ſpectat, ſi exempla Terentiani Mauri regulæ adverſantia juſto examine ponderabis, pauciſſima omnino reperies, quorum auctoritati ſeu MSS. ſeu rationes criticæ adſtipulantur. Terentiani verba ſunt, p. 2406.

Quæ ſibi tres tantum poterit ſubjungere mutas,
Siquando SCutum, SPumas, *vel* STamina *dico,*
Hæc ſola efficiet nudo ut remanente trochæo

---

[a] πολλάς. Il. B. 798. ubi libri meliores habent πολλά: nonnulli tamen, nominatim Edit. Flor. MS. Lipſ. et duo Uratiſlavienſes, πολλάς. Diomedes Heynii diligentiam eluſit.

[b] Vide Daweſ. Miſc. Crit. p. 91.

Spondeum geminæ possint firmare sonoræ.
Exemplis an prava sequar, vel recta probabo.
Quisque scire *cupit, vel* quisque scribere *curat.*
Ante stare *decet, cum dico, et separo verbum;*
Ante Stesichorum *vatem natura creavit:*
Ultima vocalis remanens [c] *in fine trochæi*
Excipitur geminis queis proximus exoritur pes,
Quæ, quanquam capite alterius verbi teneantur,
Sufficiant retro vires ac tempus oportet.

Bene autem observat Dawesius, "eam minus integram servari in "illis Horatii scriptis, quæ *sermoni propriora* ipse est professus. Il- "lud porro monendum est hanc ἀκρίβειαν, quæ apud Græcos per- "petua est, apud Latinos non nisi post Lucretii tempora obti- "nuisse." Sed hanc quæstionem post Aldum Manutium, Micyllum, aliosque, uberius tractavit Justus Zinzerlingius in Diatribe subjuncta libello, cui titulus, *Justi Zinzerlingii Thuringi Criticorum Juvenilium Promulsis. Lugdun.* 1610. pp. 208. 12mo.

"An ultima dictionis in vocalem natura brevem desinentis syl- "laba debeat vi positionis, si vocabulum sequens a duabus his con- "sonis, *sc, sp, st,* inchoetur, produci, controversia est non ignobilis. "De illa visum est inpræsentiarum agere; ita tamen, ut ansam "magis dem aliis, quid sequi debeamus, decidendi, quam ipse id "dissidium componam. Atque hanc equidem viam insistam, ut "quid Grammatici, aliique viri docti, hac de re senserint, primo "indicem; postea exempla ex veteribus Poëtis petita in utram- "que partem subjungam.

"Affirmativæ sententiæ caussam, ut Græcos taceam, defendunt "principes, Diomedes, Priscianus, et Terentianus Maurus; qui- "bus nostro seculo calculum adjecit maximus Germaniæ nostræ "vates, et Franciæ suæ gloria, MELISSUS, qui in carminibus "suis studiose hoc semper servavit, aliosque uti servarent monuit. "Paria cum hoc fecit Taubmannus, quem differentem vide præ- "fatione suorum Melodæsiorum. Neque abhorrent ab hac opi- "nione Lipsius et Gruterus, duo eruditorum lumina; quorum il- "lum vide in notis ad Senecæ Medeam v. 393. hunc in notis ad "eamdem v. 111. ad Theb. 448. et Hercul. Oet. v. 1038. Uti "et Giphanius in notis marginalibus ad Lucretium.

"Abeunt vero ab his Jul. Cæs. Scaliger in Poetica sua, ubi "Catullum, quod Græcos hac in re imitari amaverit, reprehen- "dit; Raderus in Comm. ad Martialem V. 66. vanum vocans "Terentianum, quod secus senserit; et novissime, Henningius "Rennemanus IC. clariss. amicus noster singularis, in problematis "prosodiacis. Atque hos videre contigit, hujus dissidii memi- "nentes. Jam spatiemur per amœna Poetarum viridaria, et quod

[c] Sic Dawes.

" in hanc rem ibi eſt inventu, enotemus. Præmoneo vero, me, " quamquam hercifcundus mediam infiſtam ſententiam, ut taliſ-" modi ſyllabam et produci et corripi poſſe autumem, modo parce " fiat, paullo tamen in affirmativam partem eſſe procliviorem, " cum deprehenderim haut paucis locis corruptis alteram fulciri, " quibus nonnulla hoc capite fiet medicina.

" Principem locum teneat princeps Latinorum Poetarum, in " quo uno tantum, qui certus ſit, loco utraque ſententia nititur. " Prior illo, lib. ix. 37.

" *Ferte citi ferrum, date tela, ſcandite muros.*

" Quamquam auxiliatores non defuerunt, qui languere ſibi viſum " pedem voluerunt vigori ſuo reſtituere: aliis *et* infarcientibus, " *adſcendite* ſcribentibus aliis. Cui addatur alter verſus, ut eſt ex " emendatione Scaligeri in Caſtigat. Catullianis Æn. VI. 687.

" *Veniſti tandem tuaque ſpectata parenti,*

" aliique, in quibus cæſuræ hoc adſcribitur, non poſitioni.

" Poſterioris ſententiæ fundus eſt in iſto loco Æn. XI. 309.

" *Spem ſi quam accitis Ætolum habuiſtis in armis*
" *Ponite—ſpes ſibi quiſque.*

" Videri poterat et iſte verſus pro correptione ſyllabæ ſtare, qui in " quibuſdam edd. vitioſe ita ſcribitur, Æn. V. 153. et VIII. " 690.

" *Convulſum remis roſtriſque ſtridentibus æquor.*

" Sed jamdudum exploſa eſt hæc lectio ab Erythræo, et *tridentibus* " repoſitum ipſa in altero ſyllabæ initialis quantitate hoc poſtu-" lante. Succedat huic ingenioſiſſimus Naſo, in quo etiamſi nul-" lum productæ ſyllabæ noſtræ exemplum notarim, præter unum " quod ex MS. erutum alibi indicavi in his libris, plura vero " correptæ: illa tamen, paucis exceptis, talia ſunt, ut non valde " movere poſſint dehinc alios, ſi has meas ad ea notas inſpicere " fuerint dignati. Met. VII. 440.

" *Occidit ille Scinis, magnis male viribus uſus.*

" Sed *Sinis* fieri debet, MS. et Plutarcho poſcentibus. Idem Art. " II. 671.

" *Aut mare navigiis, aut vomere ſcindite terram.*

" Sed ora ed. Berſmanianæ refert in quibuſdam eſſe *ſindite,* quod " in noſtris etiam ſervabatur membranis. Neque hæc variatio " hoc ſolum loco eſt. Eſt et in Ep. Medeæ XII. 94.

" *Et ſolidam juſſo vomere ſindis humum.*

" Uti et ibi in margine vides. In Triſt. V. 362.

" *Et Scythicum profuga ſcindere puppe fretum.*

" Membranæ: *ſindere puppe.* Neque ideo quidquam huic rei " diſconducit iſte verſus, quod non antecedit ſyllaba brevis. Eo " enim dico, ut conſtet de varietate harum vocum. Eadem ipſa " quoque eſt in Sen. Herc. Fur. 335. ubi Delr. Lucret. p. 17. et " Claud. i. 454. in Eutrop. ubi in MS. *Elyſias ſindis Serrane nova-* " *les.* Prudentius etiam maculatus tali macula, in cujus Pſycho-" machia alicubi legitur; *quia ſciſſa voluntas,* quo loco membranæ

"veteres eodem modo abibant, legendo *fissa*. Sed pergo in Na-
"sone Art. III. 726.

"*Oraque fontana fervida*[d] *spargit aqua.*

"MS. cum illis facit, qui habent *fervida pulsat aqua*. Quod quo
"altero remotius, eo certius est mihi, præ illo glossemate suo
"damnatum.

"Eod. libr. 741.

"*Nomine suspectam mihi spiritus exit in auram.*

"Et hic MS.

"*Nomine suspectas jam spiritus exit in auras.*

"Lib. II. de Ponto II. 34.

"*Sæpe creat molles aspera spina rosas.*

"Sed hic versus una cum proxime antecedente videtur mihi sup-
"posititius. Maxime, quia alii duo, in quorum sedem hi forsitan
"suffecti, diu exsularunt; quos emendatos reddidi in Promulf. c.
"44. quo vise[e].

"Eod. libr. Eleg. 10. 28.

"*et olentia stagna Palici.*

"Membranæ, *et olentis stagna Palici*. Epist. Œnones V. 2[f].

"*Ista Mycenæa litera scripta manu.*

"Uterque MS. *litera facta manu*.

"Epist. Ariadnes, X. 106.

"*Strataque Cretæam bellua stravit humum.*

"Non abit hic MS. quem inspexi. Ubertinus tamen notat
"quosdam legere *tinxit*. Diversitas sane permagna inter hæc
"duo. An fors fuerat *lavit*, cujus expositio sit *tinxit*? Hæreo.
"Pugnat pro recepta lectione exemplum Pedonis Albinovani in
"obitum Mecænatis:

"*Membra nec in strata sternere discat humo.*

---

[d] Codd. plerique apud Heinsium, MS. Bodl. et Ed. Pr. habent *pulsat*. Duo Heinsiani *lavit*. Wakefieldus ad Lucret. iv. 77. de hac re consulendus, legendum censet *mulcet*.

[e] Pont. II. 2.

"*Qui rapitur fatis, quid præter fa-*
"*ta requirit?*
"*Sæpe creat molles aspera spina*
"*rosas.*
"*Qui rapitur spumante salo, sua bra-*
"*chia campi*
"*Porrigit ad spinas, duraque sa-*
"*xa manus.*

"Duo sunt in his versibus quæ haut "dubie cuivis legenti scrupulum in- "jiciunt. Repetitio cum initii, *Qui* "*rapitur*, tum vocis *spina*: et disso- "lutio versus quarti. Ego præter "laudatum librum duos alios se- "quioris bonitatis hoc loco consu- "lui; quorum alter omnino cum "Bersmani editione consentit, ex- "cepto quod pro *campi* habet *nanti*. "Alter inepte,

"*Qui rapitur ventis, quid præter*
"*fata reliquit?*

"Di quanta ista variatio! vera lectio "est in tertio, bonitate primo, li- "bro;

"*Qui rapitur spumante freto, sua*
"*brachia cauti*
"*Porrigit, et spinas duraque sa-*
"*xa capit.*"

[f] Ejusdem epist. 26. *Est in qua nostri litera scripta memor.* Et sic MSS. quos inspexi, omnes. Burmannus tamen ad v. 2. hic etiam *litera facta* multos codices exhibere affirmat.

" Quem certum eſt Naſonem expreſſiſſe in ſuis carminibus, ut
" evincunt iſti verſus:

" *Cauſſarumque triplex vaticinatur opus.*
" *Altius et vitiis exſeruiſſe caput.*

" Uti quidam etiam hoc argumento permoti Ovidio tribuerint
" ejus Elegiam in obitum Druſi. Idem igitur potuit et hic eſſe
" factum. V. Triſt. 13. 35.

" *Carmina ſcripta mihi ſunt nulla.*

" Ita plane etiam membranæ. Sed ſuſpecta eſt mihi hæc vox,
" cum viderim illam alia etiam loca occupaſſe in membranaceis
" libris, germanis extruſis. Qualia ſunt IV. Triſt. El. II. 20.
" *Oppida ſcripta leget*, ubi recte ex aliis editur, *capta leget.* V. Triſt.
" I. 7. *læta et juvenilia ſcripſi*, ubi *luſi*. I. de Pont. El. V. 2. *Ut*
" *ſua ſcripta legas*, ubi *verba*. Quod ſi hoc non accidit huic ver-
" ſui, ſuſpicio tamen eſſe poteſt de tranſpoſitione, ex qua ſimile
" quid natum nobis Metam. III. 66. ubi Ciof. legit,

" *fixum lentæ curvamine ſpinæ* [g],

" Cum recte edatur *lentæ ſpinæ curvamine fixum*, quod in optimis
" membranis ita ad apicem expreſſum vidi. Tale eſt, quod in
" membranis inveni apud Claud. in Ruffin. II. 230.

" *Quorſum audet ferro leges imponere ſtricto.*

" Ubi recte impreſſum, *leges vibrato imponere ferro.* Alia præter-
" eo, quæ ſana in vulgatis libris in unis alteriſque membranis de-
" pravata inveni. De illo exemplo, quin genuinum Ovidî ſit,
" nullus dubito, in Art.

" *Altera Scylla maris monſtrum.*

" An plura talium in ejus ſcriptis inveniantur, neſcio[h]. Certe in
" ejus lectione, (ſed attendi ad hoc) non obſervavi. Ego ſcopum
" præfinitum mihi tetigiſſe jam videor, cui animus fuit fidem
" plerorumque exemplorum dubiam facere, quæ poterant in illam
" partem adduci ex Naſone. Lucretius paullo amplius favet iſti
" parti. Hos enim in illo habes verſus.

" *quam lecti mollia ſtrata.*
" *Quidque ſuperbia ſpurcitia.*
" *Libera ſponte ſua.*

---

[g] MSS. Bodleiani vel *medio lentæ ſpinæ curvamine fixum*, vel, *Quod lentæ medio ſpinæ curvamine fixum.*

[h] In Metam. I. 38. Edd. Pr. cum MSS. Bodl. exhibent,

Addidit et fontes et ſtagna immenſa lacuſque.

Met. IV. 280. Libri vett. cum Stephano Byzantino, *Sithon.*

Met. XII. 438. MS. Bodl. Auctar. F. 4. 22. *Et exprimitur per multa foramina denſus.* In duobus aliis MSS. ejuſdem Bibliothecæ (F. 1. 17. 4. 30.) hic et alter verſus deeſt.

Art. Am. III. 289. Edd. priores et MSS. *ridet.*

Amor. III. 3. 6. *Ante fuit*, MS. Bodl. et ſic editi ante Heinſium.

Faſt. vi. 305. legendum, *ſcamnis conſidere longis*, ut Neapolis, et unus MS. Bodl. In tribus aliis (Auctar. F. 4. 24.) *longis—flammis.* (F. 4. 29.) *flammis* in textu, *ſcamnis* pro v. l. et *ſedilibus* pro gl. Sed (F. 4. 28.) habet *ſcamnis.*

" *Speluncasque velut saxis pendentibus structas.*
" —— *guttis manantibus stillant.*
" *Tenuia sputa minuta*, &c.
" *Alioque est altera nata*
" *Endo statu.*

" Memoria igitur lapsus fuit olim vir doctus, perpetuo hoc vitatum Caro adserens.

" Nec desunt tamen apud eumdem, quæ in contrarium possis adducere. Qualia sunt hæc:

" *Exspiretque foras in aperta promtaque cæli.*
" *plurimaque plus*
" *Montibus in summis vestigia cernimus ignis.*
" *Hinc illa primum Veneris dulcedinis in cor*
" *Stillavit gutta.*
" *En hoc usque mare speluncæ*, &c.
" *Nilus in æstate crescit*, &c.
" *Complere spatium.*

" Quod tamen postremum est ex conjectura Gifani: variantque in uno atque altero libri. Et hoc si, ut vides, admissum in muta, cui liquida subjungitur, magis ædepol in geminatis mutis nostris admittetur, quæ potentiores.

" Catullus omnino stat ab illorum parte, qui producunt; quod hæc produnt exempla:

" In phaselo:
" *Propontida trucemve*, &c.

" Ibid.
" *Et inde tot per impotentia freta.*

" Et Priapeio ad Coloniam,
" *Si pote stolidam repente excitare veternum.*

" In Mamur.
" *quod comata Gallia*
" *Habebat unctum et ultima Britannia.*

" Ad Fundum Tiburtem,
" *Nec deprecor jam si nefaria scripta*
" *Sexti recepso.*

" In Galliambo,
" *Ut apud (miser) ferarum gelida stabula forem.*

" In Nupt. Pelei,
" *Nulla fugæ ratio, nulla spes.*

" Estque unicum, quod his opponi possit, in Nuptiis Pelei,
" *Testis erit magnis virtutibus unda Scamandri.*

" Sed quod ipse etiam Homerus insuper habuit, Il. B. 495.
ἐς πεδίον προχέοντο Σκαμάνδριον.

" et ibid. 467.
ἐν λειμῶνι Σκαμανδρίῳ.

" Quum tamen constet Græcos magna religione contrarium servare. Adfinxit alterum Catullo, qui substituit in lacunam carminis ad Cinnam,

" *In pede ſtans fixo carmina ructat hians.*
" Sed ab illuſtri Caſtigatore, ut debuit, acceptum.

" In Horatî Odis et Epiſtolis, pro neutra quidquam invenias " ſententia. Quod data opera factum, vix eſt ut negari poſſit. " In Satiris ſex locis brevi ſyllabæ curſum ſuum permiſit, non " inhibentibus conſonis iſtis ſequentibus. Opinari poſſis, ut frena " ſibi indulſit in alios invehendi, ita etiam in verſu quamdam " ſumſiſſe licentiam, quam alibi ſibi non permittebat. Quin ſa- " tirographi eſſe, ut quandoque in hæc et ſimilia impingat ex ip- " ſo Horatio et Chryſippo pulcre docet Caſaub. ad Perſ. Sat. I. " ver. 111.

" Juvenalis contra quater longam facit hanc ſyllabam, brevem " ne ſemel. Uti neque Tibullus, qui tamen et ipſe ſcripſit,

" *Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapem.*

" Propertius quater[i] corripuit, produxit nunquam. Stati Papini " hæc ſunt in hanc rem loca Theb. II. 700. VI. 551.

" *Tela nova, fragiles ævo circumſpice muros.*
" — *agile ſtudium et tenuiſſima virtus.*

" Pro adverſa parte, (Achill. I. 348.)[k]

" *ſparſoſque ſtudet componere crines.*

" Poſſis et iſtum verſum adducere Theb. VII. 733.

" *fas et mihi ſpernere Phœbum,*

" ſed noris MSS. habere, *fas et me ſpernere Phœbum.*

" In Silio hæc adnotavi exempla: III. 111.

" *gelidoſne ſcandere tecum*
" *Deficiam montes.*

" IX. 576.

" *Immane ſtridens agitur.*

" Ult. 551.

" *arva*
" *Diverſa ſpatio.*

" Sed et hic unum abit: XIV. 259.

" *Mille Agathyrna dedit, perflataque*[l] *Strongilos Auſtris.*

" In Valerio Flacco ne veſtigium quidem horum videas. Idem " de Claudiano dico; niſi illud adferas de bello Gildonico v. 136.

" *reſciſſæ veſtes, et ſpicea ſparſim*
" *Serta jacent.*

" Attamen hoc tanti nondum fuit æſtimatum, ut dignati fuerint " contextu. In ora enim hæret ed. Delrianæ. Sæpeque variatur " in his dictionibus. Tale illud Senecæ in Theb.

" *Mea membra ſparſim ſpargite.*

---

[i] Propertii ſex loca, quorum memini, ſunt, III. ix. 53. 59. xvii. 21. IV. i. 41. iv. 46. v. 17.

[k] " Non contemnendus liber, *Sparſoſque tumet componere crines.*" Gronovius.

[l] Sed hic ex MS. Coll. Regin. Oxon. et duabus edd. vetuſtioribus *Trogilos* edidit Drakenborchius.

" Ubi et noſtræ et Palat. membranæ *paſſim*. Quamquam falſitas " hujus lectionis, abſque etiam libris eſſet, auribus ſe prodit. " Apud eundem hujus generis aliquid repertum fuit olim in " Troad. v. 31.

" *Tuoſque manes, quodque ſtetit ante Ilion.*

" Dactylum enim quarta greſſio ſpernit, neceſſarioque tribrachys " faciundus, abſque belliſſima Lipſi e vet. lib. emendatione eſſet, " *quo ſtetit ſtante Ilion.*

" In Manilio hoc unicum vidi correptæ exemplum,

" [m] *Tertia forma ſtetit ſummo jam proxima cælo.*

" Productæ in Martiale duo II. 66.

" *Ut digna ſpeculo fiat imago tuo.*

" V. 70.

" *Quid gladium demens Romana ſtringis in ora.*

" Nullum correptæ.

" Atque hactenus ex Poetis illos luſtravimus, quos attendens " ad hoc mihique talia enotans legi. Jam ex aliis pauca, quos " adeo non nuper inſpexi, neque oculis hujus rei curioſis. Me- " mini tamen quorumdam adhuc. In Terentio illud legimus Pro- " log. Hecyræ.

" *Quia ſciebam dubiam fortunam eſſe ſcenicam.*

" Martian. Cap.

" *Crinale ſpicum pharetris deprome Cupido*
" *Libens capillum ſolvere.*

" Prudentius ſæpiſſime producte extulit, ſed dum hæc ſcribo, non " eſt ad manus: quamquam idem ſemel alicubi in Hamartigen. " corripuit. Ex Lucano pro ſyllabæ productione, ſi recte memi- " ni, quædam adferri ſolent: quem denuo, uti et alios, hujus " cauſa peragrare nec licet nunc, nec libet: qui vix tumultuarie " hæc temporis inopia concipio. Faciat hoc alius, et rudibus his " lineamentis colores addat.

" Ego, ſi mentem meam aperire mihi licet, cum, quia Græci, e " quorum poeſi plurima hauſit Latina, ſyllabam, de qua loquor, " producere amant, vetereſque Grammatici Latini, qui et propius " abfuerunt a tempore florentis Poeticæ, et plures, indubieque me- " liores Poetarum libros habuerunt, idem præcipiunt: tum quia " contrariæ opinionis haut pauca fulcra, ope veterum librorum, de- " molitus ſum, illorumque exiguus apud paucos invenitur nume- " rus, apud quoſdam vix unum, et ne hoc quidem in Tibulli, Val. " Flacci, Juvenalis, Claudiani, Senecæ Tragœdi, Horatîque (præter " Satiris) verſibus: vereor ut regula in hanc partem firma conſti- " tui poſſit, et exceptio pauciora, ex Catullo præcipue, Juvenali, " Silio, Statio, aliiſque habitura ſit exempla. Neutrum igitur

[m] Manilii, quas vidi, editiones ſic habent: III. 604.
Tertia forma eſt, et ſummo jam proxima cælo.
Et mox in loco Martialis excudendum curavi *Romana* pro *aliena*, quod exhibuerat Zinzerl.

“ improbem, ſi parce fiat; utrumque ſi frequenter; quomodo ho-“ die fere peccatur corripiendo.”

De communi ſyllaba Euſtathius ad Il. Δ. p. 480=366, 30. Ἐν δὲ τῷ, ΥΙΕ ΠΕΤΕΩΟ, ἐκτείνεται ἡ λήγουσα τῆς κλητικῆς, ὡς καὶ ἑτέρωθι δηλοῦται λόγῳ κοινῆς συλλαβῆς. (cf. Il. Α. p. 80, 1=61, 1.) διά τε τὴν προηγουμένην δασεῖαν, καὶ διὰ τὴν ἐπικειμένην ὀξεῖαν, καὶ διὰ τὴν τῆς λέξεως καταπεραίωσιν, καὶ διὰ τὸ δύνασθαι διπλασιάζεσθαι τὸ ἐπαγόμενον ἄφωνον. Ζ. p. 625=478, 43. Ὅρα δὲ ἐν τῷ ΠΑΡΕΙΠΩΝ, ἐκτεταμένην οὐκ ἀναλόγως τὴν τῆς προθέσεως παραλήγουσαν. οὕτω δ᾽ εὐθὺς ἐφεξῆς καὶ τῆς ΑΠΟ προθέσεως ἐκτείνεται ἡ λήγουσα ἐν τῷ, Ο Δ᾽ ΑΠΟ ΕΘΕΝ ΩΣΑΤΟ ΧΕΙΡΙ. Τινὲς δὲ θεραπεύοντες αὐτὸ, μεταγράφουσιν ΑΠΑΙ ΕΘΕΝ, καὶ οὕτω τὸ μέτρον ἀναπληροῦσιν. Οἱ μέντοι ἀκριβέστεροι, ἐκτείνουσιν ὡς ἐῤῥέθη τὸ Ο ἐνταῦθα τῆς προθέσεως διαφόροις λόγοις τῆς κοινῆς συλλαβῆς· μέρους τε γὰρ λόγου καταπεραίωσίς ἐστι, καὶ δασεῖα καὶ ὀξεῖα τοῦ ΕΘΕΝ ἐπιφέρονται, δυνάμεναι τὴν λήγουσαν ἐκτείνειν τῆς προθέσεως, ὡς οἱ γραμματικοὶ δεικνύουσιν ἐν τῷ περὶ κοινῆς συλλαβῆς. cf. p. 641, 28=500, ult. 654, 47=519, 15. Od. Γ. p. 1465. init.=123, 44. Κ. p. 1665=407, 19. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τῷ, ΟΥΤΕ ΠΟΙΗΤΑΩΝ, ὃ ἀνωτέρω ἐγράφη, ὡς βραχεῖα ἐλήφθη ἡ ἄρχουσα, λόγῳ κοινῆς συλλαβῆς. Οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ,

Ἴστρος τοιαύτας παρθένους μνηστεύεται [n],

ἡ δευτέρα χώρα βραχεῖαν ἔχει τὴν κατάρχουσαν λέξιν. cf. etiam Od. Ρ. p. 1818, 33=628, 41. Diphthongum οι in ποιεῖν etc. etc. [o] οἷος, τοιοῦτος ſæpe corripi monuit Brunckius ad Ariſtoph. Lyſiſt. 128. δείλαιος Veſp. 165. Eubulo Athenæi IV. p. 559. C. Eurip. Phœniſſ. 1302. vide Porſonum ad 1319. γεραιὸς in nota Hermanni ad Euripidis Hecub. 64. ἐμπαῖος Euſtath. ad Od. Υ. p. 1896, 43=741, 6. ἱκταῖον Æſchyl. Suppl. 381. ubi vide Burneium. Πειραιῶς Alexis Athenæi XIII. p. 562. A. Comicus incertus apud Dion. Chryſoſt. Or. 64. p. 596. poſt Valckenaerii ad Euripidis Hippol. 210. Callimach. p. 24. conamina ſequentem in modum a Porſono perſanatus:

Δέσποιν᾽ ἁπασῶν, πότνι᾽ Ἀθηναίων πόλις,
ὡς καὶ καλόν σου φαίνεται τὸ νεώριον·
καλός γ᾽ ὁ παρθενών· καλὸς δ᾽ ὁ Πειραιεύς·
ἄλση δὲ τίς πω τοιάδ᾽ ἔσχ᾽ ἄλλη πόλις;
καὶ τοὐρανοῦ γ᾽, ὡς φασὶν, ἐστὶν ἐν καλῷ.

Verſus tertii dimidium καλός γ᾽ ὁ παρθενὼν ſervavit Diogenes Laërtius VII. 6. In Euripidis Electra 500. per metrum ſtare poteſt παλαιὸν, quamquam ibi malim cum Scaligero et Pierſono πολιόν. De diphthongo ει numquam apud Poetas Atticos ante vocalem correpta vide Valckenaerium ad Phœn. 1475. et conſule Etymolog. M. p. 462. in v. Θυσία.

---

[n] Notanda diverſa loci Æſchylei lectio. Voces Οἶστρος et Ἴστρος permutantur Euripid. Iphig. Taur. 395.

[o] Fallitur autem Brunckius de v. ποῖον Equit. 33. Plane enim legendum ex tacita Porſoni emendatione Hec. 794. Βρέτας; τὸ ποῖον ἐτεόν; ἡγεῖ γὰρ θεούς;

P. 11, 16. Δεύτερος τρόπος. Exempla Clarkio ad Homeri Il. B. 537. prolata, partim non huc ſpectant, partim mendoſa ſunt. Homerica verba Αἰγυπτίας, Ἠλεκτρύωνος, Ἱστιαίαν, intacta prætereo. In Theocrito IV. 52. legendum erat fortaſſe, certe pronunciandum,

ταὶ ’τρακτυλλίδες ἐντί· κακῶς ἁ πόρτις ὄλοιτο.

In Euripide ματεύων, numquam μαστεύων ſcribendum eſſe nemo ignorat. Vide Marklandum ad Euripidis Suppl. 87. 984. Qui ex Æſchylo et Euripide citantur verſus ἀμπλακήματα ἀμπλακῶν prima brevi continentes, eos jamdudum emendarunt viri docti:

Eumenid. 932. τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀπλακήματά νιν.
Alceſt. 245. ὅστις ἀρίστης ἀπλακὼν ἀλόχου.
Iphig. Aul. 124. καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἀπλακών.

Alia eſt Clarkii regula ad Il. A. 51. "Syllaba natura brevis, "in *vocalem brevem* deſinens, ſequentibus in *eadem* voce *conſo*-"*nantibus duabus*, ut τέ-κνον, φιλότε-κνος, ἄ-τεκνος, (quæ in *ora*-"*tione ſoluta*, ut ex Scriptorum Tragicorum et Comicorum *Iam*-"*bis* conſtat, ſemper corripitur) in heroico Carmine, propter "*poſitionem* iſtam, (ſicuti in Latinis vocabulis *tenebræ*, *volucris*, "et ſimilibus) produci poteſt." Huc referendi etiam Daweſii Canones, Miſcell. Crit. p. 197. I. "Vocalis brevis ante te-"nues, quas vocant, conſonantes π, κ, τ, vel aſpiratas φ, χ, θ, "ſequente quavis liquida, uti et ante medias β, γ, δ, ſequente ρ, "ſyllabam brevem perpetuo claudit." Sed hanc regulam Tragici ſæpe violant. II. "Vocalis brevis ante conſonantes medias β, γ, "δ, ſequente quavis liquida præter unicam ρ, ſyllabam brevem "nunquam terminat, ſed ſequentium conſonarum ope longam "ſemper conſtituit." De quo audi Porſonum ad Euripidis Hecubam 298. "Daweſius canonem paullo temerius, ut ſolet, ſta-"tuit, nullam ſyllabam a poeta ſcenico corripi poſſe, in qua con-"currant conſonantes βλ, γλ, γμ, γν, δμ, δν. Hæc regula ple-"rumque vera, nonnumquam ab Æſchylo, Sophocle, Ariſtopha-"ne violatur, ab Euripide, credo, nunquam."

Quod Noſter mox affirmat, vocalem ſcilicet conſonantibus μν præpoſitam nonnunquam corripi, quodque idoneis auctoritatibus comprobat, minime debuit Toupium moviſſe ut in Euripid. Bacch. 1134, corrigeret, ἡ δ' ἴχνος αὐταῖς ἀρβύλαις· ΕΓΥΜΝΟΥΝΤΟ ΔΕ Πλευραὶ σπαραγμοῖς. Veram haud dubie hujus loci emendationem protulit, ſed tacite, Porſonus ad Euripidis Hec. 1042. ΓΥΜΝΟΥΣΙ ΔΕ ΠΛΕΥΡΑ σπαραγμοῖς. Neque debuit Brunckius ad Sophocl. Aj. 1077. ſtatuiſſe, "Nuſpiam apud Atticos ſcenæ poetas vocalis "ante literas κτ, πτ, ΜΝ, σκ, σμ, corripitur, ne quidem in diver-"ſis vocibus, ſed vocalis brevis ante illas literas ſemper produci-"tur, ut in hoc Euripidis ſenario, Med. 1046. λυποῦσαν, αὐτὴν "δὶς τόσα κτᾶσθαι κακά. Vide Aj. 1360. Antig. 204. Rata eſt "hæc proſodiæ lex, a qua diſceſſionem numquam fieri licuiſſe "oſtendunt cum alii, tum Marklandus ad Suppl. 646. 984. Suc-"currit tamen Euripidis ſenarius, qui virum doctiſſimum fugit, in

" quo si nihil a librariis peccatum, culpam ipse poeta commeruit. " Sed exemplum unicum est, quo lex non labefactatur. Versus " est in Ione 1198. οἰνηρὰ σκεύη μικρὰ, μεγάλα δ' εἰσφέρειν. Ve- " rum est, quod ait Marklandus, ab Homeri versibus hexametris " ad Tragicorum senarios argumentum metricum non recte trans- " ferri. Nam vitium hujus senarii frustra defenderetur exemplo " Hesiodi, qui hanc licentiam sumere potuit in hoc Operum ver- " su : εἴη πετραίη τε σκιὴ, καὶ βίβλινος οἶνος." Tragicos aliquando vocalem ante μν corripere contra Brunckium ostendit Porsonus in Append. ad Toupium T. IV. p. 442. prolatis ex Euripide duobus locis, Iph. Aul. 68. δίδωσ' ἑλέσθαι θυγατρὶ μνηστήρων ἕνα. et 852. ἀλλ' ἢ πέπονθα δεινά· μνηστεύω γάμους. In choro Æschyli S. Theb. 83. penultimam vocis ἐλεδεμνὰς brevem judicat Burneius, ut et antepenultimam vocis ὁμοδέμνιον in Agam. 1108. Dixit etiam Euripides Bacch. 73. ἀεὶ Διόνυσον ὑμνήσω, modo versus iste sit parœmiacus. Sophocles Trach. 1136. ἅπαν τὸ χρῆμ' ἥμαρτε, χρηστὰ μνωμένη. ubi tamen Heathio reponenti μωμένη viri docti adstipulantur.

Quod ad consonantes reliquas attinet, vera est fortasse Brunckii observatio; exceptiones saltem apud scriptorum veterum reliquias inveniuntur paucissimæ. Toupio Emendat. T. I. p. 414. lectionem Suidæ in versu Eupolidis defendenti,

αὕτη νεανισκεύοντος ἐπεθύμησέ μου,

breviter respondet Porsonus in appendice ex Photio citans, quod antea conjectando detexerat Hotchkisius, νεανισκοῦντος. In Æschylo apud Strabonem IV. p. 278=252. Oxon. legitur,

νεφέλην δ' ὑποσχὼν νιφάδι στρογγύλων πέτρων.

ubi MSS. optimorum auctoritate γογγύλων reponit Gronovius. In Ione 1198. οἰνηρὰ τεύχη dudum emendavit Porsonus. De Sophoclis Trachin. 292. vix quicquam pronunciare ausim. Erdfurtius Toupii conjecturam adoptat τὰ δὲ πεπυσμένη. Sed in Electra 21. haud dubito quin rem acu tetigerit Hotchkisius noster,

ὡς ἐνταῦθ', ἵνα
Οὐκ ἔστιν ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

cui correctioni favere quodammodo videtur Codex MS. olim D'Orvillianus[p]. In Diphilo Athenæi VI. p. 236. C. vulgatur

ἐὰν | δὲ πλάγι | ος καὶ | λεπτὸς εὐθ | έως | νοῶ,

ubi miror Schweighæuserum ne memorasse quidem facilem Grotii correctionem ἂν δὲ πλάγιος. Alexis Athenæi IV. p. 164. C. Χοίριλος, Ὅμηρος, Ἐπίχαρμος, συγγράμματα. Quam sæpissime in pro-

---

[p] Nunc in Bibl. Bodl. X 1. 3, 14. signatus. Locum Glossis sic suprascriptum exhibet;

ὅπου ὑπάρχει ... ὑπάρχομεν ἐνταῦθ' ἐσμὲν
ἵν' οὐκετ' ὀκνεῖς (sic)

Bentleium Epist. ad Hemsterhus. p. 96. in versu Æschyli laudantem Λινᾶ δὲ σπεῖρα pene obstupefactus miror.

priis nominibus exarandis peccasse librarios vix necesse est ut moneam. Quid si igitur pro Ἐπίχαρμος substituamus Ἐπικράτης? Poetam illum mediae Comœdiæ, de quo nonnulla Toupius ad Suid. T. I. p. 192. Sed hoc valde incertum est. In Philostephano Athenæi VII. p. 293. A. sine controversia reponendum Θίβρωνα, ut ex Sopatro ibid. VI. p. 230. F. cuivis patebit. Lege omnino Sylburgium ad Aristotelis Polit. VII. 14. et Wesselingium ad Diodorum Sic. XIV. 36. Photius Lex. MS. Θιβρώνιον νόμισμα ἀπὸ Θίβρωνος τοῦ χαράξαντος εἰρῆσθαι. Trochaicus Antiphanis apud Athen. X. p. 449. B. νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν αὐτῇ πυκτὰ γαλακτοθρέμμονα, proculdubio corruptus est, et nescio annon vere Grotius pro πυκτὰ substituerit τέκνα. Ibid. XI. p. 503. B.

παραθέμενος ψυκτῆρα τ' οἴνου μεθύσκεται.

Qui senarius nemini, ut opinor, placebit. Toupio Addend. Theocrit. XXI. 26. breviter respondet Porsonus ad Euripid. Med. 284. Cætera loca quantillum ponderis habeant cuivis diligentius inspicienti statim apparebit.

P. 15. In versu Epicharmi cum Arnaldo concordat Toupius Emend. T. I. p. 117.

P. 18, 11. Τρίτος—τρόπος. De productionibus ob ictum metricum sive arsin, ob thesin, et ob cæsuram multi multa. Vide præcipue Hermannum cum alibi, tum in Libro de Metris I. c. 21. p. 67. Bene autem observat vir idem doctissimus p. 66. "Hæc quidem omnia, quæ de productionibus ob metrum diximus, non in omnibus versuum generibus, sed maxime in hexametro heroico et aliis quibusdam carminibus locum habent." Quod vero ad vocem ἀθάνατος spectat, cujus primam nunquam in versibus iambicis produci, Brunckio auctore, affirmat, id strenue negat Porsonus ad Euripid. Med. 139. n. I. Nescio an Epicos solum Poetas ob oculos habuerit Strabo IX. p. 642=608. Oxon. cum hæc scriberet: Πρώτην δὲ Φημονόην φασὶ γενέσθαι Πυθίαν· κεκλῆσθαι δὲ καὶ τὴν προφῆτιν οὕτω, καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι· ἐκτετάσθαι δὲ τὴν πρώτην συλλαβὴν, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀθανάτου, καὶ ἀκαμάτου, καὶ διακόνου. Sed hoc utcunque sit, eadem est vocis ἰσόθεος ratio: vide Porsonum ad Euripid. Orest. 9. Æschyl. Pers. 80. 858. Sophocl. Antig. 837. Minime autem h. l. silentio prætereunda literæ ρ inceptivæ potestas, apud Poetas alios tum præsertim Atticos finalem vocis antecedentis brevem producentis; de qua egere D'Orvillius Crit. Vann. p. 334. Dawesius Miscell. Crit. p. 160. Marklandus ad Suppl. 94. Toupius Emend. T. I. p. 300. Brunckius ad Euripid. Orest. 857. Aristoph. Plut. 1065. Addas Sophocl. Scyr. Fr. IV. ex Stobæo Grot. p. 225. λέπτης ἐπὶ ῥοπῆσιν ἐμπολὰς μακράς. Aristoph. Ran. 1091. μεγάλων γνώμων καὶ διανοιῶν ἴσα καὶ τὰ ῥήματα τίκτειν. Sic enim MS. Barocc. 127. Antiphanes Athenæi X. p. 449. A. τοῦτ' ἔστιν· ἣν δ' ὁ γρῖφος ἐν-

ταῦθα ῥέπων. Epigenes ejuſdem XI. p. 469. C. ψυκτῆρα, κύαθον, κύμβια, ῥυτὰ τέτταρα. Euripides Erectheo apud Lycurgum in Leocrat. p. 205. ὡς θεῶν τε βωμοὺς, πατρίδα τε ῥυώμεθα. Eupolis Pollucis IX. 58. νῦν δὲ ῥύπου γε δύο τάλαντα ῥαδίως. Pauciſſima iſto loco correptæ vocalis reperiuntur exempla. Æſchyl. Prom. 711. χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα. 991. πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλόξ. Sophocl. O. T. 72. τήνδε ῥυσαίμην πόλιν. Euripid. Bacch. 59. τύμπανα Ῥέας τε μητρός. Helen. 1129. ὃς ἔδραμε ῥόθια, cui in Antiſt. reſpondet ὅτ' ἔσυτο πατρίδος. et 1140. ἀμφὶ ῥυτάν. Sed in Chori cantibus fortaſſe major licentia. Simylus Stobæi Flor. p. 231. ed. Grot. κριτὴν, τὸ ῥηθὲν δυνάμενον συναρπάσαι. Simonides inter Gnomicos Brunckii p. 99. οὐδὲ ῥίγιον κακῆς. Sed in carmine περὶ γυναικῶν, v. 63. λοῦται δὲ πάσης ἡμέρης ἀπὸ ῥύπον.

Diphthongos αι et οι nonnunquam ante conſonantem corripi exiſtimarunt viri primarii Salmaſius ad Aram Doſiadæ p. 242. et Caſaubonus Lect. Theocrit. c. xviii. quos plene et certiſſime refutat Bentleius in nota ad Callimachi Hymn. in Jovem v. 87. T. II. p. 5. ed. Erneſti.

CAP. II.

De Synizeſi.

P. 20. NON ſine fructu hic legentur quæ de συνιζήσει ſive συνεκφωνήσει collegit Euſtathius ad Il. A. p. 11, 21=9, 22. Ὅτι τὸ ΠΗΛΗΙΑΔΕΩ ΑΧΙΛΗΟΣ οὐ φυσικῶς ἔχει τοῦ ἡρωϊκοῦ μέτρου τοῦ ἐκ δακτύλων καὶ σπονδείων συγκειμένου, ἀλλὰ πάθος ἴσχει ὃ λέγεται συνίζησις. Αἱ γὰρ τέσσαρες συλλαβαὶ αἱ μετὰ τοὺς τέσσαρας πόδας, ἤγουν τὸ ΔΕ, καὶ τὸ Ω, καὶ τὸ Α, καὶ τὸ ΧΙ, εἰς δάκτυλον καταλογίζονται, τοῦ ΔΕ καὶ τοῦ Ω λαμβανομένων ἀντὶ μιᾶς μακρᾶς. Κατὰ δέ τινας ἡ μετὰ τοὺς πρώτους τρεῖς πόδας τετρασυλλαβία, τὸ ΛΗΙΑΔΕ, δακτυλικῶς ποδίζεται, ὡς τοῦ Ι καὶ τοῦ Α καταλογιζομένων ἀντὶ βραχείας μιᾶς. Λέγεται δὲ τὸ πάθος συνίζησις, καθά που καὶ ἡ συναίρεσις παρὰ Ἡρωδιανῷ, κατὰ μίμησιν τῶν συνιζανόντων καὶ συμπιπτόντων σωμάτων, καὶ πυκνουμένων ἐξ ἀραιότητος, καὶ ἐκ πλείονος κατεχόντων ὀλιγώτερον τόπον κατὰ συμπίλησίν τινα, ὃ δὴ καὶ ἐπὶ σεισμῶν ποτε γίνεται. Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα ὁ καταλογισμὸς τῶν δύο συλλαβῶν εἰς μίαν συλλαβὴν δοκεῖ ποιῆσαι αὐτὰς συνιζῆσαι καὶ οἷον κατασμικρυνθῆναι καὶ στενοχωρηθῆναι ἐκ πλατυσμοῦ εἰς στενότητα. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ συνεκφώνησις λέγεται, διότι τὰ τῶν δύο λέξεων φωνήεντα ἐν τῷ μετρεῖσθαι νοοῦνται, οὐκ ἔτι ὡς δύο, ἀλλ' ὥσπερ ἐὰν τῇ φωνῇ τοῦ ἑνὸς συνανεκράθη καὶ ἡ τοῦ ἑτέρου, καὶ ὡς ἕν τι ἄμφω συνεξεφωνήθησαν. Et paullo poſt, συνεκφώνησις, ἤτοι συνίζησίς ἐστιν, ὅταν δύο συλλαβαὶ σύμφωνον μεταξὺ μὴ ἔχουσαι, ἀντὶ μιᾶς παραληφθῶσι. Διὸ καὶ εὖ εἴρηται ὅτι τὸ συνεκ-

φωνούμενον τὰς δύο συλλαβὰς μίαν ἐν τῷ μέτρῳ ποιεῖ. Καὶ ὅτι πολλαχῶς ἡ συνίζησις, ἤγουν συνεκφώνησις, γίγνεται, διέλαβον οἱ τῆς γραμματικῆς ἐξηγηταί. Ἢ γὰρ δύο φωνηέντα χρόνου ὁμοίου, ἀντὶ ἑνὸς παραλαμβάνονται, οἷον, δύο μακρὰ ἀντὶ μιᾶς μακρᾶς συλλαβῆς, καὶ δύο βραχέα πάλιν ἀντὶ μιᾶς μακρᾶς, ἢ καὶ ἀντὶ μιᾶς βραχείας. Ἢ δύο ἀνόμοια, οἷον, μακρὸν καὶ βραχὺ, ἀντὶ ἑνός. Καὶ κοινὴ δέ ποτε συλλαβὴ, ἵνα μὴ πλείω λέγωμεν, μετὰ ἑτέρου φωνήεντος συνίζησιν ποιεῖ, ὡς καὶ ἐνταῦθα ἐν τῷ ΠΗΛΗΙΑΔΕΩ, τὸ Ω οὔτε μακρὸν ἀναντιῤῥήτως ἐστὶν, ἀλλ' οὐδὲ μὴν βραχὺ, κοινὴν δὲ συλλαβὴν αὐτό φασιν οἱ γραμματικοὶ, ὅπερ συνεκφωνηθὲν καὶ συνιζῆσαν τῷ πρὸ αὐτοῦ βραχεῖ φωνήεντι, ἐλογίσθη σὺν ἐκείνῳ ἀντὶ μιᾶς μακρᾶς. Παραδείγματα δὲ τῶν εἰρημένων τρόπων τῆς συνιζήσεως μυρία χορηγοῦσιν οἱ ποιηταί· μόνου δὲ τοῦ τὰς δύο βραχείας ἀντὶ μιᾶς νοεῖσθαι, ὀλιγά εἰσι τὰ παραδείγματα. Προφέρεται γοῦν ἓν μὲν τοῦ Σωτάδα ἐν τῷ,

σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον,

ὃ καὶ παρὰ τῷ Ἑρμογένει κεῖται. Τὸ γὰρ ΑΙ καὶ τὸ Α, ὡς μία λογίζονται βραχεῖα συλλαβὴ πρὸς ἀπαρτισμὸν ποδὸς τοῦ ἀπὸ μείζονος ἰωνικοῦ. Ἕτερον δὲ παράδειγμα ὅμοιον ἐκ Πραξίλλης, ἐν τῷ,

ἀλλὰ τέον οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον.

τὸ γὰρ ΤΕ καὶ τὸ ΟΝ, δύο αὗται βραχεῖαι συλλαβαὶ, ἀντὶ μιᾶς βραχείας ἐλήφθησαν. Εἰ δὲ καλῶς ἐπόδισάν τινες καὶ τὸ ΛΗΙΑΔΕ ὡς προείρηται, ἰδοὺ καὶ τοῦτο τέως τρίτον παράδειγμα. Τοιαῦτα δὲ παρ' Ὁμήρῳ, καὶ τὸ,

ἀστέρι ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον,

καὶ τὸ,

χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθι Ὀδυσεύς.

δῆλον δὲ καὶ ὅτι ἡ κατὰ κοινὴν συλλαβὴν συνίζησις ἢ μακρά ἐστιν, ὡς ἐν τῷ, ΔΕΩ ΑΧΙΛΗΟΣ, ἢ συνέσταλται ὡς ἐν τῷ, ΧΡΥΣΕΩ ΑΝΑ ΣΚΗΠΤΡΩ, καὶ, ΔΕΝΔΡΕΩ ΕΦΕΖΟΜΕΝΟΙ. Confer p. 25, 21=19, 29. 52, 8=39, 17. Il. E. p. 514, 19=389, 16. K. p. 805, 20=725, 4. Ω. 1372, 7=1513, 22. Od. K. p. 1655=393, 1. Marius Victorinus p. 2509. *Obſervanda præcipue in metris literarum vocalium inter ſe colliſio, quæ trifariam evenit, id eſt, per* συναλοιφὴν, ἔκθλιψιν, συνεκφώνησιν, *vel* συναίρεσιν, *quarum inter ſe differentia talis eſt. Nam* συναλοιφὴ *eſt cum inter duas loquelas duarum vocalium concurſus alteram elidit; id eſt, cum duæ partes orationis ita coeunt, ut altera in vocalem deſinat, et altera incipiat a vocali, ut,* Hic haſta Æneæ ſtabat, *Item,* Priamique evertere gentem. *Nec tamen putaveris quamlibet e duabus eximi poſſe. Illa enim quæ ſupervenit priorem ſemper excludit, non prior ſequentem.* Ἔκθλιψις *autem, vel* ἔκτριψις, *fit, cum duæ inter ſe dictiones dure concurrentes aliquam pluresve vocalium cum conſonanti duntaxat exprimunt, ut,* Multum ille et terris jactatus et alto. *Item,* Circumdat necquicquam humeris, et inutile ferrum. Συνεκφώνησις *vero, cum duæ vocales in unam ſyllabam coguntur, quæ poſſunt duarum ſyllabarum locum diviſæ complere, duntaxat interpoſita conſonante: cum, Phaethon, in metro ſic enuntiatur ut ex triſyllabo nomine diſyllabon faciat, ita,* Cum te flagranti dejecit fulmine Phæthon. *Et illud Maronis,* Villis one-

rofum atque unguibus aureis. *Quidam fuperioribus tribus quartam fpeciem addiderunt, quam Græci dicunt* κρᾶσιν, *id eft, cum unius literæ vocalis in duas fyllabas fit communio, ut,* Audire eft operæ pretium procedere recte. *Item,* Quæcumque eft fortuna mea eft. *Quæ veluti per contrarium* συνεκφώνησιν *in metris imitatur.*

Harum συνιζήσεων, συναλοιφῶν, κράσεων nonnullas amplectuntur Poetæ fcenici, nonnullas vero rejiciunt. Temere certe ageret, qui Sotadis, neoterici neque nimis probati fcriptoris, auctoritate ad Aldinam Sophocl. Philoct. 1333. lectionem Ἀσκληπιαδῶν defendendam abuteretur. Vide modo Porfonum in Appendice ad Toupium T. IV. p. 444. et præf. ad Euripid. Hec. p. xxxv. Eft afperrima fynizefis in Sophoclis O. T. 640. δρᾶσαι δικαιοῖ, δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν, quam defendere videtur Porfonus ubi fupra p. 441. emendandi conatu, fed infaufto illo atque infelici, tollit Hermannus de Emend. Rat. Grammat. p. 47. δυό γ' ἀποκρίνας κακοῖν. Ut vere, quod fentiam, loquar, δυοῖν e Gloffa in textum irrepfit; et fere pro comperto habeo unice probandam effe correctionem, quam haud ita pridem mecum communicavit Elmfleius, quamque in Sophoclearum fabularum editione viri iftius doctiffimi aufpiciis inchoata ftabilitam iri, et idoneis auctoritatibus confirmatam fpero, τοῖνδ' ἀποκρίνας κακοῖν. Sed vix emendatione indiget Euripid. Iph. T. 938. ubi Ἐριννύων pedem Bacchium efficit. Præterea voces θεὸς, νεὸς, et fi quæ his fimiles fint, μονοσυλλαβῶς pronunciatas; alias, ut χρυσέαν difyllabon, Euripid. Hecub. 468. formas Atticas, βασίλεως, Μενέλεως, crafes ἢ οὐ, μὴ οὐ, ἐγὼ οἶδα, five ἐγῷδα cf. Valckenaer. ad Phœniff. 723. Confule Porfonum ad Euripid. Oreft. 591. Phœn. 903. 1277. 1651. Diphthongus in τοι fequentem vocalem brevem longam efficit Med. 863. Sic in Ariftoph. Ran. 512. legendum, quod me aliquando monuit Vir idem eruditiffimus περιόψομ' ἀπελθόντ' ut fiat crafis. Plato Ποιητῇ apud Athenæum XIV. p. 644. A. — μόνος δ' ἄγευστος, Ἄσπλαγχνος ἐνιαυτίζομ' ἀπλάκουντος, ἀλιβάνωτος.

P. 22. Ἀλκιβιάδην. Habemus fimile exemplum in Epigrammate (Brunck. Anal. T. III. p. 304.)

Νύμφαι κρηναῖαί με συνήρπασαν ἐκ βιότοιο
Καὶ τάχα που τιμῆς εἵνεκα τοῦτ' ἔπαθον,
Νηπίη, οὐδὲ δυοῖν ἐτέοιν τέλος ἐξανύσασα,
Φιλησίη τὴν κλῆσιν, Αὐσονὶς γένος.

ubi in verfu quarto auctor pro Dactylico exhibuit Iambicum ob contumaces fyllabas vocis Φιλησίη. D'Orvill. in Charit. p. 258 = 356. *L. Hotchkis.*

CAP. III.

De Pedibus.

SYLLABARUM rationibus jam expoſitis, ſecundum inſtitutum noſtrum plenior aliquanto dilucidiorque ex Grammaticis excerpenda eſt pedum notitia. Terentianus Maurus p. 2412.

Ergo cum duas videbis eſſe vinctas ſyllabas,
Effici pedem neceſſe eſt, ſint breves ambæ licet.
Una longa non valebit edere ex ſeſe pedem,
Ictibus quia ſit duobus, non gemello tempore.
Brevis utrinque ſit licebit; bis feriri convenit,
Parte nam attollit ſonorem, parte reliqua deprimit,
Ἄρσιν *hanc Græci vocarunt, alteram contra* θέσιν.
Una porro bis feriri quando poterit ſyllaba,
Temporum momenta ſane lege certa dividunt,
Seu duas pes quiſque junget, ſive plures ſyllabas.
Aut enim quantum eſt in ἄρσει, *tantum erit tempus* θέσει·
Altera aut ſimplo viciſſim temporis duplum dabit,
Seſcuplo vel una vincet alterius ſingulum.

Dionyſius Halic. περὶ Συνθ. c. 17. p. 124. Πᾶν ὄνομα, καὶ ῥῆμα, καὶ ἄλλο μόριον λέξεως, ὅ τι μὴ μονοσύλλαβόν ἐστιν, ἐν ῥυθμῷ τινι λέγεται· τὸ δ᾽ αὐτὸ καλῶ πόδα καὶ ῥυθμόν.

Marius Victorinus p. 2485. *Pes eſt certus modus ſyllabarum, quo cognoſcimus totius metri ſpeciem, compoſitus in ſublatione et poſitione: fiunt enim ex ſyllabis pedes ordine incrementorum, quem Græci* συλλαβικὴν παραύξησιν *vocant: item temporum, quam Græci* χρονικὴν παραύξησιν *nominant. Syllabarum autem incrementa fiunt quinque, incipientia a diſſyllabis uſque ad hexaſyllabum. Temporum vero incrementa a duobus ad duodecim procedunt, id eſt, a diſemo ad duodecaſemum. Etenim cognationis et cujuſdam ad augmentum propagationis, qua pedes multiplicati noſcuntur orti a diſyllabis quatuor, ratio talis eſt. Syllaba quæ ad incrementum pedum adjicitur, aut longa eſt, aut brevis; hujus adjectione ita numerus propagabitur. Sic Pyrrhichius e duabus brevibus, hunc brevis Tribrachum, longa Dactylum vel Anapæſtum facit. Sic Spondeus e duabus longis, hunc brevis Palimbacchium, ſeu Bacchium, in prima ſede poſita longa Moloſſum reddit. Quo genere triſyllabi et tetraſyllabi uſque ad hexaſyllabos additamento temporum proceſſerunt, ut dictum eſt a diſemo ad duodecaſemum, ſeu a dichrono ad duodecachronum.* Σημεῖον *autem veteres* χρόνον *i. e. tempus non abſurde dixerunt, ex eo, quod ſigna quædam accentuum, quæ Græci* προσῳδίας *vocant, ſyllabis ad declaranda temporum ſpatia ſuperponuntur, unde* tempora, ſigna *Græci dixerant. Sed et hoc, loco ſuggerente, non prætermiſerim, eaſdem figuras pedum ſecundum ſpatia temporum per literas ita deſignaſſe, ut brevis ſyllabæ loco, quæ ſit unius*

temporis ponatur B [p], *longæ autem loco, quæ ſit temporum duorum* M, *hoc ideo, ut per literas regula pedum facile intelligatur. Pes autem dictus eſt ſive quædam pars menſuræ et modus quidam. Similiter pes vocatur, ſive quia in percuſſione metrica pedis pulſus ponitur, tolliturque; ſeu quia, ut nos pedibus ingredimur atque progredimur, ita et verſus per hos pedes metricos procedit et ſcandit. Inter pedem autem et Rhythmum hoc intereſt, quod pes ſine Rhythmo eſſe non poteſt; Rhythmus autem ſine pede decurrit; non enim gradiuntur* Μέλη *pedum menſionibus, ſed Rhythmis ſiunt.*

Jam vero de ſingulis accuratius agendum eſt. Ac primum de PYRRHICHIO. Terentianus Maurus p. 2412.

Primus ille eſt, jure primus, ἡγεμὼν *qui dictus eſt,*
Auctor et ductor melorum, qui duas breves habet,
Ante enim breve eſt creatum, redditum longum dein:
Sicut unum numerus ante quam ſecundum prodidit.
Ergo natura repertus jure princeps dicitur
Ante quem non eſt creatus; quem ſequuntur cæteri:
Δίβραχυν *dixere Græci, quod ſit ambabus brevis:*
Πυῤῥίχιος *idem vocatur, quippe et aptus pyrrhichæ,*
Tam cito motu recurſat, quam breves hi ſunt ſoni:
Tertium detrecto nomen, lege nam metri vetor;
Παρίαμβος *namque dicunt, ſi probaris* ἔκτασιν,
Ars vetat primæ negare ſpatia bina ſyllabæ.
Reddere autem pedibus iiſdem plura cogor nomina,
Ne quis erret quando nomen aliud alibi invenerit,
Ac putet pigrum, vel artis uſque ad iſta neſcium.
Hujus exemplum videbis eſſe, quum dices hŏnŏr.

De Pyrrhicha vide Salmaſium ad Solinum c. xi. p. 119. Lectu digna habet Diomedes p. 472. ſed mire corrupta et turbata. cf. Kuſterum ad Ariſtoph. Ran. 153. Hæc autem alibi non temere inveneris. *Apud Italos vero,* (i.e. pes pyrrhichius, vocatur) GRADIVUS, *a Gradivo* Ἄρεος καὶ Ἐνυοῦς, *id eſt, Martis et Bellonæ filio, quem eo primum pede uſum poetæ ſingunt, quod cum cacumina montium et difficilia collium concitato curſu capræ more ſuperaret, quoties prædatoria vice graſſaretur, citipedem hunc curſum ſibi reperiſſe teſtificantur.* Dionyſius Halic. ubi ſupra p. 126. Ὁ μὲν οὖν βραχυσύλλαβος ΗΓΕΜΩΝ τε καὶ ΠΥΡΡΙΧΙΟΣ καλεῖται, καὶ οὔτε μεγαλοπρεπής ἐστιν, οὔτε σεμνὸς, σχῆμα δ' αὐτοῦ τοιόνδε,

λέγε δὲ σὺ κατὰ πόδα νεόλυτα μέλεα.

TROCHÆUS teſte Mario Victorino p. 2487. *dictus a curſu et celeritate. Nam* τροχὸς ἀπὸ τοῦ τρέχειν *vocabulum ſumſit, idem et*

---

[p] Notavit Hephæſtio per α, et β. cf. p. 78. et ſic etiam ipſe Victorinus p. 2492.

Chorius ἀπὸ τῆς χορείας. Plotius p. 2625. *Trochæus ex longa et brevi constat, temporum trium, ut* cera. *Dictus a velocitate rotæ, quam suo sono imitatur, quæ Græce* τροχὸς *nuncupatur. Alii* χορεῖον *appellant, quia ad choros aptam modulationis continet rationem.* Diomedes p. 474. *Huic* (Iambo sc.) *contrarius est* Trochæus, *quem* χορεῖον *appellant. constat ex longa et brevi, temporum trium, ut* Roma. *dictus* [q] ἀπὸ τοῦ ἐπιτρέχοντας λέγειν. *quippe ejus modulationem, poematum sive metrorum compositioni accommodatam, rotatim et volubiliter dicebant. Trochæum etiam a Mercurio repertum satis constat, quod is præcipitem festinationem ex impetu longo in brevem gressum finiri ostenderet. Unde plerique Græcorum ex longa et brevi eum pedem composuerunt; vel* παρὰ τὸ τρέχειν, [r] *ex discursu, trochæum frequentaverunt: ac musici viri ocyori melo intenti, ex rotæ situ et volubili modo rythmulum ejus et tonum designant;* [s] *qui et decursionibus aptum judicant, quod hi qui in bello laborant, quoties amissos ordines reparant, ex longo et disperso ambitu in brevem et arctum ordinem coguntur, rotæ scilicet similitudine* [t] *se ventilantes, cujus satis latus ac breviatus canthus, radiatus luminibus in angustum modioli circulum cohibetur. Aiunt hunc Trochæum Auruncos* Rotulum *nuncupasse, nimirum simili ratione, qua Græci* [u] *a rota invitati, vel diversa appellatione persuasi; quod cum aciem constituerent prolatis pedibus scuta brachiis protenderent, breviterque dextris succedentibus pedibus vestigia sisterent, ac reductis manibus, ingenti clamore, quæ vibraverant, tela jaciebant; quæ res huic melo ingenitum nomen acquisivit.* Hermogenes p. 312. ed. Crispin. περὶ γοργότητος agens, inquit: πλεονάζειν μέντοι πάντως ἐνταῦθα τοὺς τροχαίους καὶ τὰς τροχαϊκὰς συζυγίας προσήκει. καὶ τούτου γε τεκμήρια ἐναργῆ πολλὰ καὶ τῆς τραγῳδίας, ἔνθα ἐπείγεσθαι ὁ λέγων δοκεῖ, τροχαϊκῶς συντεθέντα. (Vide Euripid. Orest. 728. ubi Scholiastes Hermogenis p. 404. dat ἡκόμην δι' ἄστεος, et v. 730. θανοῦντας pro κτενοῦντας.) καὶ παρὰ τῷ Μενάνδρῳ. ὁ δὲ Ἀρχίλοχος αὐτὸ καὶ σαφέστερον ἐποίησε καὶ γοργότερον. οἱ γὰρ τετράμετροι αὐτῷ διὰ τοῦτ' (οἶμαι) καὶ γοργότεροι καὶ λογοειδέστεροι τῶν ἄλλων εἶναι δοκοῦσι διότι τροχαϊκῶς σύγκεινται. τρέχει γὰρ ὡς ὄντως ἐν τούτοις ὁ ῥυθμός.

IAMBUS. Nonnulla de Iambo pede attulimus ad Schol. p. 157, 158. Alia dabit Terentianus Maurus p. 2413. Marius Victorinus 2487. Plotius p. 2625. Diomedes p. 473. utcunque depravatus, dignus est tamen qui hic legatur. *Iambus qui constat ex brevi et longa, ut* Dies, *versui maledico habilis,* παρὰ τὸ ἰαμβίζειν *græce* [x] *appellatur. Hujus autem origo verbi ex nomine Iambes famulæ Celei* [y] *derivatur, quæ Cererem, filiam quærendo ad Meganiram* (lege *Metaniram*) *conjugem Celei delatam, cum vidisset sollicitam, male*

---

[q] Al. *ἀπὸ τοῦ τρόχου, h. e. rotatione.* Græca omittit Med.
[r] Al. *hoc est a currendo.*
[s] Al. *quia decursoribus.*
[t] Al. *eventilantis.*
[u] Al. *trocho nominandi.*
[x] *nominatur* Med.
[y] *nominatur* Med.

tractavit. Quidam autem ferunt Iambum quasi [z]Triambum *a Triumphatore Libero cognominatum. Sed alii a Marte ortum Iambum* [a]*strenuo duce tradunt, qui cum crebriter pugnas iniret, et telum cum clamore torqueret,* παρὰ τὸ [b]ἴον βάλλειν *Iambus appellatur. Idcirco ex brevi et longa pedem hunc esse compositum; quod hi qui jaculentur ex brevi accessu in extensum passum proferuntur, ut promtiore nisu telis ictum confirment. Auctor hujus librationis Arctinus græcus his versibus perhibetur.*

[c]ὁ ἴαμβος
ἐξ ὀλίγου διαβὰς προφόρῳ ποδὶ ὄφρα οἱ γυῖα
τεινόμενα ῥώοιτο καὶ εὐσθενὲς εἶδος ἔχησι.

Igitur hunc pedem vel Iambicum gressum prisci Apuli Daunium, a Duce suo Daunio, prodiderunt, quod is primus quum adversus acrem Diomedis pugnam bellum asperum iniisset, [d]*gradali pugna suos dimicare instituit, et collato pede, assequenti paullatim dextero distento, et progredienti lævo et brevi successu, et longo distentu gradus simul et nisus firmaretur; unde non immerito melon hunc Iambicum, Gradalem quidam nuncupant, Gradivoque Marti augurant, quod gradariæ pugnæ hujus effectu moveantur.*

SPONDEUS nomen habet Aristid. Quintil. p. 37. διὰ τὸ ἐν σπονδαῖς αὐτὸν ᾄδεσθαι. Diomedes p. 472. *Dictus* παρὰ τὴν σπονδὴν, *quia in templis hoc pede quædam carmina componebantur, scilicet ut libantes sonum vocis abominosæ* (*ominosæ* Salmasius ad Solin. p. 88.) *audire non possent.* Et paullo post, ex emend. Salmasii loc. cit. *Cum aulis paribus ture incensis altaribus musicus choros geminis gressibus explicaret, et æquipedi sono tibicen spondaulium canere juberet, ut duabus longis melodiis, quasi duplicibus, et jugibus votis prospera deorum voluntas firmaretur. Numam Pompilium, divinitate præditum, hunc pedem* Pontificium *appellasse memorant, cum Salios juniores æquis gressibus circulantes induceret spondeo melo patrios placare indigites.* Terentianus Maurus p. 2413.

Qui quod in templis canorus a sono vocis malæ
Auribus libantis obstat, et favet, σπονδεῖος *est.*

Marius Victorinus p. 2487. *Spondeus e duabus longis, ut* reges, *temporum quatuor, dictus a tractu cantus ejus qui per longas tibias in templis supplicantibus editur. Unde et Spondaulæ* (sic enim recte Salmasius ad Flavium Vopiscum p. 824.) *appellantur qui hujusmodi tibias inflare assueverunt.* Dionysius Halicarnasseus περὶ Συνθ.

---

[z] Hesychius, Θρίαμβος, Διονυσιακὸς ὕμνος, ἴαμβος. Photius MS. Θριάμβους. Ἰάμβους ἔνιοι λέγουσι. Vide Toupii Em. T. III. p. 29. Etymologus M. p. 455, 16. Θρίαμβος ἐπίδειξις νίκης, πομπὴ, καὶ τὸ σεμνύνεσθαι. ἐν τισι πόλεσιν, ὅταν ἤνθουν αἱ συκαῖ, παῖδες περιέλοντες σῦκα σὺν αὐτοῖς τοῖς θρίοις ἔπαιζον, προσφέροντες ἰαμβεῖα τετράμετρα, ἢ ἡμιάμβεια.

[a] Sic Med. *strenuum ducem* Putsch.

[b] Sic Med. Putsch. παρὰ τὸ ἱέναι καὶ βοᾷν. An leg. παρὰ τὸ ἱέναι βάδην ex Mario Victorino p. 2487?

[c] ΔΗαμβος Med. et ποδὶ—ἔχησι mox omittit.

[d] *gladiali* Med.

p. 126. a Porsono ad Euripid. Hec. 161. emendatus, Σπονδεῖος ἀξίωμα ἔχει μέγα καὶ σεμνότητα πολλήν. Παράδειγμα δὲ αὐτοῦ τόδε,

ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ κείναν
στείχω; ποίαν δῆθ' ὁρμάσω;
ποῦ μοι τις θεῶν
ἢ δαίμων ἐστὶν ἀρωγός;

Quintilian. I. 10. 32. *Pythagoram accepimus, concitatos ad vim pudicæ domui afferendam juvenes, jussa mutare in Spondeum modos tibicina, composuissè.* L. Hotchkis conferri jubet Aristoph. Acharn. 236. Pac. 432. 1104.

TRIBRACHYS. Diomedes p. 475. Tribrachys, Tribrevis, *seu* Thasius, *quem quidam* Brachysyllabum, *alii* Triorcheon, *nonnulli* Pygmona, *plerique* Chorium *nominant. Constat ex tribus brevibus, ex quibus nomen accepit, ut,* Hĕlĕnă. *Chorius autem ideo dictus, quia choreis hujus compositio convenit.* Nonnunquam *Trochæus* vocatur. Quintil. IX. 4. 82. *Tres breves* Trochæum, *quem* tribrachyn *dici volunt, qui choreo* trochæi *nomen imponunt.* Terentianus Maurus p. 2414.

Nam solet longam τροχαῖος *solvere in duas breves;*
Unde et appellant τροχαῖον, *quem vocamus tribrachyn.*

Dionysius Halic. p. 128. ὁ μὲν ἐξ ἁπασῶν βραχειῶν συνεστώς, καλούμενος δὲ ὑπό τινων Χορεῖος, τρίβραχυς πούς· οὗ παράδειγμα τοιόνδε,

Βρόμιε, δορατοφόρε, ἐνυάλιε, πολεμοκέλαδε·

ταπεινός τε, καὶ ἄσεμνός ἐστι, καὶ οὐδὲν ἂν ἐξ αὐτοῦ γένοιτο γενναῖον.

DACTYLUS. Diomedes p. 474. Dactylus, *quem Græci* πολιτικὸν *appellant. Constat ex longa et duabus brevibus, temporum quatuor, ut* Rōmulus. *a tractu digitorum dictus, quem ad exprimendam organi modulationem faberrime affectabant; vel ab* [e] *Idæis Dactylis, quos Curetas sive Corybantas Poetæ appellabant. Hi namque in insula Creta Jovem custodiendo, ne vagitu se parvulus proderet, lusus excogitato genere, clypeolis æneis inter se concurrentes, tinnitu æris illisi, rhythmica etiam pedis dactyli compositione celavere vocem infantis. Sed nativitatis eorum causam, vetusta fabulositas docet hanc fuisse. Aiunt Opem in Idam, montem insulæ Cretæ, fugiendo delatam, manus suas imposuisse memorato monti, et sic infantem ipsum edidisse, et ex manuum impressione emersisse Curetas, sive Corybantas; quos a montis nomine, et a qualitate facti, Idæos Dactylos appellant. Hos quidam tres putant, qui Lares esse creduntur, Damnameneus, Acmon, Celmon. Dicti* ἀπὸ τῶν κορῶν, *id est, a formosis oculis, qui* κόραι *vocantur, id est, pupulæ, vel a cono galeæ.* Marius Victorinus p. 2488. *Dactylus—a situ et similitudine digitorum, qui in manibus habentur, vocabulum traxit. Nam ex utraque parte breviores longiori junguntur.* Dionysius Hal. ὁ δὲ ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἀρχόμενος, λήγων δὲ ἐς τὰς βρα-

[e] Vide Meursii Cretam lib. I. c. 4.

χείας, Δακτυλικὸς μὲν καλεῖται, πάνυ δέ ἐστι σεμνὸς, καὶ εἰς κάλλος ἁρμονίας ἀξιολογώτατος, καὶ τὸ ἡρωϊκὸν μέτρον ἀπὸ τούτου κοσμεῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Παράδειγμα δὲ αὐτοῦ τόδε,

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσε.

ANAPÆSTUS. Diomedes p. 475. *Huic contrarius est* Anapæstus, *quem ἀντιδάκτυλον Græci nominant. Constat ex duabus brevibus et longa, temporum totidem, ut,* Nebulæ. *dictus παρὰ τὸ ἀναπαίειν, i. e. παρὰ τὸ ἀνάπαλιν ἀντικρούειν πρὸς τὸν Δάκτυλον. quia recurrendo repercutiens Dactylum, sono reciproco obloquitur ei per antistrophen.* Dionysius Hal. Ὁ δὲ προλαμβάνων τὰς δύο βραχείας, Ἀνάπαιστος μὲν καλεῖται, σεμνότητα δὲ ἔχει πολλήν· καὶ ἔνθα δεῖ μέγεθος περιθεῖναι τοῖς πράγμασιν, ἢ πάθος, ἐπιτήδειός ἐστι παραλαμβάνεσθαι. τούτου τὸ σχῆμα τοιόνδε,

βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν.

AMPHIBRACHYS. Hujus pedis accuratam descriptionem dedit Santenius in commentario ad Terentianum Maurum, quam ex Tychsenii libro partim Germanice conscripto *Bibliothek der alten Litteratur* huc transferemus.

" Amphibrachys vel Amphibrachus qui nullo discrimine a " Latinis scribitur, Amphibrevis etiam audit apud *Diomedem* l. " III. p. 475. *hinc et inde brevis* vertitur in Apospasmatiis *Mallii* " subjectis p. 83. et simili virtute ὑπερθετικὸς a *Schol. Heph.* p. 82, " 22. *Mesites* a *Victorino* dicitur p. 1956. ab aliis *Mesiten*, ab aliis " *Stolan* appellatum, scripserat ante eos *Bassus* p. 2666. med. ubi " pro *Stolan* vide an *Scolion* malis: Scolius enim diserte nuncu- " patur a *Diomede*, tantum non ubique *Bassum* secuto, l. c. *ideo*, " addente, *quia habiliter componitur* Scolio: *est autem citharæ species* " *mensalis:* qualem citharam, cum aliunde non noverim, suspicor " Diomedem scripsisse *cantilenæ:* quæ παροίνιον audit Proclo p. " 10. παροίνιος ᾠδὴ *Hesychio* et *Suidæ* v. σκόλιον, et forsan σκόλια " μέλη *Plutarch. de Musica* p. 1140. F. σκόλια τὰ παροίνια μέλη " *Schol. Aristoph. Vesp.* 1231. σκόλια ᾄσματα *Polluci* VI. 108. un- " de αὔλημα παροίνιον *eidem* IV. 73. et ipsum poculum Scoliorum " cantoris præmium ᾠδὸς dicebatur: v. *Athen.* XI. p. 503. D. " Eodem pertinere videri possit *Schol. Aristoph. Ran.* 1337. et " *Suid.* ὑπόμνημα ἔγραψεν Τυραννίων περὶ τοῦ σκολιοῦ, ὃ [f] προετέθη αὐ- " τῷ ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος. quo in loco cum nihil mutet *Cod. Lei-* " *densis*, nisi προετάθη, pro illo προσετάχθη substituerim. Amphi- " brachos certe multos in Scoliis sibi deprehendisse visi sunt *Scot-* " *tus* et *Nunnesius* ad *Procli Chrestomath.* p. 10. Equidem impri- " mis huc refero unicum in suo genere fragmentum, quod vel " alienum servavit, vel ipse docendi gratia composuit *Dionysius* " *Halic. de Colloc. Verb.* T. II. p. 16, 28.

[f] προετίθη retinet MS. CCC.

Ἴακχε
Διραμβε
Σὺ τῶνδε
Χοράγε.

" Quamquam enim hic in tenebris verſer, neſcio tamen, an hic " rhythmus, non verſus, ſic uno pede diſponi queat, cum *Schol.* " *Ariſtoph. Ran.* 1337. et ex eo *Suidas* Σκόλιον μέλος τι ὀλιγόστιχον " appellet. Meam in Baſſo reſtitutionem affirmat Atilius, cui p. " 2687, 42. duo Amphibrachi, ſive Iambus et Pyrrhichius et " Trochæus, *Diſcolius* dicuntur : item *Diomodes* cui l. III. p. 478. " med. pes ex Pyrrhichio et Amphibracho ſive tribus brevibus et " longa et brevi, *Hegemoſcolius* audit. *Hegemon* autem Pyrrhi- " chius eſt.

" Quod ad Amphibrachi partitionem et ejus effectus attinet, " *Ariſtoxenus* in *Rhythmicis* p. 302. dixit : ὁ μὲν [λόγος] τοῦ τριπλα- " σίου οὐκ ἔῤῥυθμός ἐστιν. Itaque idem pedes, qui nec in æqua, " nec in dupla, nec in ſeſcupla partiantur, ἀλόγους nominare vi- " detur p. 298. quales *Ariſtides* de *Muſica* l. p. 35, 28. κατὰ ἀριθ- " μοὺς μᾶλλον ἢ κατὰ εἴδη ῥυθμικὰ σώζειν τὰς ἀναλογίας ait : *irra-* " *tionales* vocatos a *Capella* II. p. 329. non *irrationabiles* cenſeo. " *Arrhythmos* vocat *Victorinus* p. 2485, 28. ex Ariſtoxeno, et *Ca-* " *pella* IX. p. 328. noto ad v. 1353. et in genere de Amphibra- " chi cæſura cf. *Cledonium* p. 1886, 17. *Donatum* p. 1740, 28. " *Sergium* p. 1883, 16. *Diomedem* p. 476, 18. Noſtrum ſic ex- " plicat *Victorinus* p. 2483, 30. *Amphibrachus in Arſi tria, in* " *Theſi unum accipiet* ; *rurſuſque Arſis unum, Theſis tria ſibimet vin-* " *dicabit,* (interſere : *non ſinguli*) *non dupli, ſed ſeſcupli ut in reliquis* " *ratione diducta*; *quippe cum tribus temporibus unum, et contra unum* " *tribus inſequentibus repugnare videatur. Unde minus aptus in me-* " *tris, Muſicis autem conſentaneus æſtimatur* ; quorum ultima Briſ- " ſæo obloquuntur, in auctore v. 1426 *Exigunt* per *abjiciunt,* " *Muſicam* per *orationem numeroſam* explicanti. *Franc.* autem *Sa-* " *lina Muſic.* L. V. c. 15. *Exigunt* exponit per *explodunt,* quem " eo magis mireris, quod idem ſequenti capite, Muſicæ Amphi- " brachum convenire, oſtendat ; quomodo ad Muſicam neſcio " an admittat *Auguſtinus* Muſ. l. II. p. 77. C. D. Eandem Par- " titionem in cauſa eſſe, cur Amphibrachus ſolus, nec cum aliis " æqualium temporum pedibus, nec ſecum ipſo repetito conjun- " gatur, late ex arte oſtendit idem *Auguſt.* p. 76. ' Amphibra- " chus non facit numerum,' ait *auctor fragm. de Metr.* c. 15. " Eum a metris penitus removet *Mallius* c. 3. p. 17. Apoſpaſm. " p. 88. *Unus vero tantum eſt, qui tripla partitione dividitur, quæ* " *eſt maxima, ideo minime metris adeſt Amphibrachys* ◡ – ||| ◡ –. " Illic enim, item apud Iſidorum p. 831, 41. *minime* probabilior " lectio, quam *minimis,* eaque diviſio, quam notavi, præferenda " videtur, ut Latinum deſignet Metricus Amphibrachus, qui ſe- " cundum optimam *Briſſæi* annotationem in Arſi tria ſemper " tempora, in Theſi unum : Græcus autem, ut τύραννος, unum in

" Arfi, in Thefi tria habet. Cum igitur in hoc pede major pars
" per totum minus contineat, male in fefcuplo Amphibrachys
" Pæonum locum occupavit apud *Victorinum* p. 2483, 16. Ce-
" terum cum omnes reliquæ Partitiones præter folam Amphibra-
" chi triplam, recti five ὀρθοὶ vocentur rhythmi, v. *Etymol. M.* v,
" Δοχμιακὸς, et quæ de ea voce complura noto ad v. 1551. ab
" hoc equidem oppofiti cognominis *fcolii* caufam repetiverim; non
" ab ebriorum vacillatione cum *Oro* apud *Etymologum* in v. nec
" a convivarum inclinatione cum *Proclo* p. 10. nec ab obliquo
" cantatorum ordine cum *Dicæarcho, Ariftoxeno* et *Phulli* apud
" *Schol. Ariftoph. Vefp.* 1231. *Suida* et *Artemone* apud *Athenæum*
" XIV. p. 694. nec cum *Schotto* ad Proclum p. 49. exiftimave-
" rim Scolion opponi Orthio nomo, fed generi potius rhythmi,
" unde Orthium duxiffe nomen teftantur *Pollux* IV. 65. 73. *He-*
" *fychius, Suidas* v. ὄρθιον νόμον, quod eo magis veri fit fimile, quod
" Terpander, qui fecundum Pollucem et Suidam Orthio nomen de-
" dit, idem Scoliorum fuerit inventor fecundum Pindarum apud
" *Plutarch. de Muf.* p. 1140. F. qua ratione eleganter *Maximus*
" *Tyrius* Or. 23. p. 281. Καλὸν μὲν ἐν πολέμῳ τὸ ὄρθιον, καλὸν δὲ ἐν
" τῷ συμποσίῳ Παρόινιον. Proxime a vero abfuit Eruditiff. CLU-
" DIUS *Bibliothek der alten Litteratur.* T. I. p. 51. Mihi, quan-
" quam nec ipfi de Scoliorum Metro conftat, Amphibrachum ta-
" men in iis folis regnaffe, perfuafum eft: et præterea eum pe-
" dem, propter intervalli in proportione partium magnitudinem,
" Muficæ quam poeticæ aptiorem effe."

BACCHIUS. Diomedes p. 475. Bacchius, Œnotrius, Tripodius, Saltans, *quem Græci* Pariambum *dicunt. conftat ex brevi, et duabus longis, temporum quinque, ut,* Agēnōr, Ăthēnæ. *dictus παρὰ τὰς βάκχας, quia bacchantibus convenienter componebatur.* Marius Victorinus p. 2488. *Cum vero longis duabus præponitur brevis, fit Bacchius, temporum quinque, ut,* Cătōnēs: *quia a Bacchi carminibus feu cantilenis, quæ aptiffime hoc metro componuntur, nomen accepit; vel quia familiariter hic rhythmus Bacchantibus aptus fit.* Plotius p. 2626, *Bacchius dictus eft, quod Baccho, id eft Libero patri accepta modulatio hujus pedis fono componebatur.* Adde Quintilianum IX. 4, 82. Auctores alii pedem vocant Bacchium qui duabus longis brevem habet fuppofitam. Dionyfius Halic. Ἐὰν δὲ τὴν ἀρχὴν αἱ δύο μακραὶ κατάσχωσι, τὴν δὲ τελευτὴν βραχεῖα, οἷά ἐστι ταυτί·

σοὶ, Φοῖβε, Μοῦσαί τε, συμβῶμεν·

ἀνδρῶδες δὲ πάνυ τοῦτο σχῆμα, καὶ εἰς σεμνολογίαν ἐπιτήδειον. Τὸ δὲ αὐτὸ συμβήσεται κἂν ἡ βραχεῖα πρώτη τεθῇ τῶν μακρῶν. Καὶ γὰρ οὗτος ὁ ῥυθμὸς ἀξίωμα ἔχει καὶ μέγεθος. Παράδειγμα δὲ αὐτοῦ τόδε·

τίν' ἀκτὰν, τίν' ὕλαν δράμω; ποῖ πορευθῶ;

τούτοις ἀμφοτέροις ὀνόματα κεῖται ῥυθμοῖς ὑπὸ τῶν μετρικῶν, Βακχεῖος μὲν τῷ προτέρῳ, θατέρῳ δὲ ὑποβάκχειος. Terentianus Maurus p. 2414.

Quum duas longas sequetur una brevior syllaba
Pes erit βακχεῖος, ἀντίβακχος *autem tunc erit*
Quum brevem primam locabis et duas longas dein;
Nomina aut vertes vicissim, quum priorem dixeris
Ἀντίβακχον, *nominato qui redit contrarius.*

Atilius Fortunatianus p. 2687. *Antibacchius ex brevi et duabus longis. Bacchius ex duabus longis et brevi.*

AMPHIMACRUS. Diomedes p. 475. *Huic* (Amphibracho scil.) *contrarius est* Amphimacrus, Fescennius, Amphimaros, *quem alii* Creticum *appellant. Constat ex longa, et brevi, et longa, temporum quinque, ut* Dēmŏphōn. *dictus a duabus longis, a quibus utrinque brevis media amplectitur. Creticus quoque, quia Cretes saltando, ejus rhythmica compositione utebantur.* Terentianus Maurus p. 2414.

Creticum appellant eundem, forte Creticum genus
Quomodo ludos sub armis congruentes succinat.
Primus iste pes locatur his ubique in versibus,
Optimus pes et melodis et pedestri gloriæ,
Plurimum orantes decebit, quando pene in ultimo
Obtinet sedem, beatam terminet si clausulam
Δάκτυλος, σπονδεῖος, *imam, nec* τροχαῖον *respuo.*

Plotius 2625. *Amphimacrus nomen accepit, quod ex utraque parte longam, quam Græci* μακρὰν *dicunt, habet: dictus tamen est hic pes etiam* Creticus, *quoniam in Creta insula Corybantes, ut vagitum Jovis nati celarent Saturnum, scutis suis sic sonuerunt, graviter, breviter, graviter.* Marius Victorinus p. 2488. *Hoc pede* ὑπορχήματα *constabant.* Dionysius Halic. μέσης γενομένης τῆς βραχείας, ἄκρων δὲ τῶν μακρῶν, Κρητικός τε λέγεται, καὶ ἔστιν οὐκ ἀγεννής· ὑπόδειγμα δὲ αὐτοῦ τοιόνδε·

οἱ δ' ἐπείγοντο πλωταῖς ἀπήνησι χαλκεμβόλοις.

PALIMBACCHIUS. Diomedes p. 476. *Huic* (Bacchio scil.) *contrarius est* Palimbacchius, Latius, *qui et* Saturnius, *ultima brevi, quem quidam* Proponticon, *alii* Thessaleon *vocant. Constat ex duabus longis et brevi, temporum totidem, ut,* Nātūră. *dictus Palimbacchius, quia contrarius est Bacchio. Apud Græcos enim* πάλιν *contrarium significat, ideo,*

παλίντονα τόξα τιταίνων,

cornibus inter se contrariis. Eustathius ad Od. Z. p. 1551, 54= 247, 27. Ἔστι δὲ παλιμβακχεῖος ἢ προπαροξυτόνως παλιμβάκχειος, πεντάχρονος πούς, ἐκ δύο μακρῶν καὶ βραχείας, οἷον ἥφαιστος, ἀνάπαλιν ἔχων τῷ βακχείῳ, πενταχρόνῳ ὄντι ἐκ βραχείας καὶ δύο μακρῶν, οἷον νοημῶν, ἔχοντι τὴν κλῆσιν ἀπὸ τοῦ Βάκχου Διονύσου, ᾧ ὕμνους ἐκ τοιούτου μέτρου ᾖδον οἱ διθυραμβοποιοί. Vide supra ad Bacchium.

MOLOSSUS. Diomedes p. 475. *Huic contrarius est* Molossus, Vortumnius, Extensipes, *quem alii* Hippium, *vel* Chanium *dicunt.*

Conſtat ex tribus longis, temporum ſex, ut, Ǣnēās. *Ideo Moloſſus dictus, quia Moloſſi, id eſt, Theſſali ad bellum procedentes, hujus modulata compoſitione utebantur. Hippius vero equeſtri ſcilicet pugnæ conveniens modulabatur.* Plotius p. 2625. *Moloſſus dictus quod a Moloſſo Cretenſi viro repertus eſt; hunc quidam et Creticum dicunt.* In Cæſio Baſſo p. 2666. repone *Hunc alii* Hippion *appellaverunt.* Dionyſius Hal. Ὁ δὲ ἐξ ἁπασῶν μακρῶν, Μολοττὸν δὲ αὐτὸν οἱ μετρικοὶ καλοῦσιν, ὑψηλός τε, καὶ ἀξιωματικός ἐστι, καὶ διαβεβηκὼς ὡς ἐπὶ πολύ. Παράδειγμα δὲ αὐτοῦ τόδε·

ὦ Ζηνὸς καὶ Λήδας κάλλιστοι σωτῆρες.

De pedibus duodecim præcedentibus ita Dionyſius: Οὗτοι δώδεκα ῥυθμοί τε καὶ πόδες εἰσὶν οἱ πρῶτοι καταμετροῦντες ἅπασαν ἔμμετρόν τε καὶ ἄμετρον λέξιν, ἐξ ὧν γίνονται στίχοι τε καὶ κῶλα· οἱ γὰρ ἄλλοι ἐκ τούτων εἰσὶ σύνθετοι.

PROCELEUSMATICUS. Plotius p. 2626. *Proceleuſmaticus dictus eſt, quod choros concitantes, ut celerius ſaltationem celebrarent inter ſe, hortabantur, et hortatio Græce* κέλευσις *nuncupatur.* Confer Servium ad Virgil. Æn. III. 128.

PÆONES. Plotius ibid. *Pæones a Pæone poeta nomen inditum poſſederunt.*

IONICI. Plotius ibid. *Ionici ab Ione inventore ſuo dicti.*

ANTISPASTUS. Plotius ibid. *Antiſpaſtus, quoniam ex utraque parte a brevibus revellatur, quod Græci* ἀντισπᾷν *dicunt.*

EPITRITI. Plotius ibid. *Epitriti ideo hoc nomine vocati, quod ad tres breves una longa variis vicibus teneatur.* Ariſtides Quintilianus p. 49. Ἐπίτριτον δὲ καλεῖται τὸ σχῆμα, ἐπεὶ συνέστηκεν ἐκ ποδῶν λόγον ἐχόντων ἐπίτριτον, ὃν ἔχει τέσσαρα πρὸς τρία. A. Gellius XVIII. 14. Epitritos *eſt, qui habet totum aliquem numerum et ejuſdem partem tertiam, ut quatuor ad tres.* Macrobius in Somnum Scipionis II. 1. *Eſt* epitritus, *cum de duobus numeris major habet totum minorem et inſuper ejus tertiam partem; ut ſunt quatuor ad tria. Nam in quatuor ſunt tria, et tertia pars trium, id eſt, unum.* His liceat ex Plotio p. 2626. adjicere. *Quinque ſyllabarum pedes ex diſyllabis et triſyllabis vel contra compoſiti ſunt numero triginta duo, quoniam quinque ſyllabæ* XXXII *ſchemata habent: qua ratione etiam metrum Heroicum, quod quinque pedibus variatur* XXXII *ſchemata habent.*

Sex ſyllabarum pedes ſunt numero ſexaginta tres, quoniam ſex ſyllabæ ſchemata habent totidem. Hoc tamen ſcire debemus, quod quinque ſyllabarum pedes, et ſex in metro reperiri poſſunt, et maxime in chororum modulatione, ſed non ſcanduntur, eorum pedum more, qui ex quatuor ſyllabis conſtant. Nam illi juncti ex diſyllabis uno nomine ſuo nuncupantur: hi vero per eas partes per quas compoſiti ſunt: ut

si sit ex spondeo et dactylo pes compositus, non totus in se scanditur, sicut proceleusmaticus, sed spondeo et dactylo: sic etiamsi ex duobus dactylis componatur. Sed horum omnium subjungere schemata, est quidem possibile, sed molestum.

CAP. IV.

De Metrorum fine.

P. 24. DIOMEDES p. 501. *Species carminum sunt quatuor, ἀκατάληκτα, καταληκτα, ὑπερκατάληκτα, βραχυκατάληκτα.* 1. *Acatalecta, est integer versus singulorum metrorum.* 2. *Catalecta, est versus minus habens metricæ constitutionis.* 3. *Hypercatalecta, est super præcipuum versum syllabarum plus habens.* 4. *Brachycatalecta pedem minus habet, quam poscit pedum dispositio.* Priscianus super XII Vers. Æneid. p. 1216. *Catalecticos dicunt, quibus deest in fine aliquid*; *Acatalecticos, quibus nihil deest. Heroicus autem, qui legitimos habet dactylos, qui trisyllabi sunt, ideo in disyllabum desinere vult, et minuit in fine unam syllabam, ne sit impedimento sequenti versui quin celeriter incipiat. Præterea dicuntur hypercatalectici, quibus abundat una vel duæ syllabæ, ut novenarium Pindaricum*; *quod cum sit dimetrum iambicum, habet tamen unam syllabam plus in fine, Horatius,* Sylvæ laborantes geluque. *Brachycatalectici dicuntur in iambicis et similibus, quibus deest una syllaba vel duæ, ut est senarium iambicum Colophonium, ut Horatius*; Mea renidet in domo lacunar.

P. 26, 4. οἷον ἐπὶ ἀναπαιστικοῦ. Heathius ad Æschyli Agam. 1010. "Ut verum dicam, omnes illi catalecti et hypercatalecti "in disyllabum nihil nisi merum Grammaticorum commentum "sunt carminum genera non recte distinguentium, neque uspiam "in veteribus Poetis exstare reperientur. Cum enim in carmini-"bus tantum quæ e pedibus trisyllabis constant ex ipsa rei na-"tura κατάληξις ista locum habere possit; de dactylis, creticis, "bacchiis et palimbacchiis res in aperto est. Nam dactylus ca-"talectus in disyllabum est spondeus, propter τὸ ἀδιάφορον ultimæ "syllabæ, ideoque et primum Iliados versum, quia in trochæo "definit, in exemplum dactylici catalectici in disyllabum adfert "Hephæstion. Creticus autem bacchius et palimbacchius in di-"syllabum catalectus revera est vel trochæus vel pæonis dimi-"dium; in omnibus autem carminibus quæ pedibus istis con-"stant, pæones etiam et dipodiæ trochaicæ admittuntur, et eo-"rum locum tenere possunt. Restat tantum anapæstus, quem "ideo etiam in disyllabum καταλήγεσθαι non posse puto, quia in "anapæsticis anapæsto dactylus rite opponitur. Primæ vero duæ

"dactyli syllabæ primis duabus anapæsti syllabis rite opponi non "possunt, quia et ἰσόχρονοι non sunt, et eadem antipathia inter "has, quæ inter trochæum et iambum sive pyrrhichium, inter-"cedere reperitur. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 62—66. Et re-"ipsa catalecticorum horum in disyllabum anapæsticorum nul-"lum adhuc mihi videre contigit, qui non, aut correptus esset, "aut talis ut alia ratione commodius eum metiri liceret."

IV. 2. p. 26. παντὸς μέτρου ἀδιάφορος. Cicero Orat. ad Brutum c. 64. sect. 217. *Nihil enim interest, dactylus sit extremus an creticus; quia postrema syllaba, brevis an longa sit, ne in versu quidem refert.* Servius in Centimetro p. 1817. *Finalem syllabam in omnibus metris indifferenter accipi.* Maximus Victorinus p. 1957. *Est autem dactylicum carmen, quod constat dactylo et spondeo. Non dico, ultimo loco nonnunquam Trochæo, eo quod quidam bono judicio hunc pedem de versu Hexametro excludendum censuerunt. Quippe omnis syllaba in versu ultima ἀδιάφορος est, id est indifferenter accipitur, nec interest utrum producta sit an correpta. Nam cum ita ratio exposcat, ut pleno versu viginti quatuor tempora insint, admisso utique Trochæo curtabitur numerus temporum et erunt tempora* XXIII. Terentianus Maurus p. 2419.

Omnibus in metris hoc jam retinere memento,
In fine non obesse pro longa brevem.

Hanc regulam, unanimi Grammaticorum consensu munitam, modo tecum rem recte reputes, omnino veram reperies. Quod enim observant viri docti, syllabam videlicet finalem in Dimetris Iambicis, Trochaicis, Anapæsticis, Ionicis &c. neutiquam pro communi habendam esse, hoc, ne levissime quidem, supradicto canoni obstat. "Nempe dimetri," Dawesii verbis utor p. 30. "cu-"juscunque generis continuo carmine per συνάφειαν decurrunt, "usque dum ad versum catalecticum, quo omne systema clauda-"tur, deventum sit." In talibus itaque perspicuum est finalem tantummodo uniuscujusque systematis syllabam pro versus terminatione censeri. Quod in longioribus versuum generibus, sive senarii sint Iambici, sive hexametri heroici, sive demum tetrametri Iambici, Trochaici, Anapæstici, longe secus se habet. Vocales in fine senariorum nonnunquam elidi posse docet Valckenaerius ad Euripid. Phœn. 891. Confer Porsonum in Euripid. Med. 510. cum Heathio et Marklando ad Euripid. Iph. Aul. 929. De ultimarum syllabarum in carminibus Pindaricis mensura egregia protulerunt Dawesius Misc. Crit. Sect. II. init. Hermannus Dissert. Metr. apud Heynium T. III. p. 184. sqq.

IV. 3. p. 26. Eustathius ad Il. Ξ. p. 984, 2=974, 49. Ἐν δὲ τῷ, ΕΥΡΥΟΠΑ ΖΗΝ' Ὡς ἩΡΑΚΛΗΟΣ ΠΕΡΙΧΩΣΑΤΟ, καταλήγει μὲν ὁ προηγούμενος στίχος εἰς τὴν ΖΗ συλλαβὴν κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ κεῖται παρὰ τῷ ποιητῇ. ὁ δὲ συνεχὴς ἄρχεται ἀπὸ τοῦ Ν συναφθέντος εἰς τὸ ΩΣ. Καὶ δοκεῖ μὲν καινή τις ἡ τοιαύτη σύντα-

ξις, ἤγουν ἀκολουθία, τῆς γραφῆς. Ἔστι δὲ ἄλλως οὐ ξενίζουσα, ὡς ἔστι νοῆσαι ἀπὸ τῶν ἐφεξῆς. Ἰστέον γὰρ ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς, πᾶν μέτρον εἰς τελείαν περαιοῦται λέξιν, τὰ δὲ μὴ ἔχοντα οὕτω, ἀλλὰ μέρος μέν τι τῆς τελευταίας λέξεως, τῷ πρώτῳ στίχῳ ἀφιέντα, τὸ δὲ λοιπὸν τῷ ἐπαγομένῳ στίχῳ μερίζοντα, ἐπιλήψιμά εἰσίν. ὅπερ φασι ποιῆσαι τὸν Σιμωνίδην ἐν ἐπιγράμματι, ἔχοντι οὕτω,

ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ' ἡνίκ' Ἀριστο-
γείτων Ἵππαρχον κτεῖνε καὶ Ἁρμόδιος.

ἐνταῦθα γὰρ ὁ μὲν πρῶτος στίχος δάκτυλος ὢν, ἤτοι ἡρωϊκὸς, καταλήγει εἰς τὸ ΑΡΙΣΤΟ· ὁ δὲ δεύτερος ἐλεγεῖος ὢν, ἀπὸ τοῦ ΓΕΙΤΩΝ ἄρχεται. Παράγουσι δὲ καὶ ἄλλο ἡρωελεγεῖον ἔπος ὅμοιον,

οὗτος δή σοι ὁ κλεινὸς ἀν' Ἑλλάδα πᾶσαν Ἀπολλό-
δωρος· γινώσκεις τοὔνομα τοῦτο κλύων.

καὶ ἐνταῦθα γὰρ ὁ μὲν προηγούμενος στίχος εἰς τὴν ΛΟ συλλαβὴν καταλήγει, ὁ δὲ μετ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ΔΩ ἄρχεται. Τοιοῦτόν τι καὶ τὸν ποιητήν φασιν ἐνταῦθα παθεῖν, ἐν τῷ,

ἢ φὴς ὡς Τρώεσσιν ἀρηγέμεν εὐρυόπα Ζῆ-
ν' ὡς Ἡρακλῆος περιχώσατο.

τῆς γὰρ αἰτιατικῆς τοῦ εὐρύοπα Ζῆνα ἐκθλιψάσης τὸ α, τὸ νῦ πάντως τῷ φωνήεντι τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου στίχου προσνέμεται. Ὥστε αὐτὸν μὲν, ἀπὸ τοῦ νῦ κατάρχεσθαι, τὸν δὲ πρῶτον στίχον, καταλήγειν εἰς μόνην τὴν ΖΗ συλλαβὴν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ περαιοῦσθαι εἰς τελείαν λέξιν τὸ τοῦ πρώτου στίχου μέτρον. Ὅτι δὲ ἐν ταῖς ἐκθλίψεσι τὸ ἐναπομεῖναν σύμφωνον τῷ ἐπαγομένῳ φωνήεντι ἕπεται, δῆλον τοῖς ἀκολουθοῦσι κανόνι γραμματικῷ. Καθόλου γὰρ μεταξὺ δύο φωνηέντων ἐν μιᾷ λέξει, ἢ καὶ ἐν συναλοιφῇ σύμφωνον εὑρεθὲν, τῷ δευτέρῳ προσνέμεται. Εἰ μέντοι τις τὸν πρῶτον στίχον οὐκ εἰς τὸ Η μόνον ἀλλ' εἰς τὸ ΝΥ ἀπαρτίζει, ΖΗΝ λέγων, εἶτα γράφων ΩΣ ΗΡΑΚΛΗΟΣ καὶ ἑξῆς, θεραπεύει μὲν τὴν καινότροπον τοῦ πρώτου στίχου κατάληξιν, καὶ τὴν ὁμοίαν τοῦ δευτέρου ἀρχήν. Καινοτομεῖ δὲ ὅμως τὴν ἔκθλιψιν, μὴ ἀφεὶς τὸ ΝΥ τῷ ἐπαγομένῳ στίχῳ ἐπακολουθεῖν. Τὸ δέ γε ἀποκοπὴν παρεισάγειν ἐνταῦθα, παράδοξον μέν ἐστιν, οὐκ ἀσύνηθες δέ. ἀποκοπέντα γὰρ τὸν ΖΗΝΑ, ΖΗΝ εἴποι τις ἄν. ὡς καὶ τὸν ἰχῶρα ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἰχῶρ τινες ἔγραφον, οἷον,

ἀπ' ἰχῶρ χειρὸς ὀμόργνυ.

ἤδη δέ τις καὶ τὸν ΗΛΟΝ ἀποκόψας, ΗΛ εἶπεν, ὡς δηλοῖ ὁ γεωγράφος, οἷον,

δαιμόνιος ἧλ.

εἴσι δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Ὅλως οὖν ὁ ῥηθεὶς Ὁμηρικὸς στίχος, τὸ, ἢ φὴς καὶ ἑξῆς, οὐκ ἀγαθὴν ἔχει κατάληξιν ὅπως ἄν τις αὐτὸν καὶ μεταχειρίσηται. cf. Il. Θ. p. 709=594, 2. Marius Victorinus p. 2499. *Omnis autem versus ab integra parte orationis incipit, et in integram desinit, exceptis his quæ in Comœdiis jlocaliter dicta, corrupta aut semiplena efferuntur, aut quæ raro apud Epicos metri necessitate dividuntur.* Porsonus ad Euripid. Hec. 725. " Mendose μεταστέλλων in Phœnissarum edd. quibusdam, quam disjunctionem " non patiuntur Tragici senarii. Si quid aliter fertur, prava " distinctione laborat, ut Æschyl. Prom. 67. τῶν Διός τ' ἐχθρῶν

" ὕπερ Στένεις. Joco dixit Eupolis ἀλλ' οὐχὶ," &c. Vulgatur quidem in fragmento Xenarchi apud Athenæum XIII. p. 569. C.

Δεδιότα κἀν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχον-
τα, πῶς ποτ' ὦ δέσποινα πόντια Κύπρις.

ubi membranæ Parifienfes ἔχοντα ὡς πῶς ποτ'—Κύπρι. Sed audi Porfonum in Appendice ad Toupii Emend. T. IV. p. 501. " Licentia, quam defendit Toupius nunquam Tragicis, nec Comicis nifi per jocum, ut Eupolidi apud Hephæft. conceffa eft. Exempla duo, quæ fola ad rem funt, mendo laborant. In Xenarcho reponendum,

δεδιότα τ' ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν·
οἴ πῶς ποτ', ὦ δ'.—

" quod partim viderat Valckenaer. ad Euripid. Hippol. 415. In Antiphanis fragmento (Athen. VI. p. 224.

πρὸς ἀγορὰν δ' ὅταν
ἔλθω πεπίστευκ' εὐθύς. Ἐμβλέπων γὰρ αὐ-
τοῖς ἰχθυοπώλαις, λίθινος εὐθὺ γίνομαι)

" præter alia minus commoda difplicent ifta εὐθὺς—εὐθὺ, quorum alterutrum ex altero natum eft. Scribendum videtur,

πεπίστευκ'· ἐμβλέπων γὰρ αὐτόθι
τοῖς ἰχθυοπώλαις, λίθινος εὐθὺς γίγνομαι."

Æfchylus Prometh. Solut. apud Strabonem IV. p. 183. B. ed. Parif.

ὑπόσκιον θήσει χθόνα, οἷς ἔπειτα συμ-
βαλὼν δηώσεις ῥαδίως Λιγὺν στρατόν.

Sed dudum eft quod ibi,

θήσει χθόν' οἷς ἔπειτα σὺ
βαλὼν, διώξεις———

emendarit Salmafius. Nondum perfanatus eft Eubulus Athenæi XI. p. 471. D. quem ex MS. fic edidit Schweighæuferus,

ἄρτι μὲν μάλ' ἀνδρικὴν
τῶν θηρικλείων, ὑπεραφρίζουσαν, παρα-
κωθωνόχειρον, ψηφοπεριβομβητρίαν, &c.

Apte autem citat Toupius Epigr. ex Brunckii Analectis II. p. 384.

Θῆκε δ' ὁμοῦ νούσων τε κακῶν ζωάγρια Νικο-
μήδης, καὶ χειρῶν δεῖγμα παλαιγενέων.

Verfuum iftorum qui per συνάφειαν continuantur diverfiffima eft ratio.

CAP. V.

De Iambico.

P. 38. GRAMMATICI nonnulli omnia metrorum genera ex Dactylico et Iambico orta existimant, ut Marius Victorinus p. 2552. *Omnia ex Dactylo et Iambo principalibus orta noscuntur. Nam quæcunque protuleris ex his profluere fontibus, et ad hæc referri, veluti semina, examinando reperies. Hæc enim sola duo metra, quamvis et Iambicum Heroi sit traductivum, utpote cum trimeter de Hexametro manasse noscatur, hæc sola possunt Prototyporum Prototypa dici, et omnium metrorum elementa. Reliqua autem horum ἀποτμήματα.* Est etiam a Grammaticis disputatum, an a Dactylico potius quam Iambico differendi exordium sumant. Marius Victorinus p. 2513. *Auspicandum ab eo nobis pede potissimum credidi, qui heroum metrum principem omnium continens etiam nominis sui appellatione signavit. Siquidem nonnulli ambigant, a quo e duobus, metrorum ordinem inchoantes, exordium capiant. Nam qui ab Iambo initium trahunt, eo studio id fieri volunt, quod idem a brevi, a quo his origo est, incipiens tempore, et longo desinens, veluti a minori ad majus egressus per temporum incrementa consurgat.* (Vide Schol. ad p. 28.) *Pyrrhichius nullum ex se metrum edidit; Trochæus vero a longa incipit.* Et Victorino concinunt alii. Hephæstio autem noster, qui minime suis adstipulatoribus destitutus est, novem recenset prototypa metrorum genera, pedum nominibus, unde originem ducunt, insignita. Nec male ab eodem auctore factum arbitror, quod ab Iambo auspicatus sit.

Sed priusquam ad singulas versuum Iambicorum &c. species enotandas accedemus, proderit fortasse ut Ictuum, sive Accentuum metricorum, ratio exponatur. In hanc rem itaque nonnulla placuit excerpere ex Dawesii Miscell. Crit. Sect. V. init. " Metra iambica notum est præter iambum, uti et trochaica præ- " ter trochæum, pedes recipere tribrachyn, spondeum, dactylum, " et anapæstum. In ipsis iambo et trochæo, cum illum syllabæ " brevi longa, hunc longæ brevis subjecta constitueret; postula- " bat rei musicæ necessitas ut accentum longæ sedes determina- " ret. Spondeus autem cum ex duabus longis constaret, adeoque " ad ictus sedem per se plane esset indifferens, ei autem pes uter- " que de certis sedibus summa cum comitate cederet; haud levis " profecto contumaciæ arguendus veniret, ni in versu iambico " iambi, in trochaico trochæi rationem commodus vicissim ac pa- " tiens sequeretur. Tribrachys similiter pedi utrique morem ge- " rebat. In metro utique iambico in secundam, in trochaico in " primam ictum cadere patiebatur. Dactylus denique et ana- " pæstus in utroque metro spondei, utpote cui æquipollerent, in- " genio sese accommodabant. Haud dissimiliter in metro ana-

" pæſtico, cum in ipſius anapæſti ultimam ictus neceſſario cade-
" ret, hujus itidem indoli ſpondeus, dactylus, et proceleuſmaticus
" obtemperabant. Hinc adeo canon exſurgit: *In metris Iambicis*
" [1]*iambi,* [2]*ſpondei, et* [3]*anapæſti in ultimam,* [4]*tribrachi et* [5]*dactyli in me-*
" *diam: in Trochaicis pedis* [6]*cujuſque in primam: in Anapæſticis* [7]*ana-*
" *pæſti et* [8]*ſpondei in ultimam,* [9]*dactyli et proceleuſmatici in penulti-*
" *mam, ictus cadit.* Quod autem in tribrachi, dactyli, et proce-
" leuſmatici penultima potius quam ultima locum habeat, nihil
" eſt ut quiſquam miretur; nam in horum cujuſlibet ultima ne-
" ſcio quid importuni atque abſoni efficeret.

[3]Πριαμού | [1]τε πά | [1]τρος ός | [1]μ᾽ επεί | [1]Φρυγών | [1]πολίν
[2]κινδύ | [1]νος έσ | [4]χε δόρι | [1]πεσείν | [2]Ελλή | [1]νικώ.
[2]και τόν | [1]φυτούρ | [5]γον Πρία | [1]μον ούκ | [2]αλλών | [1]παρά.
[6]καί το | δόρυ χρη | τόν οβε | λίσκον
πέριπα | τείν ε | χόντας | ήμας.
[9]αλλ᾽ ίθι | [8]χαιρών | και πρά | ξειάς
[7]κατα νόυν | τον εμόν | [9]και σέ φυ | [8]λαττοί.

" Eaſdem accentuum leges Latini itidem poetæ violare reformi-
" dabant. Atque in Bentleiana quidem Terentii editione ver-
" ſuum iambicorum et trochaicorum pedes alternos accentibus
" notatos videre eſt. Quæ quanquam res a viro Cl. ita admi-
" niſtrata ſit, ut adverſus canonem a nobis jam primo traditum
" vix unquam peccet: attamen ni vir Cl. aurem unice magiſ-
" tram, non artem ſecutus eſſet, regulam opinor, uti nos, incul-
" caſſe pauciſſimiſque exemplis illuſtraſſe contentus immenſo ſuo
" in depingendis accentibus labori peperciſſet, atque a typogra-
" pho inſuper gratiam haud levem iniiſſet. Quin etiam ipſi diſ-
" centium commodo, quod in animo habuiſſe ſe profitetur, effica-
" cius conſuluiſſet; quippe hoc pacto effeciſſet ut ne iis pedes
" quique alterni a ſe prætermiſſi moram injicerent. Eſt quidem
" ubi vir Cl. tam auris quam artis monita neglexiſſe videtur,
" cum utique illud Plautinum,

Piſcíbus in álto crédo praébent pábulum

" ita efferri voluerit, ut verbi *piſcibus* in prima ictus vim obti-
" neret.

" Unum porro diſcentium in commodum libet adjicere. Ca-
" veant utique, ſedulo caveant velim in legendis verſibus ſenariis,
" ne importunam atque odioſam ſyllabarum diſtributionem imi-
" tentur, quam Galli hodierni in ſuis perpetuam ſervant: hoc eſt,
" ne pedes magis dimetiantur quam numerorum harmoniæ gra-
" tiæque conſulant. Id quod in eos cadere dicendum eſt, qui ef-
" ferre ſolent,

ηκώ | νεκρών | κευθμώ | να καί | σκοτού | πυλάς.
λιπών | ιν᾽ Αί | δης χώ | ρις ώ | κισταί | θεών.

" Aut etiam per dipodiam,

ηκώ νεκρών | κευθμώνα κάι | σκοτού πυλάς.

" Nempe utrovis modo cæſuræ venuſtas et gratia tota perit.
" Hoc incommodum evitaturus aliam ſibi ſcandendi rationem in-

" ſtituit Cl. Bentleius. Ipſum autem audias. *Quare ego jam ab* " *ipſa adoleſcentia in omnibus iambicis præter tetrametrum catalecti-* " *cum, de quo poſtea dicam, aliam mihi ſcanſionis rationem inſtitui, per* " *διποδίαν ſcilicet τροχαΐκην, hoc modo,*

" Po | eta dederit | quæ ſunt adoleſ | centium.

" *primo ſemipede quaſi ſubducto et abſciſo, verſu autem in dactylum* " *vel creticum exeunte.* Fateor equidem hanc rationem ubi cæſura " ſit πενθημιμερης ſatis commodam venire. In cæſura vero ἑφθη- " μιμερει ſecus ſe res habet. Verbi gratia, ſi ſenarium ſupra de- " ſcriptum ita dimetiaris,

η | κω νεκρων κευθ | μωνα και σκο | του πυλας.

" ubinam obſecro eſt decantata cæſuræ virtus? Abiit, exceſſit, " evaſit. Tu vero, ſi me ſatis audies, eam legendi rationem ſer- " vabis, ut per ſeriem iambicam aſcendas, uſque dum ad cæſu- " ram, ſive πενθημιμερη ſeu ἑφθημιμερη perveneris: ſyllabam au- " tem quæ cæſuram conſtituit tanquam pedis præcedentis jam " majoris facti partem enuncies: deinde autem per trochaicam, " quam ſyllaba catalectica claudet, ita deſcendas, ut ultimus tro- " chæus cum ſyllaba ſequente tanquam pes unus, creticus ſcilicet, " efferatur.

η̄κω̄ | νε̆κρῶν | κεῡθμω̄νᾰ || καὶ σκο̆ | τοῡ πῠλᾱς.
λῐπω̄ν | ῐν᾽ ᾱδη̄ς || χω̄ρῐς | ω̄κῑ | σταῑ θε̆ω̄ν
Πο̆λῠδω̄ | ρο̆ς ε̆κᾰβη̄ς || παι̅ς γε̆ | γω̄ς τη̄ς | Κι̅σσε̆ω̄ς.

" Obſervabis autem in verſu altero et tertio haberi etiam cæſuram " τριἡμερη. Proinde ſi in his ſtatim poſt pedem primum cæſura " adauctum ſeriem trochaicum inchoaveris, nihilo minor evadet " numerorum venuſtas.

λιπών ιν || ἁδης | χώρις | ώκι | σταί θεων.
Πολυδώρος || έκαβης | παίς γε | γώς τῆς | Κίσσεως.

" Similiter perinde erit ad verſus concinnitatem, ſi vel inciſione " ἑφθημιμερει obſervata legeris,

προς οί | κον ευ | θυνόν τας || έναλι | άν πλατην,

" vel τριἡμερει,

προς οίκον || εύθυ | νόν τας | έναλί | άν πλατην."

Statuit porro Vir idem doctiſſimus Accentum ſive ictum in τις non interrogantem nunquam cadere p. 198. in particulam γε p. 247. cui addatur τε. in ultimam vocis hyperdiſyllabæ correptam p. 211. 320. Huc etiam pertinet regula, quam infeliciter admodum proſcindit Marklandus ad Euripid. Suppl. 901. Anapæſtum nempe dactylo vel tribracho nunquam ſubjici pp. 250. 294. 316. Loca ab Hermanno prolata De Metris lib. II. c. XIV. pleraque ſunt a viris eruditis jam reformata.

Statuit etiam Daweſius, p. 215. Bentleium alioſque ſecutus, Poeſin Atticam, in iambicis ſaltim et trochaicis, ab hiatu vocalium et diphthongorum prorſus abhorrere. Comici tamen pronomen neutrale τι, ut et præpoſitionem περὶ, et ſiquæ alia fuerint ejuſdem generis, vocabulo a vocali vel diphthongo incipienti haud illibenter præfecerunt. Exempla hiatuum, quæ hic ſatis apte

examinari poterant, nunc prætermittam. Unum tamen, ne plane ἀσύμβολος difcedam, libet apponere. In fragmentis fcilicet Menandri p. 276. ed. Clerici, occurrit verfus, quem a viro fummo Bentleio prave emendatum nefcio an alii animadverterint. Lege autem ex Scholiafte Æfchyli Prom. 378.

> Λόγος γὰρ ἀνθρώποισιν ἰᾶται νόσους,
> Ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει ΘΕΛΚΤΗΡΙΑ.

Euripidis Helen. 760. palmaria emendatione fanavit Porfonus. Sed proderit locum integrum oculis lectorum fubjicere.

> Κάλχας γὰρ οὐκ εἶπ᾽ οὐδ᾽ ἐσήμηνε στρατῷ
> Νεφέλης ὑπερθνήσκοντας εἰσορῶν φίλους·
> Οὐδὲν | γε ἄλ | λὰ πόλις ἀνηρπάσται μάτην.

Quantocyus repone Οὐδ᾽ Ἕλενος· ἀλλὰ πόλις α. μ. Quippe nec Calchas Græcis neque Helenus Trojanis edixit &c.

Trimetrorum, five [g] fenariorum, leges expofuit Porfonus in aurea fua ad Euripidis Hecubam præfatione; quam fæpius iterumque pertractandam lectoribus meis commendo. Interim ex ea delibare placuit, quæ fummam difciplinæ iftius continere videantur.

Tragici igitur anapæftum nifi in primo fenarii pede, et nominibus propriis, rariffime, vel nunquam adhibebant; rariffime verfus cæfura carentes fcripfere; rariffime, fi unquam, paufam neg-

---

[g] Bentleius Σχεδιασμ. de Metris Terentianis init. " Iambicus verfus " fenorum pedum Latinis veteribus " *Senarius* vocabatur, a Pedum et " Ictuum numero. Horatius A. P. " 251.

> *Syllaba longa brevi fubjecta vocatur* Iambus,
> *Pes citus: unde etiam Trimetris accrefcere juffit*
> *Nomen Iambeis, cum Senos redderet ictus*
> *Primus ad extremum fimilis fibi.*

" Sex, inquit, habet ictus verfus Se- " narius, et tamen Trimetrus five " *Ternarius* Græcis vocatur; quafi " tres tantum Ictus redderet, ob pe- " dis celeritatem, præfertim cum to- " tus Iambus puris decurrit. Latini " igitur per *μονοποδίαν*, *fingulos pedes*, " hos verfus dividebant; Græci per " *διποδίαν*, feu *geminatos*. Inde qui " Græcis eft *Tetrametrus*, Varroni a " pedum numero eft *Octonarius*. Ju- " ba rex apud Rufinum de Metris p. " 2712. *Quod autem binis pedibus, et* " *non fingulis, fcandatur Iambicus, ve-* " *tus inftitutum eft.* Et mox: *Unde* " *apparet Heroicum fingulis pedibus* " *fcandi etiam apud veteres folitum,* " *Iambum autem binis.* Marius Vic- " torinus p. 2497. *Per Monopodiam* " *fola Dactylica fcanduntur, per Dipo-* " *diam vero cetera.* Nefcivit hic Bac- " chiacos et Creticos, quos etiam " Monopodia dimetitur. Diomedes " p. 503. *Feritur Senarius Iambicus* " *combinatis pedibus ter.* Terentianus " Maurus p. 2432.

> *Iambus ipfe* fex *enim locis manet*
> *Et inde nomen inditum eft* Senario:
> *Sed* ter *feritur, hinc* Trimetrus *dicitur,*
> *Scandendo binos quod pedes conjungimus.*

" *Ictus, Percuffio* dicitur; quia Tibi- " cen, dum rythmum et tempus " moderabatur, ter in Trimetro, qua- " ter in Tetrametro, folum pede fe- " riebat: Ἄρσις autem five *Elevatio* " appellatur, quod in iifdem fyllabis, " quibus Tibicen *pedem* accommo- " dabat, Actor *vocem* acuebat ac " tollebat. In *Thefi* autem funt ce- " teræ fyllabæ, quæ Ictu deftitutæ " minus idcirco audiuntur."

lexere, hoc est, in quinto loco spondeum inter duo verba hypermonosyllaba divisere, ut in primo Ionis

Ἄτλας | ὁ χαλ | κέοι | σι νώ | τοις οὐ | ρανον.

Dactylum certe in eodem quinto pede nunquam posuere. Rarissime etiam permisere ut pedes tertius[h] et quartus integras voces vel vocum partes facerent. Sed hæc omnia sibi libenter permisere Comici.

Ceterum ex subjecto Schemate præcipuæ senariorum formæ tironibus colligendæ sunt.

METRUM IAMBICUM TRIMETRUM ACATALECTICUM, TRAGICUM.

	1 2 3 4 5 6
Purum. Soph. Aj. 5.	πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον. ⏑ - | ⏑ - | ⏑ - | ⏑ - | ⏑ - | ⏑ -
Tribrachys in prima Eurip. Troad. 510.	ἄγετε τὸν ἀβρὸν δή ποτ' ἐν Τροίᾳ πόδα. ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ - | - - | ⏑ - | - - | ⏑ -
——— in secunda ib. 500.	τρυχηρὰ περὶ τρυχηρὸν εἱμένην χρόα. - - | ⏑ ⏑ ⏑ | - - | ⏑ - | ⏑ - | ⏑ -
——— in tertia ibid. 501.	πέπλων λακίσματ' ἀδόκιμ' ὀλβίοις ἔχειν. ⏑ - | ⏑ - | ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ - | ⏑ - | ⏑ -
——— in quarta ibid. 369.	πόλιν τε δείξω τήνδε μακαριωτέραν. ⏑ - | ⏑ - | - - | ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ - | ⏑ -
——— in quinta Helen. 519.	ἄλλους τυράννους αὐτὸν ὄντα βασιλέα. - - | ⏑ - | - - | ⏑ - | ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ -
Spondeus 1ma, 3tia, 5ta Troad. 498.	ἢ σιτοποιεῖν κἀν πέδῳ κοίτας ἔχειν. - - | ⏑ - | - - | ⏑ - | - - | ⏑ -
Dactylus in prima Troad. 480.	οὐκ ἄριθμον ἄλλως ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν. - ⏑ ⏑ | ⏑ - | - - | ⏑ - | ⏑ - | ⏑ -
——— in tertia ibid. 499.	ῥυσσοῖσι νώτοις βασιλικῶν ἐκ δωμάτων. - - | ⏑ - | - ⏑ ⏑ | ⏑ - | - - | ⏑ -
Anapæstus in prima Phœn. 542.	φιλοτιμίας παῖ μὴ σύ γ' ἄδικος ἡ θεός. ⏑ ⏑ - | ⏑ - | - - | ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ - | ⏑ -

Exempla Anapæstorum in propriis nominibus pro se quisque facile colliget.

---

h Marius Victorinus p. 2525. *Tomas, id est, divisiones versuum recipit Penthemimerim et Hephthemimerim, id est, quinariam et septenariam. E quibus Penthemimeres in trimetris satis probatur quæ per binos Iambos et semipedem verba finit,*

Divi potentes | ferte lassatis opem,

pessimus autem qui singula verba in dipodiis habet,

Præsentium | divinitas | cælestium.

SATYRICUM.

N. B. In Satyricis fabulis anapæſtus in ſecunda, quarta, et quinta ſedibus invenitur; in tertia fortaſſe nunquam. Obſtat quidem Cycl. 234. ſed ibi cum Muſgravio legendum ἐξεφροῦντο.

Anapæſtus in ſecunda Cycl. 260.	ἐπεὶ κατελήφθη σου λάθρα πωλῶν τὰ σά. υ - | υ υ - | - - | υ - | - - | υ -
——— in quarta ibid. 343.	πῦρ καὶ πατρῷον τόνδε λέβητά γ' ὃς ζέσας. - - | υ - | - - | υ υ - | υ - | υ -
——— in quinta ibid. 242.	θήξεις μαχαίρας καὶ μέγαν φάκελον ξύλων. - - | υ - | - - | υ - | υ υ - | υ -

Pauſa negligitur Eurip. Cycl. 304.

ἅλις δὲ Πριάμου γαῖ' ἐχήρωσ' | Ἑλλάδα.

In Satyris quoque triſyllabi pedes frequentius occurrunt, quod a Scholiaſte p. 171. notatum idoneis auctoritatibus adſtruit Caſaubonus de Sat. Poëſ. p. 222.

COMICUM.

Anapæſtus in 1. 2. 3. 4. 5. Ariſtoph. Veſp. 973.	κατάβα κατάβα κατάβα κατάβα καταβήσομαι. υ υ - | υ υ - | υ υ - | υ υ - | υ υ - | υ -
Dactylus in quinta Menander apud Suid. v. Ἄβρα.	αὐτὰς ἅβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη. - - | υ - | - - | υ - | - υ υ | υ -

Aliquando ſtatueram omnes verſus, qui mihi ſaltim cogniti eſſent, anapæſtos ſedibus illicitis continentes corradere, et ſimul in lectoris gratiam exhibere. Nunc, mutata paullum ſententia, tria tantum Æſchyli loca ſubjiciam, quorum priori anapæſtus ſedem quartam, duobus poſterioribus quintam occupat. In Prom. itaque 354. Τυφῶνα θοῦρον πᾶσιν ὓς ἀντέστη θεοῖς. MS. Barocc. ὃς πᾶσιν. Lego Τυφῶνα θοῦρον ὅστις ἀ. θ. deleto πᾶσιν, quod e Gloſſa [i] in textum irrepſit. Hanc emendationem mihi olim confirmavit Porſonus. Ibid. 681, ἀπροσδόκητος δ' αὐτὸν αἰφνίδιος μόρος. Supra αἰφνίδιος MS. Seldenianus ſcriptum habet ἐξαίφνης, et hoc verum eſſe mecum fortaſſe ſentient eruditi, ſi pauca quædam de indole iſtius codicis prius enarravero. Codex eſt chartaceus, forma quartana, recens, ſed ex antiquo deſcriptus, qui, ut videtur, non interpretamenta ſolum, ſed lectiones etiam diverſas ſingulis lineis interpoſitas habuit. Quum itaque antiquior iſte codex librario in manus iterum deſcribendus traderetur, is, neglecto prorſus gloſſarum et variarum lectionum diſcrimine, poſtquam textum abſolverat, reliqua omnia uno tenore eodemque charactere intervallis ver-

[i] In S. Theb. 260. MS. Selden.
πᾶσαν
habet αὐτὴ σὺ δουλοῖς κἀμὲ, καὶ σὲ καὶ πόλιν. Hinc perſpicuum eſt unde derivatur vulgata lectio κἀμὲ καὶ πᾶσαν πόλιν.

ſuum inſeruit. Hinc factum eſt, ut vera lectio cum Gl. aliquoties confundatur, depravata textui immiſceatur. Prom. 943. Τὸν ἐξαμάρτοντ' εἰς θεοὺς, τὸν ἐφημέροις. Secundum τὸν ſenſui parum commodum omittunt MS. Selden. et unus Moſquenſium. Porſonus emendabat κἀφημέροις.

Quod vero ait Hephæſtio, τοῦτον δὲ τὸν ἀνάπαιστον—παρὰ μὲν τοῖς ἰαμβοποιοῖς καὶ τραγικοῖς ΣΠΑΝΙΩΤΕΡΟΝ, ſic facile expedies, ſi de licentia, quam ſibi in propriis nominibus ſumebant, dictum intelligas. Ipſe poſtea p. 31, 5. anapæſtum Iambographis diſerte eximit, ubi vix dubito quin olim ſcriptum fuerit, παρὰ μὲν οὖν τοῖς ἰαμβοποιοῖς ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΤΡΑΓΙΚΟΙΣ τοῦτο σώζεται. Confer p. 36, 13, 14. In Archilocho apud Harpocrationem v. παλίνσκιον,

πρὸς τοῖχον ἐκινήθησαν ἐν παλινσκίῳ

Porſonus legendum putabat ἐκυνήθησαν in Append. ad Toupium T. IV. p. 488. Melius Toupius (Porſono ipſo id me docente) ib. p. 406. ἐκλίνθησαν. Sic κλίνουσ' pro κινοῦσ' eidem apud Stobæum p. 437. reſtituit Valckenærius ad Phœn. 1683. Et in univerſum probabile eſt veteres iambographos a pedum triſyllaborum uſu maxime abſtinuiſſe. Specioſam ſane Tyrwhitti emendationem in Archilocho Strabonis XIV. p. 958=927. reddunt loca Valckenærio citata ad Herodotum p. 458, 21. quibus adde Clement. Alexandr. Strom. I. p. 398. Harpocrat. v. Στρύμη. Sed conjecturæ iſtiuſmodi non temere admittendæ ſunt. Dactylus primam ſedem occupat in fragmento ejuſdem Archilochi apud Athenæum XII. p. 523. D. E.

οὐ γάρ τι καλὸς χῶρος, οὐδ' ἐφίμερος,
οὐδ' ἐρατὸς, οἷος ἀμφὶ Σίριος ῥοάς.

P. 29, 8. Syſtema dimetrorum, quod ex omni quidem parte legitimum ſit, in Tragicorum reliquiis non deprehendi. Haud raro tamen in melicis iſtius moduli reperiuntur verſus, ad Poetarum libitum aliis generibus immiſti. In his autem obſervandum eſt tribrachyn et ſpondeum ſæpius, dactylum et anapæſtum parcius comparere. Veteres Lyrici, et Comœdiæ auctores hanc ſpeciem perpetuo ductu videntur ceciniſſe; exempli gratia,

Alcman Athenæi X. p. 416. D.

ὥρας δ' ἔσηκε τρεῖς· θέρος
καὶ χεῖμα, χὠπάραν τρίταν,
καὶ τέτρατον τὸ Fῆρ, ὅκα
σάλλει μὲν, ἔσθιεν δ' ἄδαν
οὐκ ἔντι.

Priſciani I. p. 546. 547.

καὶ χεῖμα, πῦρ τε δάFιον.

Anacreon Athenæi X. p. 447. a.

Μηδ' ὥστε κῦμα πόντιον
λάλαζε, τῇ πολυκρότῃ
σὺν Γαστροδώρῃ καταχύδην
πίνουσα τὴν ἐπίστιον.

Ariſtophanes Ran. 1002.

ΕΥ. τοιαῦτα μέντοι 'γὼ φρονεῖν
τουτοῖσιν εἰσηγησάμην,
λογισμὸν ἐνθεὶς τῇ τέχνῃ,
καὶ σκέψιν, ὥστ' ἤδη νοεῖν
ἅπαντα, καὶ διειδέναι,
τά τ' ἄλλα, καὶ τὰς οἰκίας
οἰκεῖν ἄμεινον ἢ προτοῦ,
κἀνασκοπεῖν, Πῶς τοῦτ' ἔχει;
Ποῦ μοι τοδί; Τίς τοῦτ' ἔλαβε;
ΔΙ. νὴ τοὺς θεοὺς, νῦν γοῦν 'Αθη-
ναίων ἅπας τις εἰσιὼν
κέκραγε πρὸς τοὺς οἰκέτας,
ζητεῖ τε, Ποῦ 'στιν ἡ χύτρα;
Τίς τὴν κεφαλὴν ἀπεδήδοκεν
τῆς μαινίδος; τὸ τρυβλίον
τὸ περυσινὸν τέθνηκέ μοι;
ποῦ τὸ σκόροδον μοι τὸ χθεσινόν;
Τίς τῆς ἐλάας παρέτραγεν;
τέως δ' ἀβελτερώτεροι,
κεχηνότες Μαμμάκυθοι,
Μελητίδαι κάθηντο.

ubi obſervandum v. 1010. tribrachyn, et 1018. anapæſtum ultimam ſedem occupare. De ſynaphia ſupra eſt monitum. Syſtemata plerumque claudit catalecticus, cui nonnunquam præfigitur monometer, ſeu [k] baſis Iambica, ut Equit. 377.

τὴν γλῶτταν ἐξείραντες αὐ-
τοῦ, σκεψόμεσθ' εὖ κἀνδρικῶς
κεχηνότος
τὸν πρωκτὸν εἰ χαλάζᾳ.

Sed in catalectico hoc diligenter curatum eſt, ut iambus ſyllabam catalecticam ſemper antecedat. Hermannus quidem de Metris p. 146. anapæſtum ſecunda etiam ſede arcet; ſed vide Nub. 1102.

ἐξαυ | τομολῶ | πρὸς ὑ | μᾶς.

Locus ibidem prolatus Acharn. 1038.

σπονδαῖσιν ἡδύ· κοὐκ ἔοι-
κεν οὐδενὶ μεταδώσειν.

haud dubie mendoſus eſt, ſiquidem ictus in ultimam vocis hyperdiſſyllabæ ſyllabam cadit.

Syſtemata pura apud Ariſtophanem ſunt quæ ſequuntur: Equit. 366—380. 441—454. 907—936. Nub. 1085—1102. Ran. 387—396.

Cum tetrametris miſcet idem Comicus Plut. 293. 294. 304. 306. 311. 313. 317—320. Ultima ſic diſtingue

---

[k] Marius Victorinus p. 2489. *Græco ſermone duorum pedum copulatio* Baſis *dicitur, veluti quidam greſſus pedum.*

λαβὼν τιν᾽ ἄρτον καὶ κρέας
μασώμενος, τολοιπὸν οὕ-
τω τῷ κόπῳ ξυνεῖναι.

Syſtema tetrametrorum claudit Nub. 1389—1392. 1448—1453. Verſus 1446. 1447. dimetros putabat Daweſius, qui ſic eos tacite emendat p. 189.

τουθ᾽ ετερον αυ μειζον κακον.
τι δ᾽ ην τον ηττω ᾽γωγ᾽ εχων.

Recte vero Hermannus, MS. Ravennatem ſecutus, in unum tetrametrum conjunxit,

τοῦθ᾽ ἕτερον αὖ μεῖζον κακόν. τί δ᾽ ἦν ἔχων τὸν ἥττω.

Cum trimetris Acharn. 262—269. 273. 274.

In Acharn. 835—859. Syſtema eſt ex quatuor Hectaſin conſtans, in verſus ſic diſtributum,

1. 2. duo Iambici tetrametri catalectici;
3. 4. 5. tres Iambici dimetri;
6. Ionicus a majore dimeter brachycatalecticus, ſive ſyllaba, dactylus, ſpondeus. In v. 850. negantem particulam, ſenſui non magis quam metro noxiam, dudum eſt quod me monuit Porſonus radicitus evellendam eſſe.

Antiſtrophica ſunt ex dimetris et dimetris catalecticis Acharn. 1007—1016. 1036—1045.

Ejuſdem fabulæ 935—944. ſic videntur diſtribuendi,

κρατὴρ κακῶν, τριπτὴρ δικῶν,
φαίνειν ὑπευθύνους λυχνοῦ-
χος, καὶ κύλιξ
τὰ πράγματ᾽ ἐγκυκᾶσθαι.
XO. πῶς δ᾽ ἂν πεποιθοίη τις ἀγ-
γείῳ τοιούτῳ χρώμενος
κατ᾽ οἰκίαν
τοσόνδ᾽ ἀεὶ ψοφοῦντι;
ΔΙ. ἰσχυρόν ἐστιν, ὦ ᾽γαθ᾽, ὥστ᾽
οὐκ ἂν καταγείη ποτ᾽ εἴ-
περ ἐκ ποδῶν
κατωκάρα κρέμαιτο.

Dimetri ſunt etiam Ach. 1190—1195. 1230—1232. Veſp. 866—868. 881—885. 1326—1329. et quibuſdam aliis immiſtis Av. 406—433.

P. 29, 19. Tetrametros acatalecticos nunquam a Græcis ſive Tragicis ſive Comicis uſurpatos docuerunt viri eruditiſſimi Bentleius ad Ciceronis Tuſc. Diſp. I. xliv. Valckenærius Diatrib. Eurip. p. 176. Daweſius Miſc. Cr. p. 29. Porſonus Append. ad Toupium IV. p. 454. Marius Victorinus p. 2528. *Admonemur hic quod apud Græcos celebratur non prætermittere, Boiſcum Cyzicenum ſupergreſſum Hexametri legem, Iambicum metrum in Octametrum verſum extendiſſe, ſub hujuſmodi Epigrammate,*

Βόϊσκος ἀπὸ Κυζίκου, παντὸς γραφεὺς ποιήματος,
τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον Φοίβῳ τίθησι δῶρον.

P. 30, 2. Dimetros catalecticos ἡμιάμβους vocat Scholiaftes Nicandri Theriac. 377. Locus Anacreontis ibi citatus dabitur ex emendatione Toupii in Suid. T. II. p. 364.

φύγωμεν ἐκ προσώπου,
μή σ' ἐμπεσὼν ὁ πρέσβυς
οὐλῇ κατ' εὐθὺ κρατὸς
βατηρίῃ χαλέψῃ.

Promathidæ ἡμιάμβους memorat Athenæus VII. p. 296. B. cf. Cafaubon. ad I. p. 19. C.

In Ariftoph. Ran. 419. Syftema eft ex octo triafin conftans, quarum duo verficuli priores Iambici funt dimetri catalectici, tertius Iambicus trimeter:

βούλεσθε δῆτα κοινῇ
σκώψωμεν Ἀρχέδημον
ὃς ἑπτέτης ὢν οὐκ ἔφυσε φράτορας.

v. 440. reliquis deletis legit Hotchkifius αἴροι' ἂν αὖθις αὖγε. Equidem malim propius ad MSS. αἴροι' ἂν αὖθις, ὦ παῖ.

Ibid. 6. Trimetros catalecticos adhibuit Archilochus in Epodis, quod ex Horatio patet Carm. I. 4. II. 18. In melicis aliquando pofuere Tragici. E. g. Euripides Helen. 640. 641. Continuis ufus videtur Alcman Athenæi III. p. 111. A.

κλίναι μὲν ἑπτὰ καὶ τόσαι τράπεσδαι
μακωνίδων ἄρτων ἐπιστέφοισαι
λίνῳ τε, σασάμῳ τε κὴν πελίχναις—

Philyllii fragmentum ab Athenæo fupra paullo allatum in tetrametrum catalecticum diftribuendum eft:

αὐτὸς φέρων πάρειμι πυρῶν ἐκγόνους τριμήνων
γαλακτοχρῶτας κολλάβους θερμούς.—

Ibid. 8. De Tetrametro Catalectico, Marius Victorinus p. 2574. *Ut Archilochus Creticum Iambico trimetro præpofuit, ut faceret tetrametrum trochaicum, ita* [k] *Hipponax trimetro iambico ultimum adjunxit Antibacchium ex prima brevi, longis duabus.———Frequens hoc Comicis metrum et præcipue antiquæ Comœdiæ fcriptoribus, noftri quoque Plautus et Cæcilius et Turpilius non afpernati funt*; *Atellanarum autem fcriptores appetiverunt*; *eft enim jocofis motibus emollitum, geftibufque agentium accommodatum.*

Hujus fpeciei leges expofuit Porfonus in Supplemento ad Præfationem Euripid. Hecub. p. xxxix. "Duabus rebus a Comico fenario " hoc differt; primo quod quartus pes femper iambus vel tribrachys

---

k Omifi monere verfum Hipponactis ab Hephæftione citatum fine auctoris nomine circumferri in Etymol. M. p. 26. Antep.

" ſit oportet; ſecundo, quod ſextus pes anapæſtum etiam admittit. " Sed pes catalecticam ſyllabam præcedens non iambus eſſe ne- " quit; niſi in proprio nomine, ubi conceditur anapæſtus; quod " de quarto etiam pede intelligi velim." Vide ibi multo plura. Ac vellem ſane vir eruditiſſimus omnia loca regulis modo dictis adverſantia protuliſſet, et, medica manu admota, ſanitati reſtituiſ- ſet. Tum fortaſſe, ut in multis aliis, ſic in Cratini verſu apud Euſtathium Il. I. p. 768, 14=674, 47. Od. M. 1721, 28=487, 19. aliquid certi haberemus,

ὁ δ᾽ ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

˘ - | ˘ ˘ ˘ | - - | ˘ ˘ - | - - | ˘ - | ˘ - | -

Ad hanc ſpeciem retulerunt eruditorum nonnulli verſus iſtos ſe- mibarbaros Græcis neotericis uſitatiſſimos, πολιτικῶν, ſive *vulgarium* nomine deſignatos; quanquam alii potius ad trochaicos numeros amandare cenſuerunt. Sed præſtat integram exhibere diſputatio- nem eruditiſſimi Ducangii, Gloſſario Med. et Inf. Latinitatis in- ſertam. " POLITICI VERSUS quo carminis genere conſcripti " complures in manibus teruntur recentiorum Græcorum libri, " unde dicantur, non parva eſt difficultas; in qua enodanda, ſi li- " ceat mihi extra inſtituti metas paullo excurrere, dicam quod " ſentio.

" VERSUS POLITICI haud multum abludunt ab eo genere " verſuum, quos dithyrambicos veteres appellarunt. Nam ut ii " nullam numerorum, nullam carminum recurrentium certam le- " gem habebant, quod docet Ariſtoteles, ſed numeris lege ſolutis " feruntur, ut ait Horatius: ita et politici minime ad exactam " metri formam conſcripti ſunt. Syllabarum enim certo numero, " qui vix ultra 15 excurrit, crebriſque metaphoris, ὀνομάτων διπλώ- " σεσι, et συνθέτοις ὀνόμασι, conſtant: quæ omnia dithyrambicis " adſcribit Demetrius Phalereus, ſeu Dionyſius Halicarn. lib. περὶ " ἑρμηνείας p. 39, 44. ed. Morell. niſi forte dicamus eos ſimiles " eſſe veteribus Sibyllinis, quos longos fuiſſe aſſeverant Cicero et " Varro.

" Verſus Politicos heroicis adſcribit Scholiaſtes Hephæſtionis p. " 91. quo loco ſeptem genera carminum heroicorum recenſet, in " quibus *politicum* eſt poſtremum, quod ſic definit: Πολιτικὸν δὲ τὸ " ἄνευ πάθους, ἢ τρόπου πεποιημένον, veluti, inquit, ἵππους τε ξάνθας " ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, moxque λογοειδῆ appellatum fuiſſe ait, " quod videlicet ſolutæ orationis ſpeciem magis quam ſtrictæ præ " ſe ferat, quod et alibi innuit his verbis, λογοειδὴς δέ ἐστιν ὁ πεζότε- " ρος τῇ συνθέσει, quomodo *verſum pedeſtrem* dixit Fortunatus Picta- " vienſis Epiſcopus lib. 5. cap. 4. aut quomodo Commodianum " ſcripſiſſe ait Gennadius libro de Scriptor. Eccleſiaſticis, *quaſi ver-* " *ſu*. Unde conſtat πολιτικοῦ vocem pro ſoluta oratione, præci- " pue apud Græcos medii ævi Grammaticos, intelligendam, ut " apud Phrynichum in brevi illa quam conſcripſit Ἀττικῶν ὀνομά- " των ἐκλογῇ, in qua duobus locis ποιητικὸν πολιτικῷ opponit: ait

" enim ἐρεύγεσθαι, ποιητὴς, ἀλλ' ὁ πολιτικὸς ἐρυγγάνειν λεγέτω; et
" alibi; μεσονύκτιον, ποιητικὸν, οὐ πολιτικόν. Ejuſmodi eſt λεξικὸν
" τοῦ πολιτικοῦ λόγου, quod laudat Photius in Bibliotheca cod. 148.
" cui ſubjungitur aliud, ποιητικὰς λέξεις continens.

" Unde vero pedeſtris oratio, πολιτικῆς nomen ſumpſerit, vix
" conſtat. Quidam, ait vir illuſtriſſimus Epiſcopus Monſpelienſis
" ad Pſellum, quaſi *politos* dictos volunt: quomodo forte *politos*
" *ſermones* dixit Victor Utic. lib. 3. de Perſecut. Vandal. p. 42.
" *Si quis incredulus eſſe voluerit, pergat nunc Conſtantinopolim, et ibi*
" *reperiet unum Subdiaconem Reparatum ſermones politos ſine ulla of-*
" *fenſione loquentem.* Alii πολιτικὴν orationem eo ſenſu accipien-
" dam volunt, quo apud Rhetores ſumptam legimus: tradit enim
" Hermogenes lib. 2. Orator. alios πολιτικοὺς, alios σοφιστὰς ap-
" pellatos, quorum etiam φράσιν diverſam fuiſſe ſcribit: φράσιν
" quippe πολιτικὴν eam dici, quæ ſecluſa erat ab ornatiſſimo di-
" cendi modo, quem σοφιστικὸν vocabant: ſophiſtæ enim ἐν τοῖς
" ὀνόμασιν ἐσοφίζοντο, οὐκ ἐν τοῖς νοήμασιν, inquit Xenophon. Un-
" de ſi quæ in eorum oratione δεινότης, erat tantum φαινομένη, καὶ
" μὴ οὖσα. Præterea *Politici*, ejuſmodi verſus fortaſſe nuncupan-
" tur, quaſi civiles ac populares; quorum nempe in colloquiis fa-
" miliaribus vulgo uſus erat. Sic enim πολιτικὸν interpretatur
" Cicero lib. v. de Finibus: *Namque ſic hominis natura generata*
" *ſit, ut habeat quiddam innatum quaſi civile, atque populare, quod*
" *Græci* πολιτικὸν *vocant &c.* Longe enim popularior eſt oratio
" pedeſtris ac ſoluta, quam ſtricta. Unde veteres Comici dum
" quotidianum ſermonem imitari volunt, conſulto a ſtricta verſifi-
" cationis obſervatione receſſerunt, uti obſervat Terentianus Mau-
" rus:"

Sed qui pedeſtres fabulas ſocco premunt,
Ut quæ loquuntur ſumpta de vita putes,
Vitiant iambon tractibus ſpondaicis,
Et in ſecundo, et cæteris æque locis;
Fidemque fictis dum procurant fabulis
In metra peccant arte, non inſcitia,
Ne ſint ſonora verba conſuetudinis,
Paulumque rurſus a ſolutis differant.

" His conſentanea ſcribit Hephæſt. p. 17. comicos nempe ita ver-
" ſus ſuos exaraſſe, ut non obſervata ad normam metrorum lege,
" ſoluta quodammodo oratione ſcripſerint: τὸν γὰρ βίον οὗτοι μι-
" μούμενοι θέλουσι δοκεῖν διαλελυμένως διαλέγεσθαι, καὶ μὴ ἐμμέτρως,
" *dum enim vitam imitantur, ſoluta oratione differere videri volunt,*
" *non vero ſtricta.* Idem tradunt de comicis Cicero, Priſcianus, et
" Rufinus lib. de Metris. Et ſane hocce comicorum ſcribendi ge-
" nus potiſſimum inventum fuit, quod ad mores informandos ap-
" tius, et magis idoneum videretur: unde ἠθικὸς λόγος Græcis;
" Latinis, *morata oratio* appellatur, in quo Terentius, et in ſermo-
" nibus Plautus excelluit, teſte Varrone apud Nonium. In utro-
" que autem ſcribendi genere, Terentii nimirum et Plauti, *non*

" *qualiacunque, sed grandia, pulchra, elaborata* verba obſervare eſt,
" quod de ethica dictione Sidonius dixit lib. 8. Epiſt. 11 quæ
" quidem omnia etiam Politicis verſibus conveniunt. Grandibus
" enim, et compoſitis ferme ſemper farciuntur, ſeu, ut voce utar
" Johannis Tzetzæ Chil. IX. v. 282. ἡμαξευμένοις στίχοις ut ſunt,
" quibus Hiſtoriam ſuam contexuit Conſtantinus Manaſſes; atque
" hi quidem, ut cæterorum ejuſmodi ſcriptorum, ut obſervat Mar-
" tinus Cruſius in Turco-græcia p. 193. *quindenis ſyllabis conſtant,*
" *ex 2 iambicis dimetris verſiculis, priore acatalecto, poſteriore cata-*
" *lectico Anacreonteo*; *in quibus potius tonorum* (*ut apte et leniter inter*
" *metiendam cadant*) *quam quantitatis ſyllabarum ratio habetur.* Hos
" verſus, ni fallor, ſeu potius politicorum verſuum concinnatores
" carpit Joannes Euchacta Carm. πρὸς τοὺς ἀκαίρως στιχίζοντας
" p. 26. ubi ſic ait: Μέτρον δ' ἄμετρον οὐδαμῶς μέτρον λέγω.

" Sed de hoc verſuum genere audiendus in primis Leo Allatius
" in Diatriba de Simeonum ſcriptis: *Verſus,* inquit, *Politici, ut*
" *plurimum Iambicis et Anacreonticis conſtant: ita tamen ut nulla*
" *quantitatis ſyllabarum, quod accuratiſſime veteres obſervabant, ratio*
" *habeatur, tantum earum numerus, declinationeſque accentuum atten-*
" *dantur, et ratio iſta confingendorum carminum non nunc primum in*
" *ea natione, ſed multa abhinc ſæcula, laboris forſan pertæſa ante, et*
" *barbarie omnia occupante,* (*adde quoque ſimilium rerum ignoratio-*
" *nem*) *in uſu fuiſſe comperitur, ut videmus in Photii Patriarchæ,*
" *Chriſtophori Primi a ſecretis, Conſtantini Anagnoſtæ, Manuelis Im-*
" *peratoris, et aliorum Hemiiambis, ſive Anacreonticis, Pſelli, Meta-*
" *phraſtæ, Philippi Solitarii, Manuelis Philæ, Tzetzæ iambis et poli-*
" *ticis: quo tamen recentiores et negligentiores in illis pangendis fuere.*
" *Et quemadmodum Anacreontici non omnes, eodem ſyllabarum ac pe-*
" *dum numero concluduntur*; *ita et hi nunc pluribus, nunc paucioribus*
" *ſyllabis, ad eorum tamen normam componuntur. In iambicis aliter*
" *factum eſt*; *nam veteres ratione pedum longiorum aut contractiorum,*
" *nunc ſyllabis auctiores, nunc imminutiores dictos verſus fecerint licet,*
" *ſemper pedum numerum obſervarint*; *recentiores ſyllabas tantum,*
" *eaſque duodecim religioſiſſime ſervant. Quod idem ſervatum eſt in*
" *Politicis, in quibus ſyllabas quindecim nunquam excedunt*; *et ſi quæ*
" *ultra videntur, eas per aphæreſin, ſive ſynalephen decurtant et abſu-*
" *munt*; *quod magis in Græcorum recenti vulgatoque ſermone, ut et in*
" *Italorum, apud quos ſimiles hiatus ad numerum ſyllabarum retinen-*
" *dum reſtringuntur, conſpicitur. Politici ideo dicti, quod communes*
" *omnium ſunt, uſuique eorum accommodati*; *ſic quoque ſcorta et mere-*
" *trices, quod omnibus ſunt obſequioſæ et peculiares, et ſervitutem pub-*
" *licam ſerviunt, non alio addito, ſed ſolummodo* πολιτικῶν *nomine in-*
" *noteſcunt. Meri Trochaici ſunt: quemadmodum enim illi ſeptem pe-*
" *dibus et ſyllaba conſtant, ita et hi*; *niſi quod antiquorum ſimiles ver-*
" *ſus ratione pedum longiorum quindecim ſyllabas aliquando excedunt.*
" *Politici nunquam, ut de Iambicis dictum eſt. Et quemadmodum an-*
" *tiquorum duobus membris integrantur, mediique inciduntur, ita et hi*
" *qui nuncupantur Politici.* Hactenus vir doctiſſimus.

" Complura ejufmodi poemata, Politicis fcilicet verfibus con-
" fcripta fervat Bibliotheca Regia, quorum indicem contexuit
" Philippus Labbeus in Nova Bibliotheca p. 132. 133. 134. et
" 135. Exftant etiam non modo Politicis, fed et rhythmicis ver-
" fibus, Græcobarbaro idiomate aliquot fcripta, ut Hiftoria Apol-
" lonii Tyrii edita Venetiis, Βατραχομυομαχία Demetrii Zeni, in
" Turco-græcia Crufi, et ejufdem Alexander Macedo edit. Vene-
" tiis a. 1529. et alia fimilis farinæ Græculorum opufcula. Lau-
" datur Joannis Tzetzis liber de verfibus politicis a Labbeo in
" Bibl. nova MSS. p. 196."

Idem in Gloffar. Græc. " *Politici verfus*, de quibus copiofe egi-
" mus in Gloffar. Med. Lat. ex tetrametris Hipponacteis for-
" mati, ut obfervat D. Heinfius ad Hefiodum p. 96. qui ita in-
" valuere fequiori ætate, ut cæteram poefin regulis adftrictam ple-
" rique averfarentur, qua de re hifce iambis queritur Joannes
" Tzetzes in Libro Ἄλφα Τζετζικῶν ποιημάτων infcripto;

Μούσης μέτρα φέρουσα τῆς ἀγυρτίδος,
ἣ τὴν ποδῶν εὔρυθμον οὐ τηρεῖ βάσιν,
πάσας δὲ μισεῖ διχρόνους καὶ τριχρόνους,
κανὼν δὲ τέχνης οὐδαμῶς αὐτῇ φίλος,
καὶ τί γὰρ ἄν τις τεχνικῷ γράφοι μέτρῳ,
πόδας τε τηροῖ πανταχοῦ, καὶ διχρόνους,
καὶ πάντα λεπτῶς, ὡς χρεὼν, ἀποξέοι,
ἴσων δοκούντων τεχνικῶν καὶ βαρβάρων,
μᾶλλον δὲ πολλοῦ βαρβάρου τιμωμένων
καὶ τῶν ἀτέχνων ὡς σοφῶν κροτουμένων.
καὶ ταῦτα ποίοις; τοῖς δοκοῦσι πανσόφοις.
οὕτω τὸ καλὸν ἐξαπέπτη τοῦ βίου,
οὕτω κατεκράτησεν ἡ χυδαιότης.

" Conftant porro verfus Politici fere femper quindecim fyllabis.
" Anonymus in Lexico MS. ad Schedographiam:

οὐ μὲν δὲ γράψομαι ἁπλῶς τὰς λέξεις δίχα στίχων,
ἀλλὰ καὶ ἐναρμόνιον σαφῶς ὀρθογραφήσω,
εἰς δεκαπέντε συλλαβὰς τὸν στίχον περιπλέξω.

" Euftathius in Il. A. p. 11. καὶ δηλοῦσι τοῦτο φανερῶς οἱ δημοτικοὶ
" στίχοι, οἱ τὸ παλαιὸν μὲν τροχαϊκῶς ποδιζόμενοι, καθὰ καὶ Αἰσχύλος
" ἐν Πέρσαις δηλοῖ, ἄρτι δὲ Πολιτικοὶ ὀνομαζόμενοι· μέτρον μὲν γὰρ αὐ-
" τοῖς πεντεκαίδεκα συλλαβαὶ, εἰ μὲν μετὰ συμφώνων λαλοῦνται, γε-
" λῶνται ὡς ἄρρυθμοι, καὶ σκώπτονται ὡς πολύποδες. Vide eundem
" Euftathium Od. Λ. p. 1676. Michael. Pfellus in Paraphrafi
" Cantici Canticor.

ἡμεῖς δὲ τὸ ἐπίταγμα τὸ σὸν, ὦ Στεφηφόρε,
ἀποπληρῶσαι θέλοντες, ὡς δοῦλοι τοῦ σοῦ κράτους,
πολιτικοῖς ἐφράσαμεν, ὡς δυνατὸν, ἐν στίχοις,
τὴν τῶν ᾀσμάτων δύναμιν, ἐξήγησιν καὶ γνῶσιν.

" Arfenius Monachus in Paraphrafi Geomantiæ Philofophi Perfæ,
" ex Cod. Cæfareo,

ἐγὼ τὸ Λαξευτήριον τὸ κλέος Πυθαγόρα,

καὶ τῶν Περσῶν τὴν ἡδονὴν, καὶ τὴν τρυφὴν χαλδαΐαν,
πολιτικῇ διδάξω σε συντόμως στιχουργίᾳ.

" Laudatur ex Bibliotheca Monchaliana Joannis Tzetzæ liber de " verſibus Politicis."

Plura dabunt Foſterus *On Accent and Quantity* p. 202. Mitfordius *Harmony of Language* Sect. XII. Harrifius *Philological Inquiries* p. 77.

V. 2. p. 30. Choliamborum, ſive ſenariorum claudicantium, plures commemorat ſpecies Plotius p. 2644. cujus exempla vero mirum ſunt in modum depravata:

Hipponactium, Ananium, claudum—

ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω.
ὡς οἱ μὲν ἀγεῖ Βουπάλῳ κατηρῶντο.

Duplex claudum Hipponactium trimetrum acatalectum fit hoc modo, cum tertii pedis quatuor ſyllabæ ſunt longæ, ut eſt exemplum hoc,

ἀναβιῶσα ἀδμῆτι προσπταίων κώλῳ.

Amphicolum Hipponactium claudum fit hoc modo, cum ex utraque parte Iambici metri prima et noviſſima claudum ſit metrum. In prima claudum eſt, cum in ſecundo loco debente poni iambo, vel tribrachy, vel anapæſto, ſpondeus vel dactylus ponatur, ſic et in noviſſima, quale eſt hoc exemplum

ΟΚΙΕΑΡΡΩΝΑ ΙΔΙΟΙΟΣΙΝ ἐν χοροῖς βακχῶν.

Priſcianus de Metris Comicis p. 1327. *Heliodorus Metricus ait,* Ἱππῶναξ πολλὰ παρέβη τῶν ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις. *h. e. Hipponax multa præteriit, id eſt, prætermiſit, præfinita in iambicis. Hipponax in primo:*

ἐρέω γὰρ οὕτω Κυλλήνιε Μαιάδος Ἑρμῆ.

Iſte enim verſus quum ſit choliambus, in quarto loco et in quinto habuit dactylos, quum in utroque debuerit a brevi incipiens pes poni. In eodem,

τοὺς ἄνδρας τούτους ὀδύνη πάλαι Ῥεῖπε.

Iſte iambicus habet in ſecundo loco ſpondeum et in quarto dactylum. Voces corruptas ὀδύνη πάλαι Ῥεῖπε non agnoſcunt edd. Aldina, Florentina, Badiana, Baſilienſis, ſed omnes, præter Baſilienſem, vacuum aliquot verborum ſpatium relinquunt. Priſcianus paullo poſt: *Eupolis* Βάπταις, *quum in aliis Iambis ejuſdem fabulæ recta eſt obſervatione metrorum uſus, hos tamen poſuit in fine habentes ſpondeos,*

ἀνόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς νύμφας.
πολλοὶ μὲν οὖν δίκαια, ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

Poſteriore exemplo ſupradictæ editiones carent. Mox Priſcianus: *Hipponactem etiam oſtendit Heliodorus iambos et choliambos confuſe protuliſſe,*

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε,
ἐπεύχομαι τοι, κάρτα γὰρ κακῶς ῥιγῶ.

nam ῥιγῶ *ſpondeus eſt.* Edd. Ald. Flor. Parif. Baf. Ἕρμη φιλέραιε κελαδεῦ κυλλήνιε ἐπεύχομαι τοῦ, niſi quod Fl. habeat κυλάγγιε. Hermannus legendum conjicit Ἑρμῆ, φέραιε, Μαιάδος, et Eupolidis loco

bene admovet Athenæum p. 370. B. Plotii et Priſciani ſpecimina, qui velit aut poſſit, corrigat. Interim lectoribus me non omnino diſpliciturum ſpero, ſi ex Choliamborum ſcriptoribus, illis quidem plerumque elegantiſſimis, quo verſuum iſtorum indoles penitius explicetur, inſigniora quædam fragmenta protulero.

Hipponax Athenæi VII. p. 304. de helluone qui patrimonium ſuum devorarat:

ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἡσυχῆ τε καὶ ῥύδην
θύνναν τε καὶ μυττωτὸν ἡμέρας πάσας
δαινύμενος, ὥσπερ Λαμψακηνὸς εὐνοῦχος,
κατέφαγε δὴ τὸν κλῆρον· ὥστε χρὴ σκάπτειν
[1] * * * *
πέτρας τ' ὀρείας, σῦκα μέτρια τρώγων,
καὶ κρίθινον κόλλικα, δούλιον χόρτον.

Idem ibid. IX. p. 370. B. de braſſica, cui, utpote ſacræ, ſupplicare vetuſti moris erat:

ὁ δ' ἐξολισθὼν, ἱκέτευε τὴν κράμβην
τὴν ἑπτάφυλλον, ἣ θύεσκε Πανδώρη
Θαργηλίοισιν ἔγχυτον πρὸ φαρμάκου.

καὶ Ἀνάνιος δέ φησι,

καί σε πολλὸν ἀνθρώπων
ἐγὼ φιλέω μάλιστα, ναὶ μὰ τὴν κράμβην.

II. p. 49. E.

(καὶ) στέφανον εἶχον κοκκυμήλων καὶ μίνθης.

III. 78. B.

συκῆν μέλαιναν, ἀμπέλου κασιγνήτην.

XI. p. 495. D.

ἐκ πελλίδος πίνοντες, οὐ γὰρ ἦν αὐτῇ
κύλιξ, ὁ παῖς γὰρ ἐμπεσὼν κατήραξε.

et paullo poſt,

ἐκ δὲ τῆς πέλλης
ἔπινον, ἄλλοτ' αὐτὸς, ἄλλοτ' Ἀρήτη
προὔπινεν—

ſubjicit deinde Athenæus Phœnicis Colophonii,

Θαλῆς γὰρ, ὅστις ἀστέων ὀνήϊστος,
καὶ τῶν τότ', ὡς λέγουσι, πολλὸν ἀνθρώπων
ἐὼν ἄριστος, ἔλαβε πελλίδα χρύσην.

et,

ἐκ πελλίδος δὲ τάργανον, καί τοι γυίοις
χώλοισι δακτύλοις τε, θητέρῃ σπένδει,
τρέμων οἷόν περ ἐν βορηΐῳ νωδός.

Sed ut ad Hipponactem redeam, Athen. XIV. p. 645. C. cf. p. 388. B.

οὐκ ἀττάγας τε καὶ λαγὼς καταβρύκων,
οὐ τηγανίτας σησάμοισι φαρμάσσων,

---

[1] Videtur aliquid deeſſe.

οὐδ' ἀτταγίτας κηρίοισιν ἐμβάπτων.

Ananio[m] ſive Hipponacti tribuit XIV. p. 625.

χρυσὸν λέγει Πύθερμος, ὡς οὐδὲν τἄλλα.

Sequentia Hipponacti Stobæus p. 519. Geſn. Ananio Athenæus III. p. 78. F.

εἴ τις καθεῖρξε χρυσὸν ἐν δόμοις πολλὸν,
καὶ σῦκα βαιὰ, καὶ δύ' ἢ τρεῖς ἀνθρώπους,
γνοίη χ' ὅσῳ τὰ σῦκα τοῦ χρύσου κρέσσω.

Stobæus XV. p. 129. ed. Grot.

χρόνος δὲ φευγέτω σε μηδὲ εἷς ἀργός.

LXVIII. p. 279.

δύ' ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισται
ὅταν γαμῇ τις, κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Tzetzes ad Lycophron. 425. de verſu Homerico agens

Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ἐπεὶ ἴδον αἴολον ὄφιν.

εἰ δὲ μείουρον τοῦτον νομίζεις, ἄκουσον καὶ τῶν κατὰ τοῦ [n]Μιμνῆ τοῦ ζωγράφου χωλῶν ἰάμβων Ἱππωνακτείων στίχων,

[n]Μιμνῆ κακομήχανε, μηκέτι γράψῃς
ὄφιν τριήρευς ἐν πολυζύγῳ τοίχῳ
ἀπ' ἐμβόλου φεύγοντα πρὸς κυβερνήτην·
αὕτη γὰρ, αὕτη συμφορή τε καὶ κληδὼν
Νικύρτα καὶ Σάβαυνι τῷ κυβερνήτῃ,
ἢν αὐτὸν ὄφις (leg. ὀὔφις) τἀντικνήμιον δάκῃ.

Vide et ſupr. ad v. 234.

ib. v. 436. collato in Chil. XIII. 322. vide ſupra p. 251.

Ὡς οἱ μὲν ἀγεῖ Βουπάλῳ κατηρῶντο.

ib. 579. collato ad 1165. Schol. Heſiod. p. 82. ed. Heinſ.

ὀλίγα φρονοῦσιν οἱ χάλιν πεπωκότες.

ἀλλαχοῦ πάλιν,

ὁδ' αὐτίκ' ἐλθὼν σὺν τριοῖσι μάρτυσιν
ὅπου τὸν ἔρπιν ὁ σκότος καπηλεύει,
ἄνθρωπον εὗρεν τὴν στέγην ὀφέλλοντα,
οὐ γὰρ παρῆκ ὄφελμα πυθμένι στοιβῆς.

id. 690.

ὦ Ζεῦ πάτερ, θεῶν Ὀλυμπίων πάλμυ,
τί μ' οὐκ ἔδωκας χρυσὸν ἀργύρου, πάλμυ;

dixerat ad v. 219. ὁ Ἱππῶναξ ἐν τῷ κατὰ Βουπάλῳ πρώτῳ ἰάμβῳ ἐβόησε, Μαίας παῖδα, Κυλλήνης πάλμυν.

id. 855.

Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔδωκας οὔτε τὰν χλαῖναν

---

[m] Hipponactis et Ananii, qui ante Epicharmum ſcriptis inclaruit, vid. Athen. p. 282. B. nomina ab antiquiſſimis temporibus videntur fuiſſe confuſa; in cujus rei teſtimonium præter Hephæſtionem conſulendus Scholiaſtes Ariſtoph. Ran. 674. a Caſaubono ad Athenæum excitatus. Sub Hipponactis nomine in Stobæo p. 295 = 297. ed. Grot. circumferuntur ſex ſenarii legitimi, qui an Hipponactem auctorem habeant, dubitari fortaſſe poteſt.

[n] Suſpectæ voces.

δασεῖαν, ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγευς,
οὔτ' ἀσκέρησι τοὺς πόδας δασείῃσιν
ἔκρυψας, ὡς μή μοι χίμετλα γίγνηται.

Sequentia codicis Seldeniani gloſſematibus admiſſis mirum in modum corrupit Potterus. Ea ſic exhibemus emendatius ex citatione viri ſummi H. Valeſii ad Harpocrationem p. 47. qui Priſcianum quoque ſupra exſcriptum ob oculos habuiſſe videtur.

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε
ἐπεύχομαί τοι, κάρτα γὰρ κακῶς ῥιγῶ.
δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι, καὶ κυπασσίσκον,
καὶ σαμβάλισκα, κἀσκέρισκα, καὶ χρυσοῦ
στατῆρας ἑξήκοντα τοὐτέρου τοίχου.

Diogenes Laertius I. 107.

καὶ Μύσων, ὃν Ὡπόλλων
ἀνεῖπεν ἀνδρῶν σωφρονέστατον πάντων.

Tzetzes Chil. V. 743, de catharmate, ſive piaculo, loquens, ὁ δὲ Ἱππώναξ ἄριστα σύμπαν τὸ ἔθος λέγει,

Πόλιν καθαίρειν καὶ κραδῃσι βάλλεσθαι.

καὶ ἀλλαχοῦ δέ που φησὶ, πρώτῳ ἰάμβῳ γράφων,

βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες,
κραδῃσι, καὶ σκίλλῃσιν, ὥσπερ [n] φαρμακόν.

καὶ πάλιν ἄλλοις τόποις δὲ ταῦτα φησὶ κατ' ἔπος,

δεῖ δ' αὐτὸν ἐς φαρμακὸν ἐκποιήσασθαι,
κἀφῆ παρέξειν ἰσχάδας τε καὶ μάζαν,
καὶ τυρὸν, οἷον ἐσθίουσι φαρμακοί.
πάλαι γὰρ αὐτοὺς προσδέχονται χάσκοντες,
κράδας ἔχοντας, ὡς ἔχουσι φαρμακοῖς.

καὶ ἀλλαχοῦ δέ που φησὶν ἐν τῷ αὐτῷ ἰάμβῳ·

λιμῷ γένηται ξηρὸν, ἐν δὲ τῷ θυμῷ
ὁ φαρμακὸς ἀχθεὶς ἑπτάκις ῥαπισθείη.

Chil. X. 381. e primo Iamborum,

κοραξικὸν μὲν ἠμφιεσμένη λῶπος.

Apud auctorem De Solœciſmo poſt Ammonium Valckenærii p. 193. et alibi,

καὶ τοὺς σολοίκους, ἢν λάβωσι, περνᾶσιν
Φρύγας μὲν εἰς Μίλητον ἀλφιτεύσοντας.

Æſchrio Samius Athenæi VIII. p. 335. C. D. hinc in Brunckii Analect. T. I. p. 189.

Ἐγὼ Φιλαινὶς, ἡ 'πίβωτος ἀνθρώποις,
ἐνταῦθα γήρᾳ τῷ μακρῷ κεκοίμημαι.
μή μ', ὦ μάταιε ναῦτα, τὴν ἄκραν κάμπτων,
χλεύην τε ποιεῦ, καὶ γέλωτα, καὶ λάσθην.

---

[n] φαρμακόν. Hæc vox Hipponacti penultima producta efferebatur. Vide locum ſupra allegatum ex Athenæo IX. p. 370. B. Photius Lex. MS. φαρμακός· τὸ κάθαρμα βραχέως· οἱ δὲ Ἴωνες ἐκτείνοντες λέγουσι φάρμακον· οὗτοι γὰρ διὰ τὴν τῶν βαρβάρων παροίκησιν ἐλυμήναντο τῆς διαλέκτου τὸ πάτριον, τὰ μέτρα, τοὺς χρόνους. Δηλοῖ καὶ Ἱππώναξ.

οὐ γὰρ, μὰ τὸν Ζεῦν, οὐ μὰ τοὺς κάτω κούρους,
οὐκ ἦν ἐς ἄνδρας μάχλος, οὐδὲ δημώδης·
Πολυκράτης δὲ, τὴν γονὴν Ἀθηναῖος,
λόγων τί παιπάλημα, καὶ κακὴ γλῶσσα,
ἔγραψεν, ὅσσ' ἔγραψ'· ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα.

Ejuſdem Æſchrionis meminit Tzetzes in comment. ad Hermogenem a Ruhnkenio excerptus in nota ad Longinum ſect. 3.

μήνη τὸ καλὸν οὐρανοῦ νέον σῖγμα.

et,

στένον καθ' Ἑλλήσποντον, ἐμπόρων χώρην,
ναῦται θαλάσσης ἐστρέφοντο μύρμηκες.

et,

ὁ δ' ἐξελὼν ἱμάντα, φορτίου ζώνην.

et,

Ἶρις δ' ἔλαμψε, καλὸν οὐρανοῦ τόξον.
(καὶ) πίσσαν ἐφθὴν, ἣν θύραι μυρίζονται.

Phœnix Colophonius Athen. VIII. p. 359. E. F. 360. A. Mendicorum carmen eſt ſtipem cogentium ſub cornicis nomine, quam manibus circumferebant, *doctæ*, ut obſervat Caſaubonus Perſii verbis utens, *verba noſtra conari.*

Ἐσθλοὶ, κορώνῃ χεῖρα πρόσδοτε κριθέων,
τῇ παιδὶ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἢ λέκος πυρῶν,
° ἢ ἄρτον, ἢ ἥμαιθον, ἢ ὅ τι τις χρήζει·
δότ', ὦ 'γαθοὶ, τὶ τῶν ἕκαστος ἐν χερσὶν
ἔχει, κορώνῃ· χἄλα λήψεται χόνδρον.
φιλεῖ γὰρ αὕτη πάγχυ ταῦτα δαίνυσθαι.
ὁ νῦν ἅλας δοὺς, αὖθι κηρίον δώσει.
ὦ παῖ, θύρην ἄγκλινε. Πλοῦτος ἤκουσε,
καὶ τῇ κορώνῃ παρθένος φέρει σῦκα.
Θεοὶ γένοιτο πάντ' ἄμεμπτος ἡ κούρη,
κἀφνειὸν ἄνδρα κὠνομαστὸν ἐξεύροι·
καὶ τῷ γέροντι πατρὶ κοῦρον εἰς χεῖρας,
καὶ μητρὶ κούρην εἰς τὰ γοῦνα κατθείη,
θάλος, τρέφειν γυναῖκα τοῖς κασιγνήτοις.
ἐγὼ δ', ὅκου πόδες φέρουσιν ὀφθαλμοὺς,
ἀμείβομαι Μούσαισι πρὸς θύραις ᾄδων
καὶ δόντι καὶ μὴ δόντι——
ἀλλ', ὦ 'γαθοὶ, 'πορέξαθ' ὧν μυχὸς πλουτεῖ
δόμου. δὸς, ὦναξ, καὶ σὺ πολλά μοι νύμφη.
νόμος κορώνῃ χεῖρα δοῦν' ἐπαιτούσῃ.
εἰδὼς τοιαῦτα δός τι, καὶ καταχρήσει.

Idem X. p. 421. D.

οἴνου κάδοι μάχαιρα, καὶ κύλιξ αἰχμὴ,
κόμη δὲ τόξα, δήϊοι δὲ κρητῆρες,
ἵπποι δ' ἄκρητος, κἀλαλὴ μύρον κεῖται.

° Suſpectus verſus.

Idem XII. p. 530. e. ſeqq.

Ἀνὴρ Νῖνος τις ἐγένεθ᾽, ὡς ἐγὼ κλύω,
Ἀσσύριος· ὅστις εἶχε χρυσίου πόντον,
καὶ τἄλλα πολλῷ [p] πλεῦνα Κασπίης ψάμμου·
ὃς οὐκ ἴδ᾽ ἀστέρ᾽, οὐδ᾽ [q] ἴδειν ἐδίζητο·
οὐ παρὰ μάγοισι πῦρ ἱερὸν ἀνέστησε,
ὥσπερ νόμος, ῥάβδοισι τοῦ θεοῦ ψαύων·
οὐ [r] μυθιητὴς, οὐ δικασπόλος κεῖνος,
οὐ λεωλογεῖν ἐμάνθαν᾽, οὐκ ἀμιθρῆσαι.
ἀλλ᾽ ἦν ἄριστος ἐσθίειν τε καὶ πίνειν,
κἠρᾶν, τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα κατὰ πετρῶν ὦθει.
ὡς δ᾽ ἀπέθαν᾽ ὡνὴρ, πᾶσι κατέλιπεν ῥῆσιν·
[ὅκου Νινός νῦν ἐστι, καὶ τὸ [s] σῆμ᾽ ἴδε]
ἄκουσον, εἴτ᾽ Ἀσσύριος, εἴτε καὶ Μῆδος
εἶς, ἢ Κόραξος, ἢ ᾽πὸ τῶν ἄνω λιμνῶν
Ἰνδὸς κομητής· οὐ γὰρ ἄλλα κηρύσσω,
ἐγὼ Νῖνος πάλαι ποτ᾽ ἐγενόμην πνεῦμα,
νῦν δ᾽ οὐκ ἔτ᾽ οὐδέν· ἀλλὰ γῆ πεποίημαι.
ἔχω δ᾽ [t] ὁκόσσ᾽ ἔδαισα, χὠκόσ᾽ ἤεισα
χὠκόσσ᾽ ἐράσθην.
τὰ δ᾽ ὄλβι᾽ ἡμέων δήϊοι συνελθόντες
φέρουσιν, ὥσπερ ὠμὸν ἔριφον αἱ Βάκχαι.
ἐγὼ δ᾽ ἐς ᾅδην οὔτε χρυσὸν, οὔθ᾽ ἵππον,
οὔτ᾽ ἀργυρῆν ἄμαξαν ᾠχόμην ἕλκων·
σποδὸς δὲ πολλὴ χὠ μιτρηφόρος κεῖμαι.

Hermias Athenæi XIII. p. 563. D. contra Stoicos,

ἀκούσατ᾽, ὦ Στοάκες, ἔμποροι λήρου,
λόγων ὑποκριτῆρες, οἳ μόνοι πάντα
τἀν τοῖς πίναξι, τῷ σοφῷ πρὶν ἢ δοῦναι,
αὐτοὶ καταῤῥοφεῖτε· κᾆθ᾽ ἁλίσκεσθε
τἀναντία πράσσοντες οἷς τραγῳδεῖτε.

Parmeno Athenæi V. p. 221. A.

ἀνὴρ γὰρ ἕλκων οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος,
Σκυθιστὶ φωνεῖ, [u] οὐδὲ κόππα γιγνώσκων·
κεῖται δ᾽ ἄναυδος ἐν πιθῷ κολυμβήσας,
κάθυπνος, ὡς μήκωνα φάρμακον πίνων.

Herodes Stobæi LXXIV. p. 321. Grot. p. 439. Geſn.

μὴ δὴ κόρη τὺ τὴν χολὴν ἐπὶ ῥῖνας
ἔχ᾽ εὐθὺς, ἤν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πεύθῃ·
γυναικός ἐστι κρηγύης φέρειν πάντα.

Ibid. LXXVIII. p. 333=453.

ἢ χαλκέην μοι μυῖαν, ἢ κύθρην παίζει·

---

[p] πλεῦνα ex Scaligero ad Catullum p. 108.

[q] Sic em. Caſaub. οὐ δίζων MS. et fere edd. Sed malim ἴσως cum Scaligero ad Catull. p. 95.

[r] Sic edit. Schw. MS. οὐ μυθηνῆς οὐ μὴ θυκτὴς Ald. οὐ μὴ θυητὴς Caſ.

[s] σῆμα ἰδεῖ MS.

[t] ὁκόσσον edd. MSS. et mox χὠκόσσ᾽.

[u] Pro οὐδὲ lego μηδέ.

ἢ μηλολόνθης ποσσὶν ἅμματ' ἐξάπτων,
τοῦ κεσκίου μοι τὸν γέροντα λωβᾶται.

Vide notas ad Pollucem IX. 123. X. 176.

Ibid. XCVIII. p. 405=530.

ὡς οἰκίην οὐκ ἔστιν εὐμαρέως εὑρεῖν
ἄνευ κακῶν ζώουσαν, ὅς δ' ἔχει μεῖον,
οὗτος τὶ μεῖζον τοὐτέρου δοκεῖ πρήσσειν.

Ibid. CXVII. p. 481=591.

ἐγὼ δ' ἀδραίνω γυιὸς ὤν· τὸ γὰρ γῆρας
ἡμέας καθέλκει· κεὶς σκίην πέρας τήκει.

Ibid.

ἐπὴν τὸν ἑξηκοστὸν ἥλιον κάμψῃς,
ὦ Γρύλλε, Γρύλλε, θνῆσκε καὶ τέφρη γίγνου.
ὡς τυφλὸς οὑπέκεινα τοῦ βίου καμπτήρ.
ἤδη γὰρ αὐγὴ τῆς ζόης ἀπήμβλυνται.

γίγνου—οὑπέκεινα—ζόης debentur Porſoni notæ ad Hecub. 1090. ed. 3tiæ.

Ibid.

γύναι τὰ λευκὰ τῶν τριχῶν ἀπαμβλύνει
τὸν νοῦν.

Charinus apud Ptolemæum Hephæſtionem VII. p. 338. ed. Gale. Χαρῖνος δὲ Ἰαμβογράφος ἠράσθη Ἔρωτος ἡμιάῤῥενος τοῦ Εὐπάτορος οἰνοχόου· καὶ πιστεύσας τῷ περὶ τῆς πέτρας λόγῳ, κατέβαλεν ἑαυτόν. Ἐπεὶ δὲ καταβαλὼν, τὸ σκέλος κατεάγη, καὶ ὑπὸ ὀδύνης ἐτελεύτα, ἀπέῤῥιψε ταδὲ τὰ Ἰαμβεῖα,

ἔῤῥοις πλανῆτι καὶ κακὴ πέτρη Λευκὰς,
Χαρῖνον, αἶ, αἶ, τὴν ἰαμβικὴν μοῦσαν
κατηθάλωσας ἐλπίδος κενοῖς μύθοις.
τοιαῦτ' Ἔρωτος Εὐπάτωρ ἐρασθείη.

Alia exempla ſuppeditabunt Theocritus, Callimachus, Babrii fragmenta elegantiſſima ab optimo Tyrwhitto concinnata. Sed licentiam, quam aliquoties ſibi ſumebant Græci ſpondeum quinta ſede collocantes, ſi Terentiano fides, prorſus aſpernata eſt Latina poeſis. Is enim p. 2437.

Quare cavendum eſt ne licentia ſueta
Spondeon, aut qui procreantur ex illo,
Dari putemus poſſe nunc loco quinto:
Ne deprehenſæ quatuor ſimul longæ
Parum ſonoro fine deſtruant verſum:
Nam dactylum paremve quid tibi dicam?
Quum tantum iambus hoc loco probe poni,
Aliuſque nullus rite poſſet admitti.

Hi Choliambi, ſive ſcazontes, ab aliis nominantur *mimiambi*; Terentianus loco citato,

Hoc mimiambos *Mattius dedit metro*;
Nam vatem eundem eſt Attico thymo tinctum,
Pari lepore conſequutus et metro.

Scaliger ad Varronem p. 70. ed. 1581. " Sophron ſcripſit [x] mi- " miambos, ſed proſa oratione. Ejus imitatione mimiambos quo- " que ſcripſit Herodotus, vel Herodes quidam vetus ſcriptor, verſi- " bus Hipponacteis, quem ſecutus Mattius Romanus poeta. Mau- " rus Terentianus (loc. cit.) intelligit, inquam, Herodotum, cu- " jus ſcazontas adducit Stobæus. Sed apud eum perperam ἡμιάμ- " βους legitur pro μιμιάμβους. Hic eſt ille qui apud Athenæum " dicitur λογόμιμος. Mattius vero ſæpe in mimiambis adducitur " a Gellio." Vide Caſaubonum ad Athenæum I. xvi. p. 19. D. et confer Stephanum Byz. v. Μεγαλὴ πόλις cum Diogene Laertio VI. 76.

Quinam fuerint κλεψίαμβοι quorum meminit Heſychius, Κλεψίαμβοι, Ἀριστόξενος, μέλη τινὰ παρὰ Ἀλκμᾶνι, cf. Caſaubon. ad Athen. IV. p. 182. F. expediant alii.

Iambicorum carminum ſpeciebus ab Hephæſtione allatis plures adjicit Plotius, cujus verba hic plenius extuliſſem, ſi de exemplorum quorundam integritate mihi conſtaret. Interim, ne quid deſideres, iſtarum ſpecierum nomina ſic breviter accipe;

1. Trimeter.
2. Hipponactius claudus.
3. Dimetrum Catalecticum Anacreontium heptaſyllabum.
4. Acatalectum dimetrum.
5. Hipponactium dimetrum acatalectum claudum.
6. Trimetrum brachycatalectum colurum, Alcmanicum.
7. Trimetrum catalecticum Iambicum.
8. Palimbacchium Comicum trimetrum acatalectum, hac menſura,

   ⏑ ⏑ – | ⏑ – | – ⏑ ⏑ | ⏑ – | ⏑ – | ⏑ ⏓.
9. Hipponactium, Ananium, claudum. Vid. n. 2.
10. Duplex claudum Hipponactium.
11. Amphicolum Hipponactium, claudum.
12. Tetrametrum, brachycatalectum, colurum.
13. Comicum tetrametrum catalecticum.
14. Tetrametrum chorium, hypercatalectum.
15. Tetrametrum claudum brachycatalectum.
16. Tetrametrum acatalectum claudum.
17. Tetrametrum cinædiambicum brachycatalectum.
18. Tetrametrum Satyricum colurum,

   – – ⏑ – | – – ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ – ⏑ – | ⏑ –
19. Pentametrum catalecticum.
20. Hexametrum catalecticum.
21. Heptametrum acatalectum.
22. Octametrum catalecticum.

---

[x] Sophronis mimos proſa oratione conſcriptos fuiſſe cum Scaligero ſtatuerunt Valckenærius ad Theocriti Adoniaz. p. 200. et Hermannus Ariſtot. p. 93. Contra Tyrwhittus ibid. p. 111. ἐμμέτρους fuiſſe contendit.

P. 31, 19. ἀντιπαθεῖ τῷ ἰάμβῳ. Daweſius Miſcell. Critic. p. 62. " Videntur quidem viri eruditi tota via erraſſe, qui pedes in uni- " verſum ἰσοχρόνους ſive ἰσοδυνάμους ſtatuerint, quorum tota quan- " titas ſit æqualis. Contra enim mihi perſuaſum eſt illos dun- " taxat pedes a veteribus tanquam ἰσοχρόνους haberi ſolitos, qui in " ſingulas itidem partes temporibus æquales ſecari poſſent, ita " ſcilicet ut ſingulis longis vel ſingulæ itidem longæ, vel certe " binæ breves reſponderent. En tibi pedum exempla cum ἰσο- " χρόνων tum ἀνισοχρόνων.

	A			B			C	
Iambus	ᴗ	-	Trochæus	-	ᴗ	Spondeus	-	-
Tribrachys	ᴗ	ᴗ ᴗ	Tribrachys	ᴗ ᴗ	ᴗ	Dactylus	-	ᴗ ᴗ
						Anapæstus	ᴗ ᴗ	-

	D			E	
Trochæus	-	ᴗ	Spondeus	-	-
Iambus	ᴗ	-	Amphibrachys {	ᴗ -	ᴗ
				ᴗ	- ᴗ

" Habes utique linearum ſecantium A. B. C. utravis ex parte tem- " pora non niſi æqualia, reliquarum vero D et E. non niſi inæqua- " lia. Percipis jam rationem decantati illius, ὁ τροχαῖος ἀντιπαθεῖ " τῷ ἰάμβῳ, ſive ob quam in verſu trochaico iambus, in iambico " viciſſim trochæus nuſquam locum habeat. Quæ quidem, ut- " cunque ſimplex ſit, criticos tamen omnes videtur fefelliſſe. Hinc " etiam ratio eluceſcit, cur amphibrachyn ſpondeo, adeoque dac- " tylo et anapæſto pariter ἀντιπαθεῖν videre ſit; ſive cur pes iſte " in verſu neque anapæſtico, neque trochaico, nec denique iam- " bico conſpiciatur. Cujus tamen rei non ſolum rationem a ne- " mine occupatam, ſed ne ipſam quidem rem obſervatam memini. " Eſt utique luce clarius, ſi totam pedum quantitatem ſpectes, " trochæo iambum, ſpondeo, adeoque dactylo etiam atque ana- " pæſto amphibrachyn eſſe ἰσοδύναμον.

" Obſervatæ τῆς inter iambum et trochæum ἀντιπαθείας ratio- " nem tentaviſſe quidem, ſed parum aſſecutum eſſe video, multum " licet in re metrica, Joannem King, dramatum aliquot Euripi- " deorum editorem :" ' Quæri,' inquit, ' forſitan poteſt, cum in ' temporum paritate tanti ſint poetæ, cur trochæus iambo tempo- ' ribus par ex carmine iambico nihilo minus perpetuo excludatur. ' Id autem fieri videtur duabus de cauſis. Primo ipſa ſyllabarum ' diſpoſitio et rei muſicæ neceſſitas repugnat.' " Profecto ſi hic ſub- " ſtitiſſet vir eruditus, haud ſcio annon videri poſſet id ipſum vo- " luiſſe quod nos jam monuimus. Verum hactenus felicia parum " feliciter pergit explicare." ' Iambus initio celer, in ultimo ſub- ' ſiſtit; trochæus e contra primo ſtat, mox impetu fertur; hic ' inſtar rotæ volubilior, ille tardior firmiorque : hic ab alto de- ' ſcendit, ille ex humili inſurgit; in omnibus denique ſunt diſſi- ' miilimi : adeo ut facete Hephæſtion, Τροχαῖος ἀντιπαθεῖ τῷ ἰάμ- ' βῳ. Secundo verſum ſibi proprium conſtituit iambus, verſum

' ſibi proprium conſtituit etiam Trochæus: et ambo diverſis licet ' in locis eoſdem adſciſcunt pedes: jam vero ſi verſus iambicus ' trochæos recepiſſet; ſi trochaicus iambos: quî alter ab altero ' dignoſci potuiſſet? Nonne tanta confuſio facta eſſet, quanta fieri ' poteſt maxima.' " Hæc ille. Juxta eam quam primo inſtituit " vir eruditus rationem, facile conſtabit dactylo non minus ana- " pæſtum, quam trochæo iambum ἀντιπαθεῖν oportuiſſe. Quid " enim? Anapæſtus initio celer, in ultimo ſubſiſtit; dactylus con- " tra primo ſtat, mox impetu fertur: hic inſtar rotæ volubilior; " ille tardior firmiorque: hic ex alto deſcendit, ille ex humili in- " ſurgit. Quæ tamen omnia non ſatis fuiſſe cur dactylo ana- " pæſtus ἀντιπαθεῖ, exinde liquido conſtat, quod verſus anapæſti- " cus dactylum non minus quam ſpondeum commodus ac patiens " receperit. Quæ ſecundo a viro erudito allata ſunt, naturalem " inter iambum et trochæum ἀντιπάθειαν nihilo magis attingunt, " quam fabula, quod aiunt, de Remo et Romulo. Nec vero ſi vel " per ſe ſpectetur, recte ſe habet viri eruditi argumentatio: facile " enim ab invicem dignoſci potuiſſent verſus iambicus et trochai- " cus, ſi vel hic iambos, vel ille trochæos excluſiſſet. Utrumque " vero ad commodum ſatis diſcrimen neutiquam fuit neceſſarium. " Eccui enim obſecro non in proclivi eſt inter verſum dactylicum, " cujuſmodi eſt heroicus, et anapæſticum dignoſcere? Atqui ver- " ſus anapæſticus dactylum neutiquam excludit.

" Terentianum p. 84. ex emendatione noſtra ſic diſputantem " reperimus:

Quid? non trochæus temporum eſt æque trium?
Eſt: ſed trochæo longa prior eſt ſyllaba,
Brevis autem iambo: longa poſt: cui non poteſt
Longam trochæus ſubdere et brevem ſuas,
Brevi ſequente; quia ſit hoc ionicum.
En cur iambo non trochæus ſerviat.

" Eſto vero ionicum: quid tum poſtea? Si in verſu anapæſtico " vel ſpondeo vel anapæſto dactylum ſubjungas, ionicum itidem " ἀπὸ μείζονος: ſi dactylo ſpondeum, ionicum ἀπ' ἐλάσσονος habe- " bis. Idcircone vero vel dactylus vel ſpondeus ex metro anapæſtico " erit excludendus? Immo etiam in ipſo verſu iambico legitime " venit utriuſque generis ionicus. Alterum utique videre eſt, quo- " ties vel iambum dactylus, vel ſpondeum tribrachys: alterum " quoties tribrachyn, ut alios caſus omittam, ſpondeus excipiat.

Δουλον γενέσθαι παρα φρονουντος δεσποτου,
Κρατειν ὁ δαιμων ἀλλα τον ἐωνημενον.
Κρατειν ὁ δαιμων ἀλλα τον ἐωνημενον."

CAP. VI.

De Trochaico.

P. 33. VERSUUM Trochaicorum breviſſima ſpecies eſt monometer acatalectus, cujus exempla vide in Sophocl. Œd. Col. 1688. Euripid. Oreſt. 956. Frequentior eſt monometer hypercatalectus, quem *Pancratium* vocat Servius, Euripid. Oreſt. 987. 991. 1380. et alibi. Sophocl. Electr. 246. 247. Aj. 403. 404. niſi hos forte in unum aſynartetum conjungendos ſtatuas, quod in Aj. 401. factum. Sequitur dimeter brachycatalectus, ſive hemiolius, (v. p. 83.) qui in prima et ſecunda ſedibus trochæum vel tribrachyn neceſſario poſtulat. De ithyphallico, ejuſdem menſuræ verſu, agemus paullo infra. Exempla pete ex Sophocl. Œd Col. 1224. Electr. 200. 475. 1086. 1421. Antig. 613. 1140. Trach. 140. 961. Aj. 626. Philoct. 680. Æſchyli et Euripidis loca omitto.

P. 33, 8. Dimetrum catalecticum *Euripideum* vocant Grammatici, quæ forma tamen ceteris tragicis minime fuit ignota; Soph. Œd. Tyr. 884. 886. 888. 1087. 1338. Col. 1054. 1483. 1694. Electr. 208. 478. 481. 1088. Antig. 362. 588. 591. 1139. 1142. Trach. 134. 634. 651. 958. Aj. 174. 405. Imo et ſyſtemate comprehendit Æſchylus Perſ. 114—125. Cretico, tanquam baſi, ante verſum noviſſimum poſito. Vide etiam Agam. 682—686. 1010—1015. Eumenid. 507—524.

Dimetrum acatalectum, quem *Alcmanium* vocat Servius, *Anacreontium* Plotius, omiſit Hephæſtio. Pulcherrima eſt Anacreontis oda apud Heraclidem Ponticum Allegor. Hom. p. 414. ab Horatio Carm. III. xi. 9. imitando expreſſa. Conſtat ex quatuor tetraſin, quarum uniuſcujuſque ultimus verſus prioribus eſt catalecticus. Synaphia negligitur, vv. 6. 7.

Πῶλε Θρηκίη, τί δή με
λοξὸν ὄμμασιν βλέπουσα
νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δὲ
  μ᾽ οὐδὲν εἰδέναι σοφόν.
ἴσθι τοι καλῶς μὲν ἄν τοι
τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι,
ἡνίας δ᾽ ἔχων στρέφοιμι
  ἀμφὶ τέρματα δρόμου.
νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι,
κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις,
δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην
  οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

Hanc ſpeciem a Tragicis legitimo ſyſtemate comprehenſam nuſquam reperi. Sed uſurpat Ariſtophanes cum monometro ſive baſi ante verſum catalecticum, ut in Pace, 570.

ἀλλ' ἀναμνησθέντες, ὤνδρες,
τῆς διαίτης τῆς παλαίας,
ἥν παρεῖχ' αὕτη ποθ' ὑμῖν,
τῶν τε παλασίων ἐκείνων,
τῶν τε σύκων, τῶν τε μύρτων,
τῆς τρυγός τε τῆς γλυκείας,
τῆς ἰωνιᾶς τε τῆς πρὸς
τῷ φρέατι, τῶν τ' ἐλαῶν
ὧν ποθοῦμεν, ἀντὶ τούτων
τήνδε νυνὶ
τὴν θεὸν προσείπατε.

Occurrit etiam catalecticis interpositis in Stropha et Antistropha Avium 1470. modo carminis istius artificium rite percipio; scilicet ut a Dimetro acatalecto incipiat, et a catalectico claudatur, interpositis primum duobus catalecticis, quos excipiunt totidem acatalecti, deinde tres catalectici cum tribus acatalectis.

Stropha.

πολλὰ δὴ καὶ καινὰ καὶ θαυ-
μάστ' ἐπεπτόμεσθα, καὶ
δεινὰ πράγματ' εἴδομεν.
ἔστι γὰρ δένδρον πεφυκὸς
ἔκτοπόν τι, καρδίας ἀ-
πωτέρω, Κλεώνυμος,
χρήσιμον μὲν οὐδὲν ἄλ-
λως δὲ δειλὸν καὶ μέγα.
τοῦτο τοῦ μὲν ἦρος ἀεὶ
βλαστάνει καὶ συκοφαντεῖ,
τοῦ δὲ χειμῶνος πάλιν τὰς
ἀσπίδας φυλλοῤῥοεῖ.

Antistropha.

ἔστι δ' αὖ χώρα πρὸς αὐτῷ
τῷ σκότῳ πόῤῥω τις ἐν
τῇ λύχνων ἐρημίᾳ·
ἔνθα τοῖς ἥρωσιν ἄνθρω-
ποι ξυναριστῶσι καὶ ξύν-
εισι πλὴν τῆς ἑσπέρας.
τηνικαῦτα δ' οὐκέτ' ἦν
ἀσφαλὲς ξυντυγχάνειν.
εἰ γὰρ ἐντύχοι τις ἥρῳ
τῶν βροτῶν νύκτωρ Ὀρέστῃ,
γυμνὸς ἦν πληγεὶς ὑπ' αὐτοῦ
πάντα τἀπιδέξια.

in Thesmoph. 536. sic distribue

τὴν παροιμίαν δ' ἐπαινῶ
τὴν παλαιάν· ὑπὸ λίθῳ γὰρ
παντὶ που χρὴ,
μὴ δάκῃ ῥήτωρ, ἀθρεῖν.

Vide etiam Equit. 284—302. Pac. 338—344. 650—655. Av. 385—399. 1552—1563. 1693—1700. Dactylum in quarta

ſede admiſit, niſi locus iſte corruptus ſit, Equit. 301. anapæſtum in ſecunda Equit. 299. Av. 388.

Dimetrum hypercatalectum, Servio *Bacchilidium*, habes Euripid. Oreſt. 1407. 1411. 1449. 1489. Soph. Antig. 849.

Trimeter brachycatalectus, Servio *Sapphicus*, exſtat Sophocl. Œd. Col. 1240. Trach. 650. Euripid. Oreſt. 1406. Phœn. 255. 317. Med. 634.

P. 34, I. τρίμετρον καταληκτικόν. Hanc ſpeciem *Iambicum acephalum* vocat Terentianus p. 2437.

Sed et trimetrus, ut quadratus, hic poteſt
Acephalos eſſe prima quando demitur,
Fierique primus pes et iſtic creticus.
Nam ſicut ille redditur trochaicus,
Sic verſus ante qui videtur integer,
Adeſt celer phaſelus ille quem vides
Quum demo primam, quod relinquo tale ſit:
Eſt celer phaſelus ille, quem vides,
Acephalus ergo, ſed trimetrus factus eſt;
Archilochus idem eſt uſus et tali metro.

vide Euripidis Oreſt. 140. 141. 1459. 1466. Med. 418. Helen. 171. Sophocl. Œd. Col. 1686. Pindar. Pyth. I. 8. &c.

"Trochaicos trimetros," inquit Bentleius ad Ciceronis Tuſcul. Diſp. III. 12. "neque Tragœdia neque Comœdia unquam agnovit." Ac pauca ſane quæ ex Ariſtophane exempla citat Hermannus (Lyſiſt. 1197. 1201. 1211. 1214. Veſp. 1064. 1095. Equit. 622. 623. 688. 689. ed. Brunck. ſc.) alia verſuum diſpoſitione commode amoveri poſſunt. Sed in Sophoclis Œd. Col. 1081. 1092. ſaniſſima videntur,

εἴθ' ἀελλαία ταχύῤῥωστος πελειὰς.
καὶ κασιγνήταν πυκνοστίκτων ὀπαδὸν.

Uſurpat Pindarus Olymp. III. 9. 27. VII. 35. Pyth. XII. 14. Iſthm. II. 8. Hanc formam *Sotadicum* appellat Servius.

Trimetrum hypercatalectum, *Sapphicum* Servio, habet Euripides Oreſt. 1397. 1399. 1512. Phœn. 170. 1057.

P. 34. τετράμετρον καταληκτικόν. Marius Victorinus p. 2530. *Tetrametri Trochaici quatuor traduntur genera hæc: Archilochium, item Tragicum, Comicum etiam, Satyricum. Volunt enim Archilochium eſſe, qui ex omnibus Trochæis conſtat: Tragicum autem quod plures Spondeos habeat, et ſit elatius; Comicum vero quod ſolutiones habeat complures—et præcipue dactylos et Anapæſtos. Satyricum quoque cum plurimas habeat, ut ſuperius, ſolutiones, frequenter tamen tribrachyn pedem.* Trochaicum tetrametrum catalecticum ex trimetro Iambico profluere, præfixo cretico, auctor eſt Terentianus Maurus p. 2434. et ſic etiam Rufinus p. 2710.

Creticon Archilochus trimetro ſuperaddidit ingens.

Adde Marium Victorinum p. 2573. Memineris autem eum a Tragicis trimetrum ſemper adhiberi, qui in prima ſede iambum, tribrachum, dactylum, vel ſpondeum, ſed anapæſtum nunquam, habeat; deinde qui quintum ſemipedem nominis verbive fine terminet. Sed optime omnium metri iſtius leges enucleavit Porſonus in Præfatione ad Euripid. Hecubam p. xlii. quo lectores ſtudioſos lubenter remitto. De dactylo ne a Comicis quidem, niſi in propriis nominibus, admiſſo ibid. xxi—xxiv. Addend. ad Hec. p. ult. Locum ex Sophoclis Philoctete 1402. mihi olim ſic emendandum monſtravit,

στείχωμεν. ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.

vocabulis εἰ δοκεῖ ad v. 1407. qui in edd. mendoſiſſimus eſt, relatis; ſic,

——ἀλλ', εἰ δοκεῖ
ταῦτα δρᾶν, ὅπωσπερ αὐδᾷς, στεῖχε προσκύσας χθόνα.

P. 34, 6. Tetrameter Trochaicus claudus efficitur eadem fere ratione qua ſenarius Iambicus. Atilius Fortunatianus p. 2674. *Idem fecit Hipponax in ſcazonte quadrato, quod in trimetro—De quo plura dicere ſupervacuum eſt, cum omnia quæ accidunt trimetro ſcazonti, huic quoque accidere poſſint.* Exempla nunc ſubjiciam, quorum aciem ducat Ananius Athenæi VII. p. 282.

Ἔαρι μὲν χρόμιος ἄριστος, ἀνθίας δὲ χειμῶνι.
τῶν καλῶν δ' ὄψων ἄριστον καρὶς ἐκ συκέης φύλλου.
ἡδὺ γ' ἐσθίειν χιμαίρης φθινοπωρισμῷ κρέας,
δέλφακος δ' ὅταν τραπέωσιν καὶ πατέωσιν ἐσθίειν,
καὶ κυνῶν αὕτη τόθ' ὥρη καὶ λαγῶν κἀλωπέκων.
ὄϊος αὖθ' ὅταν θέρος τ' ᾖ, κήχέται βαβράζωσιν.
εἶτα δ' ἐστὶν ἐκ θαλάσσης θύννος οὐ κακὸν βρῶμα,
ἀλλὰ πᾶσιν ἰχθύεσσιν ἐμπρεπὴς ἐν μυττωτῷ.
βοῦς δὲ πιανθεὶς δοκέω μὲν καὶ μέσων νυκτῶν ἡδὺς
χἠμέρης.

Verſus tertius, quartus, et quintus trochæum habent ἐν παραλήγοντι, huic metro vix commode. In quarto pro ἐσθίειν nomen aliquod potius expectaſſem, quod ſignificationem τοῦ σταφυλὰς præ ſe ferret. Ejuſdem metri eſt Æſchrionis verſus ibid. p. 296. F. quem adfert etiam Euſtathius, ſed ἀνωνύμως, ut ſæpe alias, ad Il. B. p. 271, 27.=205, 33.

καὶ θεῶν ἄγρωστιν εὗρες, ἣν Κρόνος κατέσπειρε.

Hipponax apud Erotianum v. ἀμφιδέξιος.

ἀμφιδέξιος γάρ εἰμι, κοὐχ ἁμαρτάνω κόπτων.

quem verſum, ſed ultimo vocabulo carentem, laudat etiam Galenus T. V. p. 322. Valckenærium ad Hippol. 780. non intellexit Wakefieldus ad Sophoclis Trachin. 505. ed. Erdfurt.

Idem apud Strabonem VIII. p. 340. D. p. 495. ed. Oxon. Euſtath. Il. B. p. 305, 32=231, 16.

Κυπρίων βέκος φαγοῦσι κἀμαθουσίων πυρόν.

ibid. XIV. p. 636. D. 912, 25. Diogenes Laert. I. 84.
καὶ δικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρέσσων.

P. 35, 6. Ithyphallicus verſus e tribus conſtat trochæis, ſed in tribrachum nonnunquam ſolutis: Terentianus Maurus p. 2423.

Ithyphallica porro dicarunt Muſici poetæ,
Qui ludicra carmina Baccho, verſibus petulcis,
Graio cum cortice phallo tres dabant trochæos,
Ut nomine ſit ſonus ipſo, Bacche, Bacche, Bacche.

Atilius Fortunat. p. 2698. *Ithyphallicum metrum de Trochaico eſt, nam ex tribus trochæis conſtat, quod ſit ſi ter* Bacche *dicas,* Bacche, Bacche, Bacche. *Dictum eſt autem inde quod in myſteriis Liberi Athenis vates ſtipitem rectum in modum faſcini tenebant, et qui hoc genere metri canant* φαλλοφόροι *dicebantur. Hoc et* Aſcronium *vocant.* Plotius p. 2649. *Ithyphallicum dictum quod hoc ſono cantantes Athenienſes Libero patri* φαλλὸν, i. e. *faſcinum virilem,* ἴθυνον, i. e. *ciebant, dicentes,*

εἶθε μ' ἰθύφαλλε.

Archilochus, Noſtro teſte, Ithyphallicum Dactylico tetrametro ſubjunxit. Exemplum aliud habes in Plutarcho II. p. 985. A.

πεντήκοντ' ἀνδρῶν λίπε Κοίρανον ἤπιος Ποσειδῶν.

ſed de hoc aſynarteto plura dicemus infra ad cap. XV. 2.

Pergit Hephæſtio—μετὰ ταῦτα ἐπήγαγον αὐτὸ ἰαμβείῳ. Athenæus XIV. p. 622. B. (v. Tyrwhitt. Ariſtot. Poet. ſect. 9.) οἱ δὲ ἰθύφαλλοι καλούμενοι, προσωπεῖον μεθυόντων ἔχουσιν, καὶ ἐστεφάνωνται (κιττῷ) χειρίδας ἀνθινὰς ἔχοντες. χιτῶσι δὲ χρῶνται μεσολεύκοις, καὶ περιέζωνται ταραντῖνον καλύπτον αὐτοὺς μεχρὶ τῶν σφυρῶν, σιγῇ δὲ διὰ τοῦ πυλῶνος εἰσελθόντες, ὅταν κατὰ μέσην τὴν ὀρχήστραν γένωνται, ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸ θέατρον, λέγοντες,

ἀνάγετ', ἀνάγετε κῶμον, εὐρυχωρίαν
τῷ θεῷ ποιεῖτε.
ἐθέλει γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυρωμένος
διὰ μέσου βαδίζειν.

Vetuſtiſſimum, quod nunc quidem exſtat, hujus metri fragmentum, judice et emendante Porſono, Ariſtophanis eſt apud Athenæum III. p. 91. C.

δάπτοντα, μυστίλλοντα, διαλείχοντά μου
τὸν κάτω σπαταγγήν.

Libri habent δαρδάπτοντα. Simile mendum e Babrii loco apud Suidam v. δάπτω MS. C. C. C. auctoritate eluit vir idem doctiſſimus, καὶ σπλάγχνα δάπτων. (cf. Suid. v. Πανθοίνην.) At neſcio tamen an illud Simonidis apud Etymologum M. p. 413, 25. vetuſtius, modo locum rite percipio,

οἷον τόδ' ἡμῖν ἑρπετὸν παρέπτατο
ζώϊον κάκιστον.

Athenæus XI. p. 497. C. Θεοκλῆς ἐν Ἰθυφάλλοις, οὕτως,
ἐθύσαμεν γὰρ σήμερον σωτήρια

πάντες οἱ τεχνῖται,
μεθ' ὧν πιὼν τοδὲ κέρας ὡς τὸν φίλτατον
βασιλέα πάρειμι.

Sed, ut Valckenærii verbis ad Euripid. Phœn. p. 809. utar, "carmen ithyphallicum unicum in suo genere debemus Athenæo VI. p. 253. hujus inprimis sospitatori Casaubono VI. c. xv. qui nonnulla reliquit corrigenda posteris." "Carmen," inquit Toupius emend. T. II. p. 616. "longe elegantissimum, et tum antiquitatis, tum adulationis Atticæ insigne monumentum." Demochares historiarum libro xxi. dixerat, Ἐπανελθόντα τὸν Δημήτριον ἀπὸ τῆς Λευκάδος καὶ Κερκύρας εἰς τὰς Ἀθήνας, οἱ Ἀθηναῖοι ἐδέχοντο, οὐ μόνον θυμιῶντες καὶ στεφανοῦντες καὶ οἰνοχοοῦντες· ἀλλὰ καὶ προσόδια καὶ χοροὶ καὶ ἰθύφαλλοι μετ' ὀρχήσεως καὶ ᾠδῆς ἀπήντων αὐτῷ, καὶ ἐφιστάμενοι κατὰ τοὺς ὄχλους ᾖδον ὀρχούμενοι, καὶ ἐπᾴδοντες, ὡς εἴη μόνος θεὸς ἀληθινὸς κ. τ. λ. Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος, ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν καὶ αὐτὸν τὸν Ἰθύφαλλον.

ΞΕΝΙΣΜΟΣ
ΔΗΜΗΤΡΑΣ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ.

Ὡς οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι
τῇ πόλει πάρεισι,
ἐνταῦθα γὰρ Δήμητρα καὶ Δημήτριον
ἅμα παρῆγ' ὁ καιρός.
χἠ μὲν τὰ σεμνὰ τῆς Κόρης μυστήρια
ἔρχεθ' ἵνα ποιήσῃ,
ὁ δ' ἱλαρὸς, ὥσπερ τὸν θεὸν δεῖ, καὶ καλὸς,
καὶ γελῶν πάρεστι.
σεμνὸν, ὅθι φαίνεθ', οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ,
ἐν μέσοισι δ' αὐτός.
ὅμοιος, ὥσπερ εἰ φίλοι μὲν ἀστέρες,
ἥλιος δ' ἐκεῖνος.
ὦ τοῦ κρατίστου παῖ Ποσειδῶνος θεοῦ
χαῖρε κ' Ἀφροδίτης.
ἄλλοι μὲν ἢ μακρὰν γὰρ ἀπέχουσιν θεοὶ,
ἢ οὐκ ἔχουσιν ὦτα,
ἢ οὐκ εἰσὶν, ἢ οὐ προσέχουσιν ἡμῖν οὐδὲ ἕν·
σὲ δὲ παρόνθ' ὁρῶμεν,
οὐ ξύλινον, οὐδὲ λίθινον, ἀλλ' ἀληθινόν.
εὐχόμεσθα δή σοι·
πρῶτον μὲν, εἰρήνην ποίησον, φίλτατε·
κύριος γὰρ εἶ σύ.
τὴν δ' οὐχὶ Θηβῶν, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος
Σφίγγα περικρατοῦσαν,
Αἰτωλὸς, ὅστις ἐπὶ πέτρας καθήμενος,
ὥσπερ ἡ παλαιὰ,
τὰ σώμαθ' ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας φέρει,
κοὐκ ἔχω μάχεσθαι·

(Αἰτωλικὸν γὰρ ἁρπάσαι τὰ τῶν πέλας,
νῦν δὲ καὶ τὰ πόῤῥω·)
μάλιστα μὲν δὴ κόλασον αὐτός· εἰ δὲ μὴ
Οἰδίπουν τίν' εὗρε,
τὴν Σφίγγα ταύτην ὅστις ἢ κατακρημνιεῖ,
ἢ πεινῆν ποιήσει.

Ultimus verficulus nondum fanitati reftitutus eft. MS. optimus habet ἢ σπεῖνον ποιήσει.

Speciminum agmen claudat Theodoridas in Analectis Brunckii T. II. p. 43. et ipfe manifeftis vitiis inquinatus;

Μνασάλκεος τὸ σᾶμα τῶ Πλαταΐδα,
τῶ 'λεγειοποιῶ.
ἁ Μῶσα δ' αὐτῶ τᾶς Σιμωνίδα πλάτας
ἦς ἀποσπάραγμα.
κενά τε γάρ τοι κἀπιλακυθίστρια,
διθυραμβοχώνα.
τέθνακε, μὴ βάλωμες· εἰ δέ κε ζόη,
τύμπανόν γ' ἐφύση.

Metrum Phallicum fæpe cum Phalæcio confufum eft. Vide Dawefii M. C. p. 24. feqq. Etymol. M. p. 786, 56. Φάλαικον ποίημα αὐτοσχέδιον, ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδόμενον. Lege φαλλικόν. Terentianum Maurum correxit ibidem Sylburgius. Veterum nonnulli, quod ad nominis ipfius rationem pertinet, per dipthongum fcripfere εἰθύφαλλον. Euftathius Od. A. p. 1413=50, 51. Αἴλιος δὲ Διονύσιος, καὶ τοῦ ἰθύφαλλος τὴν ἀρχὴν διὰ διφθόγγου γράφει, ὃ δηλοῖ, φησὶν, αἰδοῖον ἐντεταμένον, καὶ ᾆσμα Διονυσιακὸν Ἀθήνησι, καὶ ἑταιρικὸν δὲ, τουτέστι φίλον ταῖς ἑταίρισιν, αἳ καὶ ἀνασεισίφαλλοι φερωνύμως λέγονται παρὰ τῇ κωμῳδίᾳ, ὡς ἀνασείουσαι, φησὶ, τὸν φάλητα, ὅς ἐστιν αἰδοῖον ἀνδρός. Παυσανίας δὲ διὰ διφθόγγου γράφων καὶ αὐτὸς, φησὶν, ὅτι εἰθύφαλλος αἰδοῖον, καὶ ὁ πρόχειρος εἰς συνουσίαν, καὶ ᾠδὴ ὑπόκενος.

P. 36, 5. Tetrametrum brachycatalectum *Sotadicum* vocat Servius. Vide infra ad cap. XI. p. 63, 13.

P. 36, 14. κωμικοὶ συνεχῶς. "Comicos quos maxime innuerit "Hephæftio haud fatis mihi compertum eft. Is certe quem unum "hæc ætas integriorem habet, ne femel quidem dactylum in im-"pari fede collocavit. Quod fi qui loci erant, in quis collocaffe "videretur, eos Brunckii fagacitate jam purgatos accepimus; ut "Vefp. 749. in Avibus 788. ubi etiam nupera editio ἐκπτόμενος, "fed nihil admonitum, Brunckii an libri Ravennatis lectio fit. "Sed Eupolin fcimus aliofque longe negligentius in menfura ob-"fervanda verfatos, ut mireris Ariftophanem tanto ftudio illa vi-"taffe, quæ ferri tamen ab Atticis auribus animadverteret. Ne-

" que enim falfus eft Hephæftio dactylum comicis in imparibus
" locis tribuens. Sic Epicharmus apud Athenæum p. 374. E.

τοῖς Ἐλευσίνοις φυλάσσων δαιμονίως ἀπώλεσας.

Hermannus de Metris p. 114, 115.

CAP. VII.

De Dactylico.

P. 38, 8. DACTYLICUS hexameter catalecticus in difyllabum, five heroicus, cujus fchemata præcipua vel pueris notiffima funt, fibi proprias habet τομὰς, five cæfuras, eleganter et dilucide Terentiano Mauro p. 2419. enarratas;

Has autem leges heroicus omnis habebit;
Quum poft duos pedes relicta fyllaba eft,
Si plenum abfolvet verbi, vel nominis inftar,
Orationis ifta vel quæ pars erit:
Hoc πενθημιμερὲς *medium de quinque vocatur,*
Hanc et τομὴν *dixere; forma talis eft:*
Tityre tu patulæ, | *concludit fyllaba nomen,*
Duos pedes fecuta, quæ fit femipes.
Talis in heroo laudatur regula verfu,
Locumque primum poffidet, quia prima fit.
Nec minus hanc laudant quæ dat menfura fecundam,
Poft tres pedes ut una nomen terminet.
Hanc ἑφθημιμερὴν, *numeri de parte, vocarunt,*
Quia tres pedes et una feptem dividunt.
Inde tuo pater Æneas | *exemplar habebis;*
Poft tres pedes reperta, nomen integrat.
Horum fi nihil eft, fpecta ne forte trochæus
Sit tertius, finemque det vocabulo:
Infandum regina | *datur locus ecce trochæo,*
Quem poft duos pedes videmus tertium.
Nec vitium medio in verfu deprenfus habebit,
Quem dactylum fecuta faciet fyllaba:
Nam fequitur regina jubes: *prior inde trochæum*
Iü *brevis fecuta reddit dactylum.*
Bes *hinc quæ remanet, connectit cætera verfus*
Membra; at trochæus tantum erit noviffimus.
Et quartum tradunt fimili ratione trochæum,
Exemplum at ejus vix fed ipfi conlocant:
Namque ex prædictis pæne eft, ut regula quævis
Inventa verfum comprobet; quem, fi vacet,

Quandoque ut quartum contingat habere trochæum,
Exemplar ejus tale confici poteſt,
Quæ pax longa remiſerat, arma | novare parabant:
Quartus trochæus arma *ſit, rarum eſt tamen.*
Harum ſi nulla eſt ſpecies deprenſa, magiſtri
Verſum recuſant, nec vocant heroicum.

Marius Victorinus p. 2508. *Inciſiones etiam verſuum quas Græci* τομὰς *vocant, ante omnia in Hexametro Heroico neceſſario obſervandæ ſunt. Omnis enim verſus in duo cola formandus eſt, qui Herous Hexameter merito nuncupabitur, ſi competenti diviſionum ratione dirimatur. Sex enim pedum percuſſio verſum quidem Hexametrum, non tamen Heroum, quem Epicum, ſi legem inciſionis non tenuerit, faciet. Quarum prima Penthemimeres Tome dicitur, cum poſt duos pedes ſequens ſyllaba plenam orationis partem diſtinguit, cujus exemplum erit,*

Quam Juno fertur.

Verbum enim poſt duos pedes concludit ac determinat ſyllaba, quæ in metro ſemper habetur, ut ſequens ſermo ab integra parte orationis incipiat. Geminata autem penthemimeres Tome verſum pentametrum complet, ut,

Quam Juno fertur, quam Juno fertur.

Secundam diviſionem ἑφθημιμερῆ *Græci dixerunt, quæ tribus pedibus emenſis, adjicit ſyllabam, completque ſenſum, quacunque orationis particula. Huic, ſicut et ſuperiori, nomen inditum ex eo eſt, quod tribus pedibus et una ſyllaba, id eſt, ſemipede, quæ in arſi et theſi ſeptem motus efficiunt, verſum dividat. Cujus exemplum erit,*

Quam Juno fertur terris.

Nam poſt tres pedes ſuprema ris *ſyllaba ſenſum complet. Erunt igitur hæ duæ principales Tomæ, ut dictum eſt, Heroici verſus inciſiones, quibus ſimiliter et Iambici trimetri dividuntur. Sed his in Heroo duæ aliæ accedunt. Nam ſi harum neutram inveneris, tertium Trochæum in verſu conquires; id eſt Penthemimeren diſyllabo clauſam, ut eſt,*

Infandum regina.

Nam percuſſis duobus pedibus, tertius pes Trochæus eſt, gina, *cui conjuncta brevis* ju, *ſecundum legem verſus hexametri dactylum complet;* bes *autem ſyllaba, et ſenſum ſuperioris coli integrat, ut fiat hephthemimeres, et ſequentis pedis initium inducit. Eodem modo et quartus Trochæus accipietur, qui raro admodum reperietur, ut eſt,*

Quæ pax longa remiſerat, arma | novare parabant.

Quartus pes Trochæus, arma, *vide Hephthemimerem diſyllabo clauſam, ut ſupra, cui annexa brevis* no *ſyllaba Dactylum lege Heroici verſus implet. Harum ſi nullam in Hexametro ſpeciem inveneris, Heroum verſum jure ac merito negabis. Nonnunquam autem evenit, ut in eodem verſu plures inciſiones, id eſt, Penthemimerem, et Hephthemimerem, et eam quæ quarta cæſura partem orationis terminat (quam Bucolicon Græci dicunt) reperiamus, ut*

Arma virumque cano Trojæ qui primus aberis.

Nam jæ qui *pes in verſu quartus eam diviſionem explicat, quam Bu-*

eolicon vocari dictum est, sub qua pedum percussione sensus impletur. Nam Bucolici metri hæc lex est, quam per omne opus sui carminis Theocritus Syracusanus observat, exceptis paucis versiculis. Adde Diomedem p. 496. A. Gellium XVIII. 15. Alias cæsurarum species commemorat Hermannus De Metris p. 270. Rem fusius atque eruditius persequitur in præclaris ad Orphica annotationibus p. 692. seqq. unde pauca quædam huc transferre non erit inutile: " Cæ-" suram supra diximus Homero et antiquis epicis hanc maxime " placuisse, quæ est in prima tertii pedis syllaba,

μῆνιν ἄειδε θεά.

" qua illi quidem ita sunt usi, ut non modo sæpe trochæum isto " in loco ponerent,

ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα.

" sed plurimas etiam alias admitterent incisiones. Quanquam " illa prior cæsura, quæ in prima est tertii pedis syllaba, princi-" patum obtinuit.—Sed in magna illa cæsurarum varietate, quam " habet versus heroicus, una præcipue incisio est, quæ quia vim " et robur numerorum debilitat, a melioribus poetis improbata " est. Eam dico, quæ habet trochæum in pede quarto,

Πηλεὺς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός.

" Hanc igitur non nisi rarissime admiserunt."

A veteribus Grammaticis observatum fuit, post quintum versus heroici pedem interpunctioni non esse locum. Scholiastes Harleianus ad Hom. Od. B. 77. Τόφρα γὰρ ἂν κατὰ ἄστυ προτιπτυσσοίμεθα μύθῳ, Χρήματ' ἀπαιτίζοντες.] Προτιπτυσσοίμεθα μετὰ τοῦ ρ. δηλοῖ δὲ τὸ στερνιζοίμεθα. ἢ ἀχώριστοι γενοίμεθα. καὶ ἔδει μὲν ἡμᾶς ὑποστίζειν εἰς αὐτό· τὸ δὲ μύθῳ τοῖς ἑξῆς ἀποδιδόναι. ἀλλ' οὐδέποτε ὁ εἰκοστὸς χρόνος τοῦ ἡρωϊκοῦ στιγμὴν ἐπιδέχεται. Præcepti hujus rationes acutissime, ut solet, exponit Bentleius in nota ad Lucanum I. 231. a Porsono laudata. " In versu heroico raro admodum fit " distinctio plenior pausa, vel clausula, in pede quinto; sed ubi-" cumque illud fit, tum quia in legendo vox ob coli finem de-" primitur, et in θέσει est, ea erigenda est in priore syllaba pedis " sexti; idque ex arcana musices ratione, quam, qui aurem habet, " admonitus a me, facile deprehendet. Hanc ejus syllabæ eleva-" tionem ut consequantur Poetæ, conficiunt pedem sextum ex " duobus monosyllabis, eo enim pacto vox in quinto pede demis-" sior, in sexto necessario extollitur. Vide modo hæc Virgiliana: " Ecl. VII. 35.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu.

Æn. III. 695.

Occultas egisse vias subter mare; qui nunc.

" Vide Æn. XII. 526. V. 372. 624. 713. Lucani VI. 700.

" Vides hic vocem Monosyllabi virtute extolli; quod eo justius " fit, cum Monosyllabon repetitum est, et majorem inde Emphasin " adipiscitur, ut in his Maronis, Ecl. V. 83.

Nec *percussa sonant fluctu tam litora,* nec quæ.

VI. 39.

Incipiant ſilvæ cum *primum ſurgere,* cumque.

Georg. I. 80.

Ne *ſaturare fimo pingui pudeat ſola,* neve.

Ibid. 223.

Debita quam *ſulcis committas ſemina,* quamque.

" Atque hac repetiti verbi poteſtate nonnunquam et diſyllabon " pedem ultimum obtinet; ut noſter Pharſal. VII. 350.

Ipſi *tela regent per viſcera Cæſaris,* ipſi.

Virgil. Æn. V. 633.

Nulla*ne jam Trojæ dicentur mœnia,* nuſquam.

" Hic enim *nulla* et *nuſquam* repetitionis vim obtinent, ſenſu, non " ſyllabis, convenientia. Non dicam tibi ad has leges Poetas cæ- " teros numerorum ſtudioſos accommodare ſe. Ipſe tibi credes, " cum rem cognoveris."

De licentiis carminum heroicorum, quarum præcipuæ ſunt productiones ob cæſuram, et frequentior hiatuum uſus, conſulendus eſt omnino Hermannus in notis ad Orphica loco ſupra citato. Euſtathius recenſet quinque hexametrorum vitia, de quibus monitum eſt alibi.

Deinceps de altera hexametrorum ſpecie quæramus, quam Grammatici Βουκολικὴν ideo vocant, *quia Theocritus,* inquit Diomedes p. 496. *auctor bucolici carminis hac plurimum eſſe uſus creditur.* Terentianus Maurus p. 2430.

Paſtorale volet quum quis componere carmen,
Tetrametrum abſolvat, cui portio demitur ima,
Quæ ſolido a verbo poterit connectere verſum;
Bucolicum ſiquidem talem voluere vocari.
Plurimus hoc pollet Siculæ telluris alumnus:
Ne Græcum immittam verſum mutabo Latinum,
Dulce tibi pinus ſubmurmurat, | en tibi paſtor
Proxima fonticulis, et tu quoque | dulcia pangis.
Jugiter hanc legem toto prope carmine ſervat.
Noſter rarus eo paſtor Maro, ſed tamen inquit,
Dic mihi, Damœtas, cujum pecus | an Melibœi?
Non, verum Ægonis, nuper mihi | tradidit Ægon.

Wartonus in diſſ. de Poeſi Bucolica p. 36. " In pangendis ver- " ſiculis caviſſe videtur Theocritus, ut pes quartus eſſet dactylus; " ita ut demptis duobus in fine pedibus tragicum tetrametrum " fiat. Cujus conſtructionis ſunt omnes Idyllii primi, exceptis " viginti et ſeptem. Omnes etiam ſecundi, præter novem. Ex " hac circumſtantia concludit Heinſius illa carmina mera eſſe bu- " colica: cum longe alius ſit carminum curſus in *Ptolemæo* v. g. " et *Charitibus.* Hac de re ita ſtatuit Valckenaer. in epiſt. ad " Rover. p. 15. ' Verſum dactylicum dici debere Bucolicum, ſi ' duobus pedibus poſtremis reciſis, remaneret tetrameter, qui clau- ' deretur dactylo, terminante partem orationis atque adeo Alc-

'manicus.' "Porro laudatur Bucolicum carmen, certe numero-"ſius erit, ſi primo loco ſit daĉtylus, et pedem abſolvat."

Hexametros in tragœdia admodum raros eſſe notat Tyrwhittus Ariſtot. Poet. p. 217. Plures indicat Hermannus ad eundem ſcriptorem p. 134. Obſervandum autem Tragicos hoſce hexametros nonnunquam acataleĉtos reperiri, ut Euripid. Suppl. 279.

πρὸς σὲ γενειάδος, ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι,
ἄντομαι, ἀμφιπιτνοῦσα τὸ σὸν γόνυ, καὶ χέρα δειλαίαν.

media vocis δειλαίαν corripitur. cf. ſupra p. 216.

Quod ad Comicos, Ariſtophanes adhibet in fine Ranaram,

πρῶτα μὲν εὐοδίαν ἀγαθὴν ἀπιόντι ποιητῇ
κεὶς φάος ὀρνυμένῳ δότε, δαίμονες οἱ κατὰ γαῖαν,
τῇ τε πόλει μεγάλων ἀγαθῶν ἀγαθὰς ἐπινοίας.
πάγχυ γὰρ ἐκ μεγάλων ἀχέων παυσαίμεθ' ἂν οὕτως,
ἀργαλέων τ' ἐν ὅπλοις ξυνόδων· Κλεοφῶν δὲ μαχέσθω,
κἄλλος ὁ βουλόμενος τούτων πατρίοις ἐν ἀρούραις.

Cratinus ſæpius uſurpaſſe videtur, ut in fabula inſcripta Ὀδυσσεῖς, apud Athenæum III. p. 99. F. Priſcian. XVIII. p. 1214.

ἦσθε πανημέριοι χορταζόμενοι γάλα λευκὸν,
πύον δαινύμενοι, κἀμπιμπλάμενοι πυριάτῃ.

Poſteriorem verſiculum, neque in Athenæo, neque in Priſciano exſtantem, hic ſubjunxi, Porſono monente, ex Schol. Ariſtoph. Veſp. 708. ubi ſine ullo auĉtoris indicio exhibetur. Ex eadem ſcena, ex eadem fortaſſe oratione, quæ Cyclopis fuiſſe videtur Ulyſſem et comites ejus compellantis, derivati erant, qui ſequuntur ex Athenæo IX. p. 385. C. D.

ἀνθ' ὧν πάντας ἑλὼν ὑμᾶς, ἐρίηρας ἑταίρους,
φρύξας, ἑψήσας, κἀπανθρακίσας, ὀπτήσας,
εἰς ἅλμην τε καὶ ὀξάλμην, κᾆτα σκοροδάλμην
χλιαρὸν ἐμβάπτων, ὃς ἂν ὀπτότατός μοι ἁπάντων
ὑμῶν φαίνηται, κατατρώξομαι, ὦ στρατιῶται.

Ulyſſis ad Polyphemum ſunt verba X. p. 446. B.

τῇ νῦν τόδε,
πῖθι λαβὼν ἤδη, καὶ τοὔνομα μ' εὐθὺς ἐρώτα.

Alia exempla, ne nimius ſim, ſciens prætermitto.

P. 38, 12. Pentameter cataleĉticus in diſyllabum, quem cum Noſtro *Simmieum* vocat Plotius, Servio *Steſichorius* dicitur, niſi et ibi potius reponendum ſtatuas *Simmieum*. Auĉtor quoque eſt Plotius hujus metri ſedem quintam plane indifferentem eſſe, quippe quam pes quivis diſyllabus implere queat. Notandum eſt autem unum tantummodo exemplum ab eodem Plotio reperiri, idem ſcilicet quod in contextu poſuerat Hephæſtio.

E Tragicis Æſchylus hac menſura uſus, Eumen. 373. ſyſtema Trochaico dimetro cataleĉtico concludit;

δόξαι τ' ἀνδρῶν καὶ μάλ' ὑπ' αἰθέρι σεμναὶ,
τακόμεναι κατὰ γᾶν μινύθουσιν ἄτιμοι

ἡμετέραις ἐφόδοις μελανειμοσιν, ὀρχησ-
μοῖς τ' ἐπιφθόνοις ποδός.

Vide etiam Antistropham. Trochaico itidem dimetro catalectico præfecit Aristophanes Ran. 830. 837. 844. 851. Recte enim disposuit Brunckius. cf. hujus ed. 816. 820. 824. 828. Ithyphallicum prægreditur Nub. 459. ed. Brunck. Sophoclis Antig. 339—342. sic restituendos voluit Hotchkisius,

ἄφθιτον, ἀκαμάταν, ἀποτρύεται, Tetrametrus.
ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος, ἱππεί-
ῳ γένει πολεύων.

Euripid. Troad. 843.

καλλιγάλανα τρέφεις· Πριάμοιο δὲ γαῖαν
Ἑλλὰς ὤλεσ' αἰχμά.

Bacch. 168. recte edidit Brunckius,

κῶλον ἄγει ταχύπουν σκιρτήμασι Βάκχα.

P. 38, 15. Tetrametrum catalecticum in disyllabum Archilochus in Epodis dactylico hexametro subjunxit; quem postea imitatus est Horatius. Terentianus Maurus p. 2430.

Hexametro duo quando pedes primi retrahuntur,
Ut sermo expletus partes non occupet ambas,
Tetrametrus remanet versus, ceu subditus hic est:
Cantabunt mihi | Damœtas et Lyctius Ægon.
Cantabunt mihi *quum demsi, pars cætera restat*
Damœtas et Lyctius Ægon.
Talis carminibus Flacci reperitur epodos,
Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisve Corinthi &c.

Hunc tetrametrum Plotius *Anacreontium* nuncupat p. 2638. *Anacreontium tetrametrum dactylicum a tetrametro Bucolico hoc differt, quod illud quidem octo schemata habet, et quartum pedem semper dactylum, hoc vero monoschematistum. Nam semper tribus dactylis percutitur, et quarto pede spondeo. Cujus metri exemplum Græcum est,*

Ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ.

Marius Victorinus p. 2518. *Tetrameter in dactylum desinens Alcmanicum, in spondeum vero Archilochium metrum efficit.* Alcmanis exemplum præbet Hephæstio p. 40. Vide et Athenæum X. p. 416. C. XI. p. 499. A. Tetrametros tam catalecticos in disyllabum, quam acatalectos, in Tragicorum Choris, Aristophane, et Pindaro, aliquoties deprehendet Lector studiosus.

Trimeter catalecticus in disyllabum reperitur Sophocl. Trachin. 112.

πολλὰ γὰρ ὥστ' ἀκάμαντος
ἢ Νότου ἢ Βορέα τις
εὐρέϊ κύματα πόντῳ.

vide ejusdem fabulæ 501. 503. 511. 513. Hanc speciem *Alcmanium* vocat Servius.

P. 39, 8. πενθημιμερεῖ. Hac penthemimeri in melicis ſæpe utuntur Tragici. Euripides Troad. 1101. quinque continuas exhibet. Archilochum in Epodis ſecutus eſt Horatius Carm. IV. 7. Terentianus Maurus p. 2422.

Nec tantum hexametris geminam ſubjungere partem
Dactylicam mos eſt: ſæpe ſemel poſita,
Præmiſſo hexametro dulcem ſubnectit epodon:
Talis epodus erit,
Tibia docta precor tandem mihi dicere verſus
Deſine Mænalios.
Hoc doctum Archilochum tradunt genuiſſe magiſtri:
Tu mihi, Flacce, ſat es,
Diffugere nives, redeunt jam gramina campis,
Arboribuſque comæ.

Obſervat Hermannus hoc metrum in Pindari carminibus nunc primo, nunc ſecundo loco ſpondeum habere, ſed nunquam utroque ſimul; quod et in Tragicis fortaſſe verum.

P. 40, 1. Ἑφθημιμερεῖ. Hæc forma Tragicis parcius uſurpata eſt, ſicubi tamen occurrit, ad ſequentem normam præcipue dirigitur;

- ∪ ∪ | - ∪ ∪ | - ∪ ∪ | -
Euripid. Oreſt. 181. σῖγα φυλασσομένα στόματος.

- ∪ ∪̂ | - ∪ ∪ | - - | -
Ibid. 1254. πήματα πήμασιν ἐξευρῇ.

Hic loci inſerendus videtur tetrameter hypercatalectus, Servio *Alcmanius*, cujus exemplum habes Soph. Aj. 224. 248.

τῶν μεγάλων Δαναῶν ὑποκληζομέναν.
ἢ θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἑζόμενον.

P. 40, 3. ἀκαταλήκτων. Acatalectorum plures commemorant ſpecies Grammatici Latini. 1. Dimetrum, quem Servius et Plotius p. 2640. *Hymenaicum* vocant. Plotii verba ſunt, *Hymenaicum Dimetrum dactylicum Sapphicum monoſchematiſtum eſt. Semper enim duobus dactylis conſtat.* Exemplum, quod profert, extra dubitationem corruptum eſt. 2. Trimetrum. Marius Victorinus p. 2518. *Trimetrus acatalectus, qui e tribus,*

Cui non dictus Hylas puer.

hoc ἡμιεπὲς *dicitur, quo Simonides frequenter uſus eſt.* Plotius p. 2639. *Hemidexium trimetrum dactylicum, tribus dactylis conſtans, ut,* Ξεῖνε τὸν Ἀρχιλόχου τάφον. 3. Pentametrum, Servio *Simonideum*, cujus exemplum profert Plotius, ſed mendoſiſſime editum. 4. Hexametrum, Servio *Ibycium.*

P. 40, 12. δακτυλικά. Verſus dactylicos hexametro prolixiores non commemoravit Hephæſtio. Servius quatuor recenſet ſpecies.

1. *Hexametrum hypercatalectum, Alcmanium.* 2. *Heptametrum catalecticum, Stesichorium.* 3. *Heptametrum acatalectum, Ibycium.* 4. *Heptametrum hypercatalectum, Ibycium.* Marius Victorinus p. 2519. *Inter hæc, ne ignorasse videar, non prætermiserim, quod ferunt apud auctores exempla reperiri, quibus ostendant Hexametrum Dactylicum usque ad Octametrum disyllabo terminatum processisse, ultra quam proceritatem nihil in eodem scrutandum est.* Heptametri sunt catalectici in disyllabum Æschyl. Pers. 864. 6. 871. 3. Vide Burneii Chor. Cant. p. 40.

VII. 3. p. 40, 13. De Metro Æolico verba Terentiani supra protulimus, p. 43. quibus vix necesse puto hic insuper adjicere Marium Victorinum p. 2559. Plotium p. 2636. Servius p. 1824. Eulogiacum *constat primo pede disyllabo quolibet et quatuor dactylis.* Ubi ipse multo ante conjeceram *Æolicum,* quam in manus meas casu delata esset elegantissima Santenii editio. Dactylici Æolici pentametri specimen præbet Theocritus Id. XXIX. Alcæus apud Aristophanem Vesp. 1227.

ὤνθρωφ᾽, οὗτος ὁ μαινόμενος τὸ μέγα κράτος,
ἀντρέψεις ἔτι τὰν πόλιν· ἁ δ᾽ ἔχεται ῥοπᾶς.

ubi spondeus primum locum occupat. Horum vero Æolicorum carminum indolem atque artificium percipies ex singulari isto perfectissimoque exemplo ab Hephæstione dato p. 42. 43.

ερ̄ος | δ᾽ αῡτε̆ μ᾽ ο̆ | λῡσῐμε̆ | λη̄ς δο̆νεῑ
γλῠκῠ | πικρον α | μαχανον | ορπετον.
Ᾱτθῐ | σοι δ᾽ εμε | θεν μεν α | πηχθετο
φρο̄ντῑσ | δην επι | δ᾽ Ανδρομε | δαν ποτη.

De Æolicis carminibus in genere consulendus Bentleius post Horatium p. 710.

VII. 3. p. 43, 3. De versibus Logaœdicis hæc Marius Victorinus p. 2560.

His Logaœdiaci metri speciem, quæ et Enoplius *et* Archebulius *dicitur, non absurde conjunxerim adæque dactylici metri sobolem, scilicet cum Trochaica basi versus clauditur duobus vel tribus vel quatuor dactylis præeuntibus, prout carminis mensura aut ratio exegerit; cujus generis est etiam hoc, quod ex duobus dactylis et duobus connectitur Trochæis, et appellatur Alcaicum decasyllabum,*

- ∪ ∪ | - ∪ ∪ || - ∪ | - ∪

Item e tribus dactylis, et duobus Trochæis,

- ∪ ∪ | - ∪ ∪ | - ∪ ∪ || - ∪ | - ∪

rursus e quatuor, et duobus trochæis,

- ∪ ∪ | - ∪ ∪ | - ∪ ∪ | - ∪ ∪ || - ∪ | - ∪

quæ species et in anapæstico versu reperietur, ita duntaxat, ut postrema ejus clausula Bacchio a brevi incipiente terminetur, et pro anapæsto nonnunquam spondeus ponatur.

De Alcaico Logaœdico nonnulla dicemus infra ad Cap. XIV. 3.

Occurrit Euripid. Hec. 946. Alceſt. 603. Iph. Taur. 1105. Ion. 1068. Æſchyl. Prom. 132. et alibi. Reſtituendus eſt Sophocl. El. 1069. 1080.

Ibid. 10. Praxilleum habes Sophocl. Antig. 134.

ἀντίτυπος δ' ἐπὶ γᾷ πέσε ταντaλωθεὶς
πυρφόρος, ὅς τότε μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ.

CAP. VIII.

De Anapæſtico.

SEQUENTIA loca ex Grammaticis Latinis decerpta carminum anapæſticorum indolem tironibus planam facient. Atilius Fortunatianus p. 2691. *Dactylico contrarium eſt Anapæſticum metrum, huic naturale catholicum eſt partes orationis ſingulis pedibus terminare; hic enim verſus optimus eſt. Secundus ab optimo qui ſyzygias parte orationis finit. Nam ſicuti in cæteris metris vitioſum eſt ſi ſinguli pedes partem orationis finiant, ita hic bonum eſt quod in aliis contrarium. Recipit pedes, ſuum ſcilicet anapæſtum, dactylum et* [a] *ſpondeum, raro et* [b] *proceleuſmaticum, hos omnes omnibus in locis.* Marius Victorinus p. 2520. *Anapæſticum metrum originem trahere a Rhythmo dactylico in dubium non venit, cum iiſdem temporibus uterque eorum ſyllabiſque ſubſiſtat: unde a quibuſdam* ἀντιδάκτυλος *dicitur. Siquidem Dactylus e longa et duabus brevibus, Anapæſtus e duabus brevibus et longa digeſti, ſitu ordinis tantum diſcrepare videantur. Dehinc, quod detracta per* ἐπιπλοκὴν *Heroo Dactylico prima longa, reliqui pedes in Anapæſtum reformentur in eo dumtaxat verſu, qui quinque continuis per ordinem Dactylis currit: ut*

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro.

Detracta enim at *ſyllaba, qua primus in verſu dactylus conſtat, erunt reliqui pedes Anapæſti, ſic,*

Tuba terribilem ſonitum procul ære canoro.

Recipit autem id metrum pedes quatuor ſpatio temporum pares, ſyllabarum numero diſpares, Spondeum, qui eſt Anapæſti collectio, Dactylum,

---

[a] Terentianus Maurus p. 2423. *Mirum tibi nec videatur Spondeon ineſſe anapæſtis: Rex et dominus prior ipſe eſt, Hic advena ſumptus, et hoſpes: De fœdere temporis æqui Quotiens locus expetet, ultro Reddet ſua jura priori.*

[b] In Æſchyli Perſ. 926. (931.) Brunckius edidit ex MSS.

αινως | αινως | επι γονυ | κεκλιται.

Anapæſtici videntur etiam ejuſdem fabulæ 937. 938. (931. 932.)

κακοφατι | δα βοαν | κακομελι | τον ιαν.

Ariſtoph. Nub. 913.

δια σε δε | φοιταν.

Proceleuſmaticum, et eundem Anapæſtum in quacunque ſede. Nam cum omnes numero temporum quatuor comprehendantur, tamen diviſione longarum vel conjunctione brevium, cum longæ in breves colliguntur, inter ſe variantur, et cum diverſis vocabulis nuncupentur, ejuſdem fere generis exiſtunt. Nonnulli in ultima hujus ſede Ionicum minorem recipiunt, ea ratione qua in fine metrum omne varie claudatur; dehinc quod etiam ab auctoribus ſtudio novitatis, quædam adjiciantur et detrahantur contra quam ratio veteris diſciplinæ permittit, quod et in cæteris metris datur agnoſcere. Nam et Iambus in clauſula invenitur et appellatur Archebulium. At ſi triſyllabo pede ſui dumtaxat generis terminetur, adæque Archebulion, ſed integrum: nam prius, in quo Iambus, ἀπόκροτον *dicitur. Volunt enim ſicut Dactylicum Trochæo ultimo, ita Anapæſtum nonnunquam Iambo concludi, ſi quidem Dactylus ut Trochæus a longa incipiat, Anapæſtus autem ut Iambus deſinat, quo ſit ſonorus. Percutitur vero verſus Anapæſticus præcipue per dipodiam, interdum et per ſingulos pedes. Eſt autem Percuſſio cujuſlibet metri in pedes diviſio Exemplum erit Tetrametri Catalectici, quod eſt in Anapæſticis, nobilis ille verſus,*

Alius cithara ſonituque potens volucres pecudeſque movere.

Item,

Admota labris tuba terribilem ſonitum dedit ære canoro.

Quod genus frequens eſt apud Ariſtophanem. Unde et Ariſtophanium vocatur: non quia conditor ejus idem fuit, nam et Æſchylus et Cratinus et alii priores uſi ſunt eo, verum quia plurimus in hoc metro Ariſtophanes eſt.

Poſtrema hæc citat Hemſterhuſius ad Ariſtophanis Plutum p. 141. cum hac nota; "*Æſchyli* quæ partes hic eſſe poſſint mihi "non liquet; quam ob rem aut *Ariſtoxeno Selinuntio,* aut *Epicharmo* locum illum potiori jure deberi perſuaſum habeo." Vox *Æſchylus* haud dubie mendoſa eſt, parum tamen feliciter excogitata eſt Viri eruditiſſimi correctio. Aperte enim legendum *Eupolis.* Ipſe Victorinus non multo poſt p. 2523. *Noſtri enim in modulandis metris ſeu rhythmis, veteris comœdiæ ſcriptores ſequi maluerunt, id eſt, Eupolin, Cratinum, Ariſtophanem.* Simile mendum ex eodem Victorino eluendum eſt p. 2580. ubi verba fere repetit paullo ante prolata, *Accedit his etiam illa Anapæſticorum ſpecies de fonte Dactylici verſus veniens, apta admodum Comicis,* Ἀριστοφάνειος *nuncupata eſt, non quia conditor ejus Ariſtophanes fuit, nam et Æſchylus* (lege *Eupolis*) *et Cratinus priſcæ comœdiæ ſcriptores ea uſi ſunt, ſed quia plurimus in hoc metro Ariſtophanes invenitur.* Tetrametros catalecticos vocat, κατ' ἐξοχὴν, ἀναπαίστους Ariſtophanes Equit. 502. Avib. 685. Pac. 734. Et Eupolin hoc metro uſum eſſe teſtatur locus elegantiſſimus a Plutarcho ſervatus T. II. p. 662. D. Macrobio Saturn. VII. 5. Chorus Caprarum loquitur,

Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης, πρίνου, κομάρου τε,
πτόρθους ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι, καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλα,
οἶον κύτισον, φάκον εὐώδη, καὶ σμίλακα τὴν πολύφυλλον,

κότινον, σχῖνον, μελίαν, πεύκην, ἀλίαν, δρῦν, κιττὸν, ἐρείκην,
πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον, κισθὸν, φηγὸν, θύμα, θύμβραν.

In ejusdem fragmento apud Suidam v. ἀγῆλαι, lege obiter ex emendatione Porsoni,

ἀναθῶμεν νῦν χἠμεῖς τούτοις ΤΑΣΔΙ ΤΑΣ εἰρεσιώνας
καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. χαίρετε πάντες. δεχόμεσθα.

Veterem lectionem τὰς διττὰς a Ruhnkenio, locum hunc tractanti ad Timæum p. 5. relinqui intactam, est profecto mirabile.

Tetrametrorum leges enucleate exposuit Porsonus in præfatione ad Hecubam p. xlvi. iterumque iterumque perlegendus. Formas eorum præcipuas ex subjecto schemate elicias,

1	2	3	4	5	6	7	
⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ – ‖	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	⏑ ⏑ –	–
– –	– –	– –	– – ‖	– –	– –		
– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	– ⏑ ⏑	‖	– ⏑ ⏑			

et nota cæsuram post quartum pedem semper inviolatam servari. Quod mox ait Noster p. 46, 4. anapæstum aut spondeum in septima sede indifferenter adhiberi, non sine cautione quadam accipi debere monet Brunckius ad Aristoph. Vesp. 349. "Nusquam Aristophanes "in tetrametris anapæsticis syllabam catalecticam spondeo subjicit. "Hanc sibi licentiam sumsisse Cratinum testatur Hephæstio, sed "nihil tale de Aristophane dicit. Alia quæ adducit istius metri "exempla e Doricis poëtis petita sunt, quorum inventum fuisse vi-"detur: nec adeo temere metrum ipsum *Laconicum* appellatum "fuit." Jure autem *Laconicum* nominatum fuisse ex locis deinceps subjectis satis patebit. Polycrates in Laconicis de secunda Hyacinthiorum die, apud Athenæum IV. p. 139. E. τῇ δὲ μέσῃ τῶν τριῶν ἡμερῶν γίνεται θέα ποικίλη, καὶ πανήγυρις ἀξιόλογος, καὶ μεγάλη. Παῖδές τε γὰρ κιθαρίζουσιν, ἐν χιτῶσιν ἀνεζωσμένοι, καὶ πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες πάσας ἅμα τῷ πλήκτρῳ τὰς χορδὰς ἐπιτρέχοντες, ἐν ῥυθμῷ μὲν ἀναπαίστῳ, μετ' ὀξέος δὲ τόνου τὸν θεὸν ᾄδουσιν. Cicero Tusc. Disp. II. 15. *Spartiatarum mora procedit ad tibiam, nec adhibetur ulla sine anapæstis pedibus hortatio.* Marius Victorinus p. 2522. *Idem et* ἐμβατήριον *dicitur, quod est proprium carmen Lacedæmoniorum. Id in præliis ad incentivum virium per tibias canunt, incedentes ad pedem, ante ipsum pugnæ initium.* De spondeo ante syllabam catalecticam vide eundem p. 2546. 2560. Plotium p. 2653. Etiam in dimetro catalectico Tyrtæus apud Dionem Chrysost. II. p. 51. in Analectis Brunckii T. I. p. 53. Ἔτι δὲ οἶμαι τὴν παρακλητικὴν οἷα τῶν Λακωνικῶν ἐμβατηρίων, μάλα πρέπουσαν τῇ Λυκούργου πολιτείᾳ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐκείνοις,

ἄγετ' ὦ Σπάρτας εὐάνδρου
κοῦροι πατέρων πολιῆται.
λαιᾷ μὲν ἴτυν προβάλεσθε,
δόρυ δ' εὐτόλμως βάλλοντες,

μὴ φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς·
οὐ γὰρ πάτριον τᾶς Σπάρτας.

modo verſus iſti re vera Tyrtæum habeant auctorem.

Dimetros acatalectos, ſpeciem longe uſitatiſſimam, ne verbo quidem attigiſſe Hephæſtionem nemini non permirum accidit. Ac ſane cum ob hanc, tum ob alias quoque cauſſas nunquam ſatis dolendum eſt eos tam breviter a Porſono in Præfat. tractatos fuiſſe. Meum non eſt rem a tanto viro quaſi in medio relictam ad umbilicum perducere; proferenda tamen ſunt nonnulla, ex ipſius magnam partem obſervationibus petita, quibus rite perceptis, mediocrem ſaltim hujus metri notitiam tirones adipiſci queant.

Syſtemata itaque legitima cum proprio pede omnibus locis indifferenter adhibent dactylum et ſpondeum; ſed rariſſime proceleuſmaticum; rariſſime etiam anapæſto dactylum præficiunt. Sophocl. Aj. 205.

νῦν γὰρ ὁ | δεινός, ὁ | μέγας ὠ | μοκρατής.

Euripid. Alceſt. 80.

ὅστις ἂν | ἐνέποι | πότερον | φθιμένην.

In Hippol. 1381. forſan legas ὑπέρσχων. Electr. 1328.

θάρσει· | Παλλάδος | ὁσίαν | ἥξεις.

Ariſtoph. Av. 404. Pac. 168. Mneſimachus Athenæi IX. p. 403. C.

κάραβος, | ἐσχάρος, | ἀφύαι | βελόναι.

Ephippus Athenæi VII. p. 322. E.

κωβιός, | ἀφύαι, | βελόναι | κεστρεῖς.

Vocalium longarum et diphthongorum hiatus ea lege nonnunquam admittitur, ſi vocales iſtæ vel diphthongi corripiantur. Euripid. Med. 1081. Troad. 603. Electr. 1325. 1340. 1341. Verſus tum maxime numeroſi ſunt, quum ſingula metra ſive dipodiæ integris vocibus terminantur. Interdum tamen, quod ex ſubjectis exemplis patebit, voces in duo metra reperiuntur diſtributæ.

Æſchyl. Prom. 172. καὶ μ' οὔ τι μελι | γλώσσοις πειθοῦς.
Perſ. 532. ἀλλ' ὦ Ζεῦ βασι | λεῦ νῦν Περσῶν.

ſed de hoc loco vide Hermannum de Metris p. 292.

Agam. 52. πτερύγων ἐρετμοῖ | σιν ἐρεσσόμενοι.
64. γόνατος κονίαι | σιν ἐρειδομένου.
75. ἰσόπαιδα νέμον | τες ἐπὶ σκήπτροις.
84. θύγατερ, βασίλει | α Κλυταιμνήστρα.
86. πειθοῖ περίπεμ | πτα θυοσκινεῖς.
95. μαλακαῖς ἀδόλοι | σι παρηγορίαις.
791. τῷ δυσπραγοῦν | τι δ' ἐπιστενάχειν.
794. καὶ ξυγχαίρου | σιν ὁμοιοπρεπεῖς.
795. ἀγέλαστα πρόσω | πα βιαζόμενοι.
1341. καὶ τοῖσι θανοῦ | σι θανὼν ἄλλων.
1528. Ἰφιγένειαν ἂν | ἄξια δράσας.
1557. ἀλλ' Ἰφιγένει | ά νιν ἀσπασίως.
1559. πατέρ' ἀντιάσα | σα πρὸς ὠκύπορον.

Choeph. 338. ἀλλ' ἔτ' ἂν ἐκ τῶν | δε θεὸς χρήζων.
857. νῦν γὰρ μέλλου | σι μιανθεῖσαι.
862. δαίων ἀρχαῖς | [c] τε πολισσονόμοις.
1071. νῦν δ' αὖ τρίτος ἦλ | θέ ποθεν σωτήρ.
Eumen. 1008. ὑμεῖς δ' ἡγεῖσ | θε πολισσοῦχοι.
Suppl. 620. ἄγε δή, λέξω | μεν ἐπ' Ἀργείοις.

Prometh. Solut. apud Strabonem I. p. 58=49. ed. Oxon.
χαλκοκέραυνόν | [c] τε παρ' Ὠκεανῷ
λίμναν παντοτρό | φων Αἰθιόπων.

Sophocl. Aj. 146. ἤπερ δορίληπ | τος ἔτ' ἦν λοιπή.
Trach. 1276. μεγάλους μὲν ἰδοῦ | σα νέους θανάτους.
Antig. 156. τῆσδε Κρέων ὁ Με | νοικέως νεοχμός.
382. τοῖς βασιλείοισ | ιν ἄγουσι νόμοις.
Philoct. 1470. Νύμφαις ἁλίαι | σιν ἐπευξάμενοι.
Œd. Col. 1760. ὦ παῖδες, ἀπεῖ | πεν ἐμοὶ κεῖνος.
1771. διακωλύσω | μεν ἰόντα φόνον.
Electr. 94. ὅσα τὸν δύστη | νον ἐμὸν θρηνῶ.
Inachi fr. 2. Ἴναχε γεννᾶ | τορ παῖ κρηνῶν.

Euripid. Bacch. 1372. καὶ σὰς ἐδάκρυ | σα κασιγνήτους.
Hippol. 1376. τίς ἐφέστηκ' ἐν | δέξια πλεύροις.
Alcest. 82. ζῶσ' ἔτι φῶς λεύσ | σει Πελίου παῖς.
Iph. Aul. 594. ἴδετ' Ἰφιγένει | αν ἄνασσαν ἐμήν.
Iph. Taur. 461. ἐν ναοῖσι πέ | λας τάδε βαίνει.

Aristoph. Nub. 451. ταῦτ' εἴ με λέγου | σιν ἀπαντῶντες.
889. ἐν τοῖς πολλοῖ | σι λέγων ἀπολῶ,
944. κεντούμενος ὥσ | περ ὑπ' ἀνθρηνῶν.
Ran. 1122. Παναθηναίοι | σι γελῶν, ὅτε δὴ
Acharn. 1142. ἴτε δὴ χαίρον | τες ἐπὶ στρατιάν.
Thesmoph. 52. μέλλει γὰρ ὁ καλ | λιεπὴς Ἀγάθων.
Vesp. 1473. τίς ἐπ' αὐλείοι | σι θύραις θάσσει.
1478. πλευρὰν λυγίσαν | τος ὑπὸ ῥώμης.
Pac. 97. τοῖς τ' ἀνθρώποι | σι φράσον σιγᾶν.
99. καιναῖς πλίνθοι | σιν ἀνοικοδομεῖν.
987. μὰ Δί' ἀλλ' ἀπόφη | νον ὅλην σαυτήν.
1002. δούλοισι χλανισ | κιδίων μικρῶν.
1003. κἀκ Βοιωτῶν | [c] γε φέροντας ἰδεῖν.
1320. κἄπειτ' εὔξαμέ | νους τοῖσι θεοῖς.
Av. 523. νῦν δ' ἀνδράποδ', ἢ | λίθιους, μανᾶς.
536. κἄπειτα κατε | σκέδασαν θερμόν.

Aliquando, etsi rarissime, impetravit Comicorum licentia, ut voces in duo versus dissectæ exhiberentur. Aristoph. Av. 733.

βίον, εἰρήνην, νεότητα, γέλω-
τα, χορούς, θαλίας, γάλα τ' ὀρνίθων.

---

[c] Particula enclitica voci præcedenti ἀδιαλύτως adhæret.

vide et v. 611. in editione Brunckii. Vefp. 750.

ἵν' ὁ κήρυξ φησὶ, τὶς ἀψήφι-
στος ἀνιστάσθω.

Apprime autem et præ ceteris tenendum eft, ultimas verfuum horum fyllabas minime pro communibus habitas elle, fed eadem diligentia fervatas ac fi in mediis verfibus repertæ forent. Hanc legem, a fe prius in Epiftola ad Millium p. 26=23. editam, poftmodum in Differtatione Phalaridea rationum exemplorumque pondere ftabilivit Bentleius, deinceps ex verfione Lennepiana exfcribendus. "In dif-" fertatione, ad Joann. Antioch. p. 26. nova quædam in medium pro-" tuleram, de numeris anapæfti. Antea opinio ftabat, cujufque ver-" fus ultimam fyllabam effe communem, idque tam Anapæfti, quam, " quod notum eft, hexametrorum, aliorumque. Ut, qui pofterio-" ribus hifce fæculis carmina fecerunt, fæpe tribrachi, vel tro-" chæo, vel cretico, anapæftos terminaverint; aut verfum conclu-" ferint vel vocali, vel litera M, cum in fubfequentis initio effet, " vel vocalis, vel H. Quorum quodque vitiofum: neque enim " hæc licentia olim data fcribentibus anapæftos; fed continua-" bantur anapæfti, vel pares anapæfto pedes, ufque ad verfum il-" lum, qui dicebatur parœmiacus, quafi unicus effet verfus. Hanc " dicebam communem Græcorum poetarum regulam; nec ipfe " Seneca, tragicus (ut pateat, hujus eum regulæ, quam nunc aperui, " confcium fuiffe) unquam cretico anapæftos terminavit, ut Bu-" chananus, Scaliger, Grotius, cet. folent; licet, trochæo aliquan-" do, fed id etiam femel tantum atque iterum, nec nifi finita ver-" bis fententia. Confitebitur vel ipfa Invidia, fi, quod detexerim, " verum fit, id non parvi effe momenti. Equidem mihi perfua-" deo, fi ante, quam carmina fua edidiffent Buchananus, et reli-" qui, effet inventus, qui id patefaceret, eum fummam ab illis gra-" tiam fuiffe initurum, quod, præcaviffet, ne, in iis, offenderent. " Sed vide, quod fatum eos circumftet, qui nova aperiunt. Prodit " tandem doctiffimus Boyleus, ac doctis, qui, octo novemve ab-" hinc annos, fidem mihi habuerant, affirmat, *nihil falfum effe ma-" gis, aut plenum errore, poffe, quam id, quod affirmaverim ego.* Di-" ceres, eum, qui tam audacter loquatur, idque *ore tam confidente,* " (p. 158.) non poffe non *certo cognitum habere, quod aiat.* Num " autem ea, hic, caufa fcriptoris Cenfuræ? Num *digreffus a propo-" fito,* certis verifque veftigiis? De hoc judicabit mox lector: fed " non poffum, quin ante palam ei prædicem, me nonnihil indig-" nari, quod, memet occupatum, fentiam, in rebus tam futilibus, " quas in medium protulerit, refellendis.

" *Quid eft,* inquit, p. 159. *quod Grotiis et Scaligeris, quibus viris? " opponere, fine ulla ratione, audeas? Solent Græci tragici terminare " trochæo vel tribrachi anapæftos: idque factum a Seneca quadraginta " aut quinquaginta minimum in locis, fententia etiam verbis non finita.* " Exempla quibus nititur, quinque funt, ex Æfchylo, et, pari nu-

" mero, e Seneca. Primum, quod ex Æſchylo depromſit, eſt, " Prom. v. 122.

Τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσι
Διὰ τὴν λίαν——.

" et, huic ſimile, quartum, v. 565.

Τὸν δὲ χαλινοῖς ἐν πετρίνοισι
χειμαζόμενον.

" Cadunt hi duo verſus, ut opinatur ſcriptor Cenſuræ, in tro-" chæos, ultima litera brevi. At, puto, aliquis, Boyleo longe in-" doctior, cognoviſſet, σι hic eſſe longam poſſe, addita ei ν, ante " conſonantem, ut ſolent poetæ; εἰσοιχνεῦσιν, πετρίνοισιν. Didiciſſet " id, ex hac etiam, quam citat, fabula, Boyleus, v. 173.

Ἐπαοιδαῖσι θέλξει στερέας.

" vel e Supplic. 36,

Ὀμβροφόροισί τ' ἀνέμοις ἀγρίας·

" vel Ariſtophan. Plut.

Ἁλσὶ διασμηχθεὶς ὄναιτ' ἂν οὑτοσί·

" et, Nub.

Ἰατρὸς ὢν καὶ μάντις ὥς φασι σοφός.

" In quibus locis omnibus, et centenis aliis, ſyllaba σι longa eſt, " quaſi ſit expreſſum, ἐπαοιδαῖσιν, ὀμβροφόροισιν, ἁλσὶν, et φασίν. Et " hæc quidem in mediis verſibus omnia; ne quid excipiat Scriptor " Cenſuræ, ſi in extremis anapæſtis ſint.

" Sed melius fortaſſe ceciderit, quod, ſecundo loco, profert ex " Æſchylo; Prom. 191.

Εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα
Σπεύδων.——

" Hunc quoque verſum terminari trochæo, putat, quia τα, ſyllaba " brevis eſt. Sed doctiſſimo Cenſuræ ſcriptori dico, τα, in hoc lo-" co, ſyllabam eſſe longam, quod ſubſequens verbum, σπεύδων, a " duplici conſonante incipiat. Nihil, hoc, frequentius; ut ex-" emplis, ex ipſo Æſchylo petitis, probabo, et id quidem in me-" diis anapæſtis:

Πῆμα στενάχω πῆ ποτε μόχθων.
Γένος ὠλέσατε πρυμνόθεν αὖθις.
Οὓς περὶ πᾶσα χθὼν Ἀσιῆτις.
Ἀλλὰ χθόνιοι δαίμονες ἁγνοί.

" v. Prom. v. 99. Sept. Theb. 1064. Perſ. 61. 630. Nonne πῆμα, " ὠλέσατε, πᾶσα, et ἀλλὰ, in longam ſyllabam cadunt, quia duæ " conſonantes ſubſequuntur? Num quoque Virgilii oblitus eſt ſui " ſcriptor Cenſuræ?

Terraſque, tractuſque maris, cœlumque profundum.
Æſtuſque, pluviaſque, et agentes frigora ventos.
Ferte citi flammam, date tela, ſcandite muros.

" Aliud, ex Æſchylo, eſt, Prom. 1084.

——στρόμβοι δὲ κόνιν
Εἱλίσσουσι——

"Ubi tribrachi terminari verſum, putat, νιν, in voce κόνιν, brevi.
"Sed dico, anapæſtum eſſe, et poteſt ultima vocis [d] κόνιν ſyllaba,
"eſſe longa. Sic Homerus:

Εὗρον ἔπειτ᾽ Ὀδυσῆα Διῒ μῆτιν ἀτάλαντον.
Τῶν ἄρ᾽ Ὀδυσσεὺς ἦρχε Διῒ μῆτιν ἀτάλαντος.

"et Ariſtophan. in Avibus:

Ὁπότ᾽ ἐξέλθοι Πρίαμός τις ἔχων ὄρνιν ἐν τοῖσι τραγῳδοῖς.

"Nunc, quod reliquum eſt, ex Æſchylo ſumtum, exemplum vi-
"deamus, Prom. v. 156.

Νῦν δ᾽ αἰθέριον κίνυγμ᾽ ὁ τάλας.

"Etiam hic tribrachin eſſe, cenſet; tam enim eſt in poetis Græ-
"cis verſatus, ut ultimam ſyllabam vocis τάλας brevem habeat.
"Quid itaque huic ejuſdem poetæ anapæſto fiet? Sept. Theb.
"1071.

Τεύξῃ κεῖνος δ᾽ ὁ τάλας ἄγοος.

"Numquid, in medio, æque atque extremo, verſu, tribrachi lo-
"cus? Quid his Euripidis? Hippol.

Καὶ μὴν ὁ τάλας ὅδε δὴ στείχει.
Ἀπόλωλα τάλας, οἴμοι, οἴμοι.

"Quid his Iambis, ex eadem fabula?

Οὐ τλητὸν οὐδὲ λεκτὸν ὦ τάλας ἐγώ.
Ἄρηξεν ὡς ἔοικεν ὦ τάλας ἐγώ.

"Aut his, ex Sophoclis Philoct. Antig. Œd. Tyr. et Ajac.

Οἴμοι τάλας ἀλλ᾽ οὐχ ὁ Τυδέως γόνος.
Ἴησι δυσθρήνητον ὦ τάλας ἐγώ.
Οἴμοι τάλας ἔοικ᾽ ἐμαυτὸν εἰς ἀράς.
Ὡς ὧδ᾽ ἐχόντων, ὦ τάλας ἐγὼ τάλας.

"Vix, puto, fabula eſt, ſive comœdia, ſive tragœdia, ex qua non
"aliquod exemplum peti, contra Scriptorem Cenſuræ, poſſit. Sed
"promat, ſi poſſit, ille, aut *ejus adjutor, qui pro eo quæſivit*, uni-
"cum modo, ubi λας, in τάλας, ſyllaba ſit brevis. Quid ergo cum
"animo ſuo cogitavit, cum hæc ſcriberet? Meminerit forte illius
"Theocriti, Id. II.

Ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ᾽ ὧ τάλας οὐδεπόθ᾽ ἥκει.

"Nam illic brevis eſt. Sed, quæ ejus, in Græcis literis, peritia
"eſt, noviſſet, eſſe Doricum, nec, ut exemplum, valere, ubi non
"ſit iſtius linguæ rationibus locus. Nam etiam, in quarto caſu
"pluralis numeri, ας brevis eſt Doribus: ut ex eodem Theocrito,
"Id. III. apparet:

βόσκονται κατ᾽ ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει.
Τίτυρ᾽ ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας.

"Vidimus jam omnia exempla, quæ e poetis Græcis depromſit

---

[d] Exemplum ſuppeditat Æſchylus ipſe Suppl. 179.
Ὁρῶ κόνιν ἄναυδον ἄγγελον στρατοῦ.

" ſcriptor cenſuræ: ac fateor, cum ad ea retro convertam oculos, " obſtupeſcere me temerarii audaciam ſcriptoris; qui, cum horum " ſtudiorum plane eſſet imperitus, ſine ulla neceſſitate, in res, tam " remotas a ſua intelligentia, ſe interpoſuit. Deflexit, ut ait, *de* " *via*, ut quæreret in quo poſſet offendere: qua quidem digreſſione " minime opus erat: nam nulla temere pagina eſt, in qua, etiamſi " firmiſſime inſiſtat propoſito, non offendat. Quid tandem erat, " quo, ad judicium ſuum, de anapæſtis Græcis, interponendum, " provocaretur is, qui oſtenderat, ne quidem ſibi conſtare de nu- " meris verſus iambici Latini. Reddiderat duo verſus Græcos, in " Ep. Phalaridis ſui 81. (114.) ſic:

Multo videtur ſatius, *timentem* nihil
Futura fata, quam timentem, perpeti.

" Prior quorum vacillat, et auctoris prodit ſcientiam; qui niſi " omnino ignoraſſet, claudicare verſum, aliud, quod ſumeret, in " promtu habuiſſet verbum, *metuentem.*

" Quum autem male ceſſerit ſcriptori Cenſuræ, quod, in Æſ- " chylo, tentavit, nec eo contentus ſit, ad exiſtimationem ſuæ, " in poetis, peritiæ imminuendam, quidquid de ea reliquum eſt, " id omne perdere velle videtur, cum judicis perſonam agat, in " Tragœdiis Senecæ (p. 159.) Orditur a loco, in Agamemn. " *337*.

— Trucibus monſtris. Stetit impoſita
Pelion Oſſa: pinifer ambos
Preſſit Olympus.

" Hoc in medium adfert, ut probet, tribrachi poſſe terminari ana- " pæſtum: unde intelligas, exiſtimaſſe eum, *impoſita*, hic, ultima " ſyllaba brevi eſſe; ut, ex Boylei ſententia, de verborum conſtruc- " tione, *impoſita Oſſa* ſit, in caſu primo, poſitum. Jam unum " hoc mihi peto; ut, niſi ſit aliquod myſterium, efferat, quo ordi- " ne conſtruat hæc verba. Num, *Oſſa impoſita ſtetit Pelion?* Sed " valde rarum *ſtetit*, cum nomine, in quarto caſu. An, *Oſſa ſtetit* " *impoſita Pelion?* Sed *impoſita*, ante nomen, in quarto caſu, ra- " rius etiam altero. Præterea, ſi tribrachis, *impoſita*, in extremo " verſu; *Oſſa*, trochæus eſt, in medio; quod non tantum pugnat " cum iis, quæ aperui, de anapæſtis, ſed cum omnibus quæ un- " quam tradita ſunt.

" Sed ex hoc loco fortaſſe conjecturam aliquis fecerit, eſſe Boyleo " peculiarem æque Grammaticam, atque dialecticam. Quam pri- " mum eam divulgaverit, ad diſcendum ero paratus. Interea tem- " poris, *impoſita*, ut, ante eum, omnes, accipio, in caſu ſexto, *ſte-* " *tit impoſitâ Pelion Oſſâ.* Jam fere 16. Sæcula ſunt, quum pri- " mum hæc edebantur, et vix credi poteſt, tam præpoſtere un- " quam ante verba fuiſſe conſtructa, niſi fortaſſe in infimo ordine " ludi cujuſdam literarii.

" E quatuor locis reliquis, quæ, tanquam Senecæ, citat, tria non " minus ſumta ſunt ex Hercule Œtæo quæ fabulæ Senecæ non

" eſt, quemadmodum, octoginta abhinc annis, jam probavit doc-
" tiſſimus ille Daniel Heinſius : ut hoc, tanquam unum de meis
" paradoxis, pro more ſuo, explodere non poſſit ſcriptor Cenſuræ.
" Unicum itaque reſtat exemplum, e Senecæ Medea, ad refutan-
" dum id, quod aio, ſemel atque iterum fieri. Lepidum vero ad-
" verſarium! Veruntamen hoc ei dico, etiamſi ſex exempla pro-
" tuliſſet, et omnia bona illa, eum nihil aliud oſtenſurum fuiſſe,
" niſi, quam eſſet animo ad calumniandum propenſo. Nam *ſemel*
" *atque iterum*, ἅπαξ καὶ δὶς, non ſpeciatim *bis* valet : ſed ſæpe
" *raro*; ut δὶς καὶ τρὶς, *bis terque*, *iterum atque tertium*, non *ter*
" ſolum, ſed *ſæpe*. *Decies* itaque poteſt eſſe *raro*, quum nume-
" rus, ad quem pertinet, aliquot centenis, vel millenis termina-
" tur.

" Secutus nunc ſum veſtigia ſcriptoris Cenſuræ, cum *digreſſus*
" *eſt a propoſito*: ipſe autem, ubi otium erit, cogitabit, quantum
" ex hac digreſſione in ſe laudis redundaverit. Videtur ille, una
" cum fido ſuo Achate, quidquid unquam edidero ego, id omne
" excuſſiſſe; ſelegitque hunc locum, ut maxime omnium telis ex-
" poſitum ſuis. Et, cum triumphus videretur dignus digreſſione,
" quo eum conſequeretur, de via declinavit. Sed cum maxime,
" puto, intelliget, *non* (p. 160) *poſſe* UNUMQUEMQUE, *ſi modo ocu-*
" *los in Senecam et Græcos tragicos conjecerit, refellere Bentleium*.

" Is, qui non ſolum *oculos conjecit* in libros de quibus vult diſſe-
" rere, ſed etiam diligenter eos legit, in medium afferre varia ex-
" empla potuiſſet anapæſtorum, qui cadere in trochæum, vel tri-
" brachin, vel creticum, viderentur. Hoc etſi pulchre noveram,
" cum, quæ erant a me obſervata, aperiebam; lectorem tamen
" ejus non admonebam, ſed totum, quodcunque erat, judicandum
" ei relinquebam; ratus, ſi quando perpenderet hujuſmodi exem-
" pla, ipſummet aptum futurum, ad rationem illorum reddendam.
" Quoniam vero palam oppugnata ſunt ea, quæ diſputaveram; ut
" ne quis arbitretur, non veritatem, ſed ejus, qui, oppugnaverit,
" infirmitatem effeciſſe, ne everterentur; ſingula quæ quidem in
" Græcis tragicis, Ariſtophane, et Seneca, invenero illis contraria,
" in medium proferam; et oſtendam, eſſe omnia corrupta a libra-
" riis. Eritque ſingulorum facilis et promta correctio demon-
" ſtrationis inſtar cordato lectori, non poſſe non eſſe vera, quæ
" diſſeruerim. Primum, cretico terminatur verſus Æſchyli, in
" Prom. 279.

Καὶ νῦν ἐλαφρῷ ποδὶ κραιπνόσσυτον
Θῶκον προλιποῦσ' ———

" Quæ ſcriptura, ſi rata habetur, argumento, contra me, eſt, ul-
" timam ſyllabam eſſe communem. Sed corrigendum κραιπνόσυ-
" τον, cum ſimplici σ; ac tum anapæſtus erit. Utuntur, aut ſim-
" plici, aut duplici, conſonante poetæ, prout numerus poſtulat.
" Heſychius; αὐτόσυτος, αὐτοκέλευστος· Σοφοκλῆς. Σκυρίοις. Dein,
" Æſchyl. Eumen. 1008.

Πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπομπὸν
Ἴτε, καὶ σφαγίων τῶν δ' ὑπὸ σεμνῶν
Κατὰ γῆς σύμεναι, τὸ μὲν ἀτήριον
Χώρας κατέχειν.———

" Primus horum verſuum in trochæum cadit, tertius in creti-" cum; utrumque contrarium ei, quod volebam. Sed, in primo, " legendum προπομπῶν, quemadmodum ex verborum ſententia " conjecerat Stanleius, vir doctus; quodque confirmat nunc nu-" merus. In tertio autem, pro ἀτήριον[e], repono ἀτηρὸν, quod ejuſ-" dem virtutis, et altero uſitatius: ipſe Æſchyl. Prometh. 745. " ſic:

Δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης.

" Tertius locus Sophoclis eſt, Electr. 112.

Σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐριννύες
Τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε.

" Rurſus, cretico terminatum, priorem verſum habes: ſed dacty-" lus erit, ſi, quemadmodum par eſt, ſine τὸς legetur;

Ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε.

" Verſus eſt parœmiacus, quæ ſemper anapæſtorum clauſula; ubi " trochæo, qui eſt in ὁρᾶτε, aptus locus. Tum, in Sophoclis An-" tig. 129.

Ὑπερεχθαίρει καὶ σφᾶς εἰσιδών·

" Creticus, εἰσιδὼν, culpa librarii ſcriptus eſt, pro anapæſto, ἐσιδών.
" Præterea, in Sophoclis Philoctete, extr.

Χωρῶμεν νῦν πάντες ἀολλέες
Νύμφαις ἁλίαισιν ἐπευξάμενοι.

" Creticus in formam Spondæi convertetur, facili vocabuli, ἀολ-" λέες, in ἀολλεῖς, mutatione, quæ vera ſcriptura eſt. Adhæc, in " Euripidis Med. 1087.[f]

Παῦρον δὴ γένος ἐν πολλαῖσιν
Εὕροις ἂν ἴσως.—

" Eſt trochæus in extremo verſu; ſed, ſi corrigemus, πολλαῖσίν γ', " erit ſpondæus, ut oportet. Tum, ibid. 1103.

Ἔτι δ' ἐκ τούτων, εἴτ' ἐπὶ φλαύροις
Εἴτ' ἐπὶ χρηστοῖς μοχθοῦσι, τόδε
Ἔστιν ἄδηλον.

" Verſus medius, ut vulgo ſcribitur, contra me eſt; ſed numeri " mutandi, et diſtinguendi ſic:

Εἴτ' ἐπὶ χρηστοῖς
Μοχθοῦσι, τόδ' ἔστιν ἄδηλον.

---

[e] Hanc vocem imperite admodum Sophocli Antig. v. 4. donavit Brunckius loco viris eruditis deſperato. Ipſe nihil dubito quin recte emendaverit Porſonus, οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν, οὔτ' ἄτης ἄτερ. Similis eſt conſtructio Œd. T. 709. βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ΕΧΟΝ ΤΕΧΝΗΣ.

[f] Emendatio Heathio dignior quam Bentleio. Lege, παῦρον γὰρ δὴ γένος ἐν πολλαῖς. Porſonus in loc.

" Poſterior verſus nunc eſt Parœmiacus, quem vulgo antecedit " brevior ille, qui dicitur baſis anapæſtica. Porro, ibid. 1405.

Ζεῦ τάδ' ἀκούεις, ὡς ἀπελαυνόμεσθ'.

" Creticum facile mutabis, ſi leges, ἀπελαυνόμεθ'.

" Præterea, ibid. 1413.

Οὓς μή ποτ' ἐγὼ φύσας ὤφελον
Πρὸς σοῦ φθιμένους ἐπιδέσθαι.

" Si corriges ὄφελον [g], verſu priore, ex cretico fiet anapæſtus, ut " fas eſt. Tum, Euripid. Hippol. 257.

Πολλὰ διδάσκει γάρ μ' ὁ πολὺς βίος.
Χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλας, κ. τ. λ.

" Eſt rurſus creticus, in priore verſu; ſed redundat γὰρ, ut ipſa " ſententia docet. Neque enim ea comprehenſa eſt cauſa antece- " dentis, ut, ſi verum habetur γὰρ, accipienda verba ſunt. Quo- " circa corrigo:

Πολλὰ διδάσκει μ' ὁ πολὺς βίοτος·

" nec dubito, quin periti judices emendationem ſint probaturi.

" Inſuper, Euripid. Troad. 781.

Λαμβάνετ' αὐτὸν, τὰ δὲ τοιαῦτα χρὴ
Κηρυκεύειν,———

" Levi mutatione, τὰ δὲ τοιάδε χρὴ, ex cretico formabitur ana- " pæſtus.

" Poſtremo, Ariſtophan. Nub. p. 106.

Γνωσθήσῃ πότ' Ἀθηναίοισιν,
Οἷα διδάσκεις τοὺς ἀνοήτους.

" Si priori verſui addas [h] γ', vitio carebit.

" Atqui hi verſus, ut opinor, in poetis Græcis tragicis, omnes " ſunt, qui [i] opponi iis poſſunt, quæ de numeris anapæſti diſſerui: " aut ſi quem forte prætermiſerim, eum æque facile, ac reliquos, " corrigi poſſe, ſuſcipio. Si autem, *oculos conjicere*, ſcriptori Cen- " ſuræ placuerit, ut plura exempla inquirat, a me forte præter- " miſſa; curabit, ne ſimilia ſint eorum, quæ jam protulerit in " medium. Nam ante aliquid intelligi, quam refellendum ſu- " matur, conducit."

Dimetris pro arbitrio poetarum immiſcentur monometri, ſæpe ante verſum catalecticum, ſive parœmiacum, qui ſyſtemata legitima ſemper claudit. Parœmiacum ex ſecunda heroici hexametri parte formatum putat Terentianus p. 2422. ibidem teſtatus hujus generis verſus nonnunquam continuos reperiri:

---

[g] Porſonus, Muſgrav. et Brunck. ſecutus, ὤφελον Ἐκ σοῦ edidit.

[h] Lege cum MSS. καὶ γνωσθήσει ποτ' Ἀθηναίοις.

[i] Citare poterant Bentleiani canonis oppugnatores Euripid. Alceſt. 281. nam edd. ante Muſgravianam omnes verſum 282. omittunt. A Sophocl. Antig. 932. rectius manum abſtinuiſſet Brunckius, quippe cujus emendatio hiatum minime tolerandum textui infercit. Equidem malim vulgatum verborum ordinem retinere, et præpoſitionem ὑπὲρ, facile ſubintelligendam, prorſus delere; et hæc Erdfurtii ſententia.

Cetera pars supereſt | mea tibia dicere verſus.
Hæc juncta frequentius edet
Anapæſtica dulcia metra.
Cuicunque libebit ita iſtos
Triplices dare ſic anapæſtos,
Atque ille poeta Phaliſcus,
Quum ludicra carmina pangit:
Uva, uva ſum, et uva phalerna,
Et ter feror, et quater anno.
Libro quoque dixit eodem,
Unde, unde colonus Eoæ
A flumine venit Oronti.

Et hic ſane numeroſiſſimus eſt. Non raro tamen dactylus primam ſedem occupat, ut Æſchyl. Choeph. 377.

παισὶ δὲ μᾶλλον γεγένηται.

Rarior eſt ſpondeus ante ſyllabam catalecticam: Æſchyl. S. Theb. 826.

πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι.
Perſ. 32. ἵππων τ' ἐλατὴρ Σωσθάνης.
Agam. 367. βέλος ἠλίθιον σκήψειεν.
Suppl. 8. ψήφῳ πόλεως γνωσθεῖσαι.
973. βάξει λαῶν ἐν χώρῳ.

Rariſſime dactylus anapæſtum catalecticum prægreditur, ut Iph. Aul. 123.

παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους.

Syſtemata, uti vocantur, anomala certis finibus vix poſſunt comprehendi, quum in talibus diverſiſſimi generis verſus, ſine ullo, ut videtur, diſcrimine, admixti reperiantur. In hujuſmodi quoque ſyſtematibus locum præcipuum ſibi vindicant dimetri catalectici, ſive pſeudo-parœmiaci, plerumque ex ſeptem ſyllabis longis conſtantes. Affatim exemplorum præſtabunt Euripides Hec. 59—99. 155—215. Ion. 145. ſqq. 900. ſqq. Troad. 122. ſqq. Ariſtoph. Av. 1058—1071. 1088—1101. Sophocl. Electr. 86—120.

P. 46, 14. In Simmiæ verſu legendum ex emendatione Porſoni,

Ἱστία ἁγνά, τὺ δ' ἀπ' εὐξείνων μέσα τοίχων,

hoc eſt, ἕδρανον κατέχεις.

P. 48. προκελευσματικόν. Marius Victorinus p. 2545. *Ambigitur ſuper auctoritate Proceleuſmatici, qui conſtat ex duobus Pyrrhichiis, id eſt, quatuor brevibus, an inter prototypa metra hoc quoque recipiendum habendumque ſit. Quia nec Moloſſicum, quod conſtat e tribus longis, propter nimiam ſimilitudinem induci aut videri metrum potuit. Quidam tamen decimam huic ſpeciem, poſt novem prototypa, impertiendam eſſe, e quibus eſt et Philoxenus, ex eo putaverunt, quod Laconicum longis conſtantem quindecim huic prope contrarium reſpondere poſſe con-*

ſpicerent, qui tamen non ex omnibus Moloſſicis connectitur. Nam ſpondeos invicem miſcet, ut eſt,

Ite O Parcæ primores fauſtæ nunc Parcas ducentes.

Satius tamen eſt annecti eum copularique Comico Anapæſtico, cujus cognationem in ſe conjunctis ſuis duabus ultimis brevibus demonſtrat. Nam ex Dimetro Anapæſtico Trimeter (lege *Tetrameter*) *Proceleuſmaticus figurabitur verſus, longa ejus in breves ſoluta, et ſyzygia in ſimplices pedes diviſa; ut eſt,*

Tuba terribilem ſonuit crepitum.

Præterea quod nunquam e Pyrrhichio, qui duplex in proceleuſmatico habetur, formata aliqua in metris ſpecies proferatur, hujus verſus longiſſimus erit Tetrameter Catalecticus, vel ſi quis illum adhuc extendere affectet, Pentameter. Recipit autem prima, et ſecunda, et tertia ſede Proceleuſmaticum, quarta Tribrachyn aut Anapæſtum, quibus et clauditur, ſcilicet detracta Proceleuſmatico ſyllaba ultima, aut duabus brevibus ultimis in unam longam redactis propter Anapæſtum, uti metrum ſit non numerus. Scanditur autem per dipodian. Exemplum erit Tetrametri Catalectici, id,

Nemus ave reticuit, ager homine ſonat.

Item,

Perit abit avipedis animula leporis.

Trimetri autem, id,

Agite, peragite juvenes.

Dimetri, id,

Agite juvenes.

Hoc metro veteres Satyricos Choros modulabantur, quod Græce εἰσόδιον, *ab ingreſſu chori Satyrici, appellabant, metrumque ipſum* εἰσόδιον *dixerunt.*

Proceleuſmatici metri exemplum præbet Timotheus Citharœdus apud Etymolog. M. p. 630, 40. in voce ὀρίγανον· εὕρηται ἐν συστολῇ ἡ ΡΙ συλλαβὴ, ὡς παρὰ τῷ Τιμοθέῳ τῷ κιθαρῳδῷ· οἷον,

τεταμένον ὀρίγανα διὰ μυελοτεφῆ.

Ὀδυσσείας δ. σύγκειται δὲ οὗτος ὁ στίχος ἀπὸ προκελευσματικῶν· ὁ δὲ τελευταῖος πούς ἀνάπαιστός ἐστι, τῶν δύο βραχέων εἰς μίαν μακρὰν συναιρεθείσων. Edd. habent ὀρίγανον, ſed alterum, metro prorſus neceſſarium, ſuppeditat MS. D'Orvillianus.

Diogenes Laertius in vita Diogenis VI. 79.

Διόγενες ἄγε, λέγε, τίς ἔλαβέ σε μόρος
ἐς Ἄϊδος; ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὄδαξ.

et fortaſſe Ariſtophanes Lyſiſt. 545.

ἔνι φύσις, ἔνι χάρις, ἔνι δὲ θράσος, ἔνι δὲ
σοφὸν, ἔνι φιλόπολις ἀρετὴ φρόνιμος.

P. 49, 10. De verſu Archebuleo Mar. Vict. p. 2582. *Hic verſus ab Archebulo Archebulius dictus eſt, non ipſo auctore editus, ſed ab eo*

frequenter usurpatus. Nam et Ibycus, et Pindarus, et Simonides hoc versu longe ante usi ostenduntur. Proprium autem Archebulium est, quod constat Ionico ἀπὸ μείζονος, *in sequentibus duobus Dactylis et duobus Trochæis. Recipit et Anapæstum in fine et Spondeum pro Trochæo, sed et Bacchium a brevi incipientem.* Atilius Fortunatianus p. 2672. *Archebuleus accepit nomen versus, non quod Archebulus eum invenerit; nam Stesichorus antiquior illo poeta, Ibycus, et Pindarus, et Simonides usi sunt eo, sed passim et promiscue. Archebulus autem quia carmen ex hoc uno genere composuit, Archebuleum nominatum est.* Exemplum præbet Diogenes Laertius in vita Carneadis IV. 65. lectoribus meis, donec melius aliquod invenerint, necessario satisfacturum.

τί με Καρνεάδην, τί με, Μοῦσα, θέλεις ἐλέγχειν;
ἀμαθὴς γὰρ ὅς οὔ τι κάτοιδεν ὅπως δεδοίκει
τὸ θανεῖν· ὅτε καὶ φθισικὴν ποτ' ἔχων κακίστην
νόσον, οὐκ ἔθελεν λύσιν ἰσχέμεν· ἀλλ' ἀκούσας
ὅτι φάρμακον Ἀντίπατρός τι πιὼν ἀπέσβη,
δότε τοίνυν ἔφησεν ἐμοί τι πιεῖν· τί μέντοι;
τί; δότ' οἰνόμελι. σφόδρα τ' εἶχε πρόχειρα ταυτί·
φύσις ἡ συνέχουσά με, καὶ διαλύσεται δή·
χὸ μὲν οὐδὲν ἔλασσον ἔβη κατὰ γῆς, ἐνῆν δὲ
τὰ πλέω κακὰ κέρδε' ἔχοντα μολεῖν ἐς ᾅδην.

Nescio an ad hoc genus referendus sit Aristophanes apud Athenæum IX. p. 410. B.

φέρε, παῖ, ταχέως κατὰ χειρὸς ὕδωρ, παράπεμπε τὸ χειρόμακτρον.

ubi sex anapæstis bacchius subjicitur.

Metri Anapæstici plures commemorat formas Servius, suis nominibus distinctas. Harum unamquamque ex subjecto schemate discat studiosus lector;

1. Trinicium (*Phrynichium* Santenius) *constat monometro acatalecto, ut*

⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - |

2. [k] Choricum *constat monometro hypercatalecto, ut,*

⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | -

3. Aristophanium *constat dimetro brachycatalecto,*

⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - |

4. Parœmiacum, *constat dimetro catalectico,*

⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | -

5. Pindaricum *constat dimetro acatalecto,*

⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - |

6. Alcmanium *constat dimetro hypercatalecto,*

⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | -

7. Archebulium *constat dimetro acatalecto, et palimbacchio,*

⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | ⏑ ⏑ - | ⏑ - -

---

[k] Frequens est hæc species in Tragicorum choris, quam, rationibus, opinor, idoneis motus, inter Ionica recensendam judicavi.

8. Pindaricum *constat trimetro brachycatalecto,*
◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ -
9. Alcmanium *constat trimetro catalectico,*
◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | -
10. Stesichorium *constat trimetro acatalecto,*
◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ -
11 Simonidium *constat trimetro hypercatalecto,*
◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | -
12. Alcmanium *constat tetrametro brachycatalecto,*
◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ -
13. Aristophanium *constat tetrametro* [1] *catalectico,*
◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | ◡ ◡ - | -

CAP. IX.

De Choriambico.

P. 50. DE metro Choriambico sic Diomedes p. 505. *Choriambicum metrum constat Choriambo pede quadrato, a quo nomen sumsit, a dimetro autem in tetrametrum longatur. Feritur per dipodiam quater, in qua antecedit Trochæus, sequitur Iambus, sed interdum, priore Trochæi syllaba in duas breves resoluta, Tribrachyn admittit, mediæ duæ quoque dipodiæ Iambicæ optime ponuntur quartæ clausulæ, id est, ut ultimus pes, aut Bacchio, aut Tribracho terminetur, vel potius Iambica dipodia collocatur, in qua antecedit anapæstus.* Marius Victorinus p. 2531. *Choriambicum metrum compositum ex duobus e quibus originem trahit, etiam nominis appellatione declaratur, nam trochæum veteres chorium appellant. Subsistit autem nunc e puris Choriambi conjugationibus,— nunc admixta et posita in quacumque sede Iambica basi, cujus etiam conclusione finiri præcipue studium.—Recipit autem Tribrachyn, eo quod ex Iambo vel Trochæo solutis nascitur. Raro autem Molossum, qui ex ipso formatur duabus mediis brevibus in unam longam conjunctis, haud alias quam supra Tribrachyn per divisionem longæ fieri diximus. Hoc genus Catalecticum fit, vel Bacchio a brevi incipiente, vel eo, qui Amphibrachys vocatur. Nam sicut sæpe diximus novissima indifferens est.* Servius in Centimetro p. 1822. *Metra Choriambica constant principaliter Choriambo. Verum, quia durius suo pede clauduntur, accipiunt in fine Amphibrachum, et Bacchium.*

De monometro hypercatalectico, quod alias Adonium appellatur, infra differemus. Dimetrum catalecticum, cujus exemplum dedit Hephæstio p. 51. ex Choriambo et Bacchio sive Amphibracho constans, vocabatur, Servio teste, Aristophanium. Et hæc sane

---

[1] Servius habet quidem in edd. *acatalecto,* sed nihil veritus reformavi. Exemplum ibidem prolatum nauci non est.

ſpecies haud raro apud Ariſtophanem reperitur, maxime cum Dimetris acataleċtis conjunċta, ut in Equit. 552. 555. Veſparum locum 524. ſic diſponendum eſſe dudum me monuit Porſonus,

XO. νῦν δὲ τὸν ἐκ θὴμετέρου
γυμνασίου λέγειν τί δεῖ
καινὸν, ὅπως φανήσει—
ΒΔ. (ἐνεγκάτω μοι δεῦρο τὴν κίστην τις ὡς τάχιστα.
XO. ἄταρ φανεῖ ποῖός τις ὢν ἢν ταῦτα παρακελεύῃ)
μὴ κατὰ τὸν νεανίαν
τόνδε λέγειν, ὁρᾷς γὰρ ὣς
σοὶ μέγας ἐστ' ἀγὼν νῦν,
καὶ περὶ τῶν ἁπάντων,
εἴπερ, ὃ μὴ γένοιθ', οὗ-
τός σ' ἐθέλει κρατῆσαι.

et in antiſtropha,

XO. οὐ πώποθ' οὕτω καθαρῶς
οὐδένος ἠκούσαμεν, οὐ-
δὲ ξυνετῶς λέγοντος.
ΦΙ. οὐκ, ἀλλ' ἐρήμας ᾤεθ' οὗτος ῥᾳδίως τρυγήσειν,
καλῶς γὰρ ᾔδειν ὡς ἐγὼ ταύτῃ κράτιστός εἰμι.
XO. ὡς δ' ἐπὶ πάντ' ἐλήλυθεν,
κοὐδὲν παρῆλθεν, ὥστ' ἔγω-
γ' ηὐξανόμην ἀκούων.
κἂν μακάρων δικάζειν
αὐτὸς ἔδοξα νήσοις,
ἡδόμενος λέγοντι.

Emendationis ratio vv. 532. 534. ſtatim patebit modo edd. Juntinas 1515. 1540. vel harum alterutram, diligenter inſpexeris. Alia exempla petas ex Sophocl. Œd. Col. 1692. Eleċtr. 480. Antig. 610. 972. Trach. 506. Aj. 353. Euripid. Oreſt. 988. Med. 156. Hippol. 1164. Heracl. 355. 899. 900. 902. 920. Ion. 1071. Herc. F. 640. Bacch. 105.

ὦ Σεμέλας τροφοὶ Θῆ-
βαι στεφανοῦσθε κισσῷ·
βρύετε βρύετε χλοηρᾷ
σμίλακι καλλικάρπῳ,
καὶ καταβακχιοῦσθε δρυὸς
ἢ ἐλάτας κλάδοισι.

v. 107. Choriambi ſyllabæ longæ in quatuor breves reſolvuntur. Verſus 109. acataleċtus eſt, finali iambo in tribrachyn ſoluto.

Dimetri acataleċti nonnunquam puri reperiuntur, nonnunquam dipodiis Iambicis admixti. Prioris generis ſunt Æſchyl. Agam. 202.

μάντις ἔκλαγξεν προφέρων
Ἄρτεμιν ὥστε χθόνα βάκ-
τροις ἐπικρούσαντας Ἀτρεί-
δας δάκρυ μὴ κατάσχειν. Cataleċticus.

S. Theb. 930.

παῖδα τὸν αὐτᾶς πόσιν αὐ-
τᾶ θεμένα τούσδ' ἔτεχ' οἱ δ'
ὧδ' ἐτελεύτασαν ὑπ' ἀλ-
λαλοφόνοις Monometer ſive Baſis.
χερσὶν ὁμοσπόροισιν. Catalecticus.

In Euripid. Bacch. 375. ſeptem continui occurrunt choriambi, neſcio an ſic diſtribuendi,

τὸν Σεμέλας
τὸν παρὰ καλλιστεφάνοις
εὐφροσύναις δαίμονα πρῶ-
τον μακάρων; ὃς τάδ' ἔχει.

et in fine,

κισσοφόροις δ' ἐν θαλίαις
ἀνδράσι κρα- Baſis.
τὴρ ὕπνον ἀμφιβάλλῃ.

Cæteri verſus ſunt Ionici. Similiter cum Ionicis copulantur Choriambi in Sophocl. Œd. Tyr. 483. Cantus ſic videtur diſponendus;

δεινὰ μὲν οὖν, δεινὰ ταράσ-
σει σοφὸς οἰωνοθέτας,
οὔτε δοκοῦντ', οὔτ' ἀποφάσ-
κονθ', ὅ τι λέξω δ' ἀπορῶ.
πέτομαι δ' ἐλπίσιν οὔτ' ἐν- Ion. a minori dimetr.
θάδ' ὁρῶν οὔτ' ὀπίσω. Idem catalecticus.
τί γὰρ ἢ Λαβδακίδαις, ἢ Ion. a min. dim.
τῷ Πολύβου νεῖκος ἔκειτ'
οὔτε πάροιθεν πότ' ἔγωγ'
οὔτε τανῦν πω ἔμαθον
πρὸς ὅτου χρησάμενος δὴ βασάνῳ Ion. min. trim. cat.
ἐπὶ τὰν ἐπίδαμον Ion. min. dim. brachycat.
φάτιν εἶμ' Οἰδιπόδα, Ion. min. dim. cat.
Λαβδακίδαις ἐπί- Dactyl. dim.
κουρος ἀδήλων θανάτων.

Antiſtropham pro ſe quiſque nullo negotio dividet.

Alterius formæ ſpecimen dabit Ariſtophanes Equit. 548.

Ἵππι' ἄναξ, Πόσειδον, ᾧ
χαλκοκρότων ἵππων κτύπος
καὶ χρεμετισμὸς ἀνδάνει,
καὶ κυανέμβολοι θοαὶ
μισθοφόροι τριήρεις,
μειρακίων θ' ἅμιλλα λαμ-
πρυνομένων ἐν ἅρμασιν,
καὶ βαρυδαιμονούντων.

Nub. 563.

Ὑψιμέδοντα μὲν θεῶν
Ζῆνα τύραννον ἐς χορὸν

U 3

ϖρῶτα μέγαν κικλήσκω·
τόν τε μεγασθενῆ τριαί-
νης ταμίαν, γῆς τε καὶ ἁλ-
μυρᾶς θαλάσσ-
ης ἄγριον μοχλευτήν.

Sophocl. Philoct. 687.

πῶς ποτε, ϖῶς ϖοτ' ἀμφιπλήκ-
των ῥοθίων μόνος κλύων,
ϖῶς ἄρα ϖανδάκρυτον οὔ-
τω βιοτὰν κατέσχεν.

et in Antistropha,

παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθή-
νας, ὅθεν εὐμάρει' ὑπαρ-
χει ϖόρῳ, ἄνικ' ἐξανί-
η δακέθυμος ἄτα.

repofui ϖόρωι pro ϖόρων, leniore medicina ufus ea quam adplicuere Hotchkifius et Wakefieldius, εὐμαρὴς—πόρος emendantes. Adde quod ι finalis et alibi fæpenumero cum ν fuerit permutata. Vide Salmafium *De Modo Ufurarum* c. 2. p. 41. Electr. 1066.

ὦ χθονία βροτοῖσι φά-
μα κατά μοι βόασον οἰκ-
τρὰν ὄπα τοῖς ἔνερθ' Ἀτρεί-
δαις ἀχόρευτα φέρουσ' ὀνείδη. Logaœdicus.

Speciem utramque mifcet Æfchylus S. Theb. 727.

ξένος δὲ κλήρους ἐπινω-
μᾷ Χάλυβος Σκυθῶν ἄποι-
ος κτεάνων χρηματοδαί-
τας ϖικρὸς, ὠμόφρων σίδα-
ρος χθόνα ναίειν διαπή-
λας ὁπόσαν
ἂν καὶ φθιμένους κατέχειν Profodiacus.
τῶν μεγάλων ϖεδίων ἀμοίρους. Logaœdicus.

De verfibus iftiufmodi, qualis eft Æfchyleus modo allatus,

ξένος δὲ κλήρους ἐπινω
υ - υ - | - υ υ - |

quos Glyconeos Polyfchematiftos nuncupant Grammatici, plenius agetur fuo loco.

Invenitur, fed rarior eft, dimeter hypercatalectus, Soph. Aj. 226.

τὰν ὁ μέγας μῦθος ἀέξει.
- υ υ - | - υ υ - | -

Ibid. 701.

νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι.
- υ υ - | υ - υ - | -

P. 51, 13. Trimeter Catalecticus, Servio *Anacreontius*, Mario Victorino p. 2532. *Aphrodifiacus*, eft Soph. Antig. 608.

μῆνες ἀγήρως δὲ χρόνῳ δυνάστας.
- ∪ ∪ - | - ∪ ∪ - | ∪ - -

Euripid. Med. 431.

σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρίων ἐπλεύσας.
∪ - ∪ - | - ∪ ∪ - | ∪ - -

et hæc poſtrema ſpecies cum diiambo in primo pede, quæ Sapphico Epichoriambico ex altera parte reſpondet, plus ſemel in Tragicorum melicis reperitur.

Trimeter acatalectus eſt Sophocl. Philoct. 1138.

μυρί' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ' ὅσ' ἐφ' ἡ-
- ∪ ∪ - | - ∪ ∪ - | - ∪ ∪ - |

cui in Antiſtropha opponitur

μηκέτι μηδενὸς κρατύνων ὅσα πέμ-
- ∪ ∪ - | ∪ - ∪ - | - ∪ ∪ - |

quem locum Brunckius peſſumdedit [a]. Euripid. Iph. Aul. 1042.

τίς ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος.
∪ ∪ ∪ ∪ - | - ∪ ∪ - | - ∪ ∪ - |

Trimetrum hypercatalectum uſurpabat Anacreon Athenæi XI. p. 475. F.

ᾠνοχόει δ' ἀμφίπολος μελιχρὸν οἶνον.
- ∪ ∪ - | - ∪ ∪ - | ∪ - ∪ - | -

ſequens verſus, qui Logaœdicus eſt, Barneſii commentis minime indiget.

Sed uſu omnium tritiſſimi fuiſſe videntur tetrametri catalectici quos *Sapphicos* appellat Servius, quoſque in Sapphus et Alcæi imitationem uſurpabat Horatius. Romanus autem poeta in prima ſede Epitritum ſecundum collocavit. Qua de re audiendus Atilius Fortunatianus p. 2683. *Quartum metrum eſt Horatii de quo nihil adhuc diximus,*

Lydia dic, per omnes
Te Deos oro, Sybarin cur properas amando.

Quod metrum et ipſe Horatius ignorando quale eſſet, laborioſa obſervatione ſemel omnino facere conatus eſt, et in eo tamen parum decenter erravit; nam fecit illud aſperius, uno immutato pede. Quod ſi ſciſſet choriambicum eſſe et habere clauſulas certas, non in illam ſalebram incidiſſet. Nam primum comma ex choriambo et antibacchio compoſitum eſt,

Lydia, dic, per omnes.

Secundum colum, quod eſt longius, tres habet choriambos, et unum antibacchium ſcilicet, clauſulæ gratia, quod metrum Alcæus ſic ordinavit,

---

[a] Potes et ſic diſtribuere
μύρι' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλ-
ονθ' ὅσ' ἐφ' ἡ-
ut ex Dimetro conſiſtat cum baſi. Et hæc ſane ratio priori videtur anteferenda.

homo in Musicis exercitatissimus, at Horatius primum choriambum durissimum fecit, pro iambo spondeum infarciendo sic,

Te deos o | ro Sybarim.

Nam si secutus esset Alcæum, sic ordinasset,

Hoc dea ve |

Error tamen illius habet excusationem, quod in ea perseveraverit lege, quam ipse sibi aliquo casu fecerat, usque ad ultimam partem non mutando. Horatii patrocinium suscepit Bentleius p. 710. Quod si autem Grammaticis tribuatur fides, exhibuisse in textu debebam δεῦτέ νυν. An ad hoc metri genus referendus sit Sapphus versiculus apud Athenæum XIII. p. 571. D.

τάδε νῦν ἑταίραις ταῖς ἐμαῖς τερπνὰ καλῶς ἀείσω.
∪ ∪ ⏓ | ∪ – | – – ∪ – | – ∪ ∪ – | ∪ – –

confidenter pronunciare meum non est. Hæc species Tragicorum melicis aliquoties videtur redonanda; v. g. Euripid. Herc. F. 639.

ἁ νεότας μοι φίλον ἄχθος, τὸ δὲ γῆρας ἀεί.

Heracl. 354.

εἰ σὺ μέγ᾽ αὐχεῖς ἕτεροι σοῦ πλέον οὐ μέλονται.

Anacreon et Comici hac etiam forma sunt usi,

– ∪ ∪ – | ∪ – ∪ – | – ∪ ∪ – | ∪ – –

Præclarum exemplum præbet Eupolis ἐν Κόλαξιν apud Athenæum VI. p. 236. Chorus Assentatorum loquitur.

ἀλλὰ δίαιταν, ἣν ἔχουσ᾽ οἱ κόλακες, πρὸς ὑμᾶς
λέξομεν· ἀλλ᾽ ἀκούσαθ᾽ ὡς ἐσμὲν ἅπαντα κομψοὶ
ἄνδρες· ὅτοισι πρῶτα μὲν παῖς ἀκόλουθός ἐστιν
ἀλλότριος τὰ πολλὰ, μικρὸν δὲ τὸ κάμνον αὐτοῦ.
ἱματίω δέ μοι δύ᾽ ἐστὸν χαριέντε τούτω,
οἶν μεταλαμβάνων ἀεὶ θάτερον ἐξελαύνω
εἰς ἀγοράν· ἐκεῖ δ᾽ ἐπειδὰν κατίδω τιν᾽ ἄνδρα,
ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ᾽, εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί.
κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ᾽ ἐπαινῶ,
καὶ καταπλήττομαι δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν.
εἶτ᾽ ἐπὶ δεῖπνον ἐρχόμεσθ᾽ ἄλλυδις ἄλλος ἡμῶν,
μᾶζαν ἐπ᾽ ἀλλόφυλον· οὗ δεῖ χαρίεντα πολλὰ
τὸν κόλακ᾽ εὐθέως λέγειν, ἢ φέρεται θύραζε.
οἶδα δ᾽ Ἀκέστορ᾽ αὐτὸ, τὸν στιγματίαν, παθόντα·
σκῶμμα γὰρ εἶπ᾽ ἀσελγὲς, εἶτ᾽ αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε
ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ.

v. 2. ἅπαντα pro ἅπαντες dedit Hermannus de Metris p. 389. v. 3. ἄνδρες ὅτοισι pro ἄνδρες τοῖσι Porsonus. Idem v. 4. τὸ κάμνον pro τι κἀμόν. (κάμον Ald.) vv. 5. 6. τούτω οἶν μ. pro τούτοιν μ. 15. ubi edd. Ald. Casaub. εἶπας ἔλεγεν MS. A. εἶπας ἔλεγες, idem sagaciter eruit εἶπ᾽ ἀσελγὲς, remittens ad schol. Aristoph. Vesp. 57. Aspasium nobis plene exscriptum supra p. 97.

P. 53, 2. Pentametro frequenter usum esse Cratinum tradit Marius Victorinus p. 2532. Hoc genus ab aliis *Callimachium* voca-

tur; vide Plotium p. 2655. Servium p. 1823. et ſic fortaſſe in Mario Victorino, qui alibi ſæpe in nominibus auctorum excitandis ſive ipſe ſive per librarios falſus eſt, reponendum. Terentianus Maurus p. 2424. eleganter:

Hoc Cereri metro cantaſſe Phalæcius hymnos
Dicitur; *hinc metron dixere Phalæcion iſtud.*
Necnon et memini pedibus quater his repetitis
Hymnum Battiaden Phœbo cantaſſe Jovique
Paſtorem Branchum; *quem captus amore pudico*
Fatidicas ſortes docuit depromere Pæan.
Qui multos legere, negant hoc corpore metri
Romanos aliquid veteres ſcripſiſſe poetas.
Dulcia Septimus qui ſcripſit opuſcula nuper
Ancipitem tali cantavit carmine Janum.
Jane pater, bina tuens, dive biceps, biformis,
O cate rerum ſator, o principium deorum,
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
Cui reſerata mugiunt aurea clauſtra mundi.
Ecce vides ta mugiunt *eſſe duos Iambos:*
Temporibus namque pares ſæpe ſibi viciſſim
Cedere, vel tribrachyn admittere ſæpe poſſunt.
Tibi vetus ara caluit ab origineo ſacello:
Hic quoque ſuccedere ſic tribrachyn adnotabis,
Longa quod eſt in geminas prima breves ſoluta.
Tibi ſimilis nec minus alter a pede conſequenti
Ra ca: *monui jam ſatis has ſæpe ſolere ſolvi.*
Pro chorio tribrachys hic bis datus invenitur,
Nec minus hoc, ra caluit ab origineo ſacello
Ut chorius ſolvitur, et tribrachys eſt iambus.

Edidi *bina tuens,* pro vulgato *Jane tuens,* ex conjectura Hotchkiſii, licet vir ille doctiſſimus hariolationem ſuam nulla auctoritate confirmarat. Poterat adhibuiſſe Ovidium Faſt. I. quem aperte imitatur Septimius. Sic v. 65. *Jane biceps.* 70. et *reſera nutu candida templa tuo.* 89. *Jane biformis.* 95. *Tum ſacer ancipiti mirandus imagine Janus Bina repens oculis obtulit ora meis.* 119. *Me penes eſt unum vaſti cuſtodia mundi, Et jus vertendi cardinis omne meum eſt.* Septimii *Principium deorum* fortaſſe ex his derivantur: v. 125. *Præſideo foribus cœli cum mitibus horis: It, redit officio Juppiter ipſe meo.* Emendationem *bina tuens* et hæc egregie ſtabiliunt v. 144. *Cernere non moto corpore bina licet.* Sed horum ſatis. Hoc autem notabit diligens lector, Terentianum ſic de Callimachi carmine loqui, ac ſi ex tetrametris conſtaret. Quod falſum eſſe locus Hephæſtione citatus ſatis demonſtrat. Errat quoque in *Hymnorum ad Cererem* menſura, ut ex eodem abunde liquet.

P. 53. 5. De hexametro Atilii Fortunatiani verba habes ſuo loco p. 53. ubi Salmaſius *Philicum* reponit pro vulg. *Phalæcium.*

Emendandus ſimili modo Victorinus p. 2532. *Quod genus ſi hexametrum ſit, Phrynichium* (l. *Philicium*) *de authoris Tragœdiographi nomine nuncupabitur, aptum canendis laudibus Cereris et Liberi.* Adde Plotium p. 2655. Sed his emendationibus admiſſis quomodo expedies verba ſupra allata Terentiani,

> *Hoc Cereri metro cantaſſe Phalæcius hymnos*
> *Dicitur, hinc metron dixere Phalæcion iſtud?*

Confer Daweſii M. C. p. 25. qui in vulgata lectione acquieſcit. Mihi quidem minime dubium eſt quin in priore verſu *Philiſcus*, in poſteriore reponi debeat *Philiſcion.* Adtende modo Suidam: ΦΙΛΙΣΚΟΣ, Κερκυραῖος, Φιλώτου υἱὸς, τραγικὸς, καὶ ἱερεὺς τοῦ Διονύσου ἐπὶ τοῦ Φιλαδέλφου Πτολεμαίου γεγονὼς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ΦΙΛΙΣΚΙΟΝ ΜΕΤΡΟΝ προσηγορεύθη, ἐπείπερ αὐτῷ ἐνεδαψιλεύσατο. Levi itaque vv. *hymnos, dicitur* trajectione facta, ſic non incommode locum conſtituas;

> *Dicitur hoc Cereri metro cantaſſe* Philiſcus
> *Hymnos*; *hinc metron dixere* Philiſcion *iſtud.*

Scriptor ſcilicet nonnumquam *Philicus* nonnunquam *Philiſcus* audiebat. Nam ut *Philiſcus* mediam corripiat, quæ Toupii ſententia Em. T. II. p. 348. nemo ſanus affirmaverit.

CAP. X.

De Antiſpaſtico.

P. 55. MARIUS Victorinus p. 2533. *Scio quoſdam ſuper Antiſpaſti ſpecie recipienda inter novem prototypa dubitaſſe. Nam raro admodum veteres integrum ex eo carmen, quod ſit natura ſcabrum inter Rhythmos atque aſperum, compoſuiſſe perhibentur. Verum cum idem pari cognatione, qua et inter ſe alii pedes de quibus ſupra dictum eſt, cum Choriambico copuletur, ſiquidem Antiſpaſtus duabus utrinque brevibus duas longas in medio ſitas habeat: Choriambus autem duabus utrinque longis medias breves teneat, conſentanea ratione locum eidem auctoritatemque inter principalia, id eſt, primiformia novem metra, ipſa parilitatis, qua inter ſe congruunt, contemplatione, vindicandam eſſe dixerunt. Quid ergo ſuper hoc in dubium primos auctores deduxerit, plenius referam. Conjugatio Antiſpaſti, ut Juba noſter atque alii Græcorum opinionem ſecuti referunt, non ſemper ita perſeverat, ut in principio pedis Iambus collocetur. Indifferenter enim auctores lyrici metro Antiſpaſtico initia præſtiterunt, ſæpe enim pro Iambo primo aut Spondeus, aut Trochæus, aut Pyrrhichius ponitur.* * * *Quæ commutatio plerumque inter initia verſuum ſit, nec facile in medietate, niſi in eo genere verſuum, quæ* ἀσυνάρτητα, *id eſt, inconnexa ſunt, reperitur.* Paulo poſt ait,

quæ admixta ſunt Iambicis conjugationibus Antiſpaſtica et jucundiora ſunt, et ſonora. Et in fine: *Memineris ſane, ne te forte confundat in quibuſdam Antiſpaſtis colis numerus plurium ſyllabarum, nam ubi ſolutio longæ ſyllabæ fit, ſyllabarum quidem numerus augetur, temporum autem perſeverat. Vitat hoc metrum ſuis pedibus concludi; nihil enim hac pedum clauſula aſperius, nihil durius.* His adjungas Plotium p. 2656. Atilium Fortunatianum p. 2694. Diomedem p. 505. Sed antequam ad præcipuas metrorum Antiſpaſticorum formulas deſcribendas accingemur, proderit fortaſſe ut pedis, qui in illis regnat potiſſimum, a nobis breviter explicetur ratio.

Itaque, Antiſpaſtus pes eſt ex iambo et trochæo coagmentatus: formamque puram habet,

⏑ – | – ⏑

ſed cum res eſſet immenſi, fortaſſe etiam infructuoſi, laboris antiſpaſtos puros et illibatos jugiter verſibus intexere, hanc ſibi veniam haud gravatim concedebant poetæ, ut in priore pedis parte quævis Iambi, in poſteriore quævis Trochæi varietates admitterentur. Hinc enaſcuntur ſpecies novæ, ex ſubjecto ſchemate facillime eliciendæ;

1.		2.
⏑ ⏑ ⏑	|	⏑ ⏑ ⏑
– –	|	– –
⏑ ⏑ –	|	⏑ ⏑ –
– ⏑ ⏑	|	

Quinetiam, utpote prioribus licentiis, illis quidem potiore quodam jure ſumtis, nequaquam contenti, ulterius prorumpere aggreſſi ſunt, et pro antiſpaſto vel diiambum vel ditrochæum adhibere:

⏑ – | ⏑ –

– ⏑ | – ⏑

Hoc præterea notandum, ſecundam diiambi ſedem commode et patienter dactylum ſibi adſciſcere.

⏑ – | – ⏑ ⏑

Antiſpaſti hiſce legibus rite perceptis, verſuum genus in tota re metrica intellectu omnium difficillimum, nullo negotio animis poterunt comprehendere lectores ſtudioſi. Poſtquam itaque monuero vocalium longarum et diphthongorum hiatus nonnunquam permitti; et in carminibus antiſtrophicis pedes eoſdem non ſemper ſibi invicem accurate reſpondere, ita veruntamen ut metrum ſtrophæ metro antiſtrophæ nec diſſonum ſit prorſus neque incongruum, ad ſpecies ſingulas, earundemque ſpecimina quædam enotanda accedam.

P. 55, 10. δοχμιακόν. Verſus Dochmiacus, (a dochmio pede ſic vocatus, vide Quintilianum IX. 4.) ſive Antiſpaſticus mono-

meter hypercatalectus, frequens est tam in Tragicorum reliquiis, quam in Aristophane et Pindaro.

Soph. Œd. Tyr. 650. ἄναξ λίσσομαι.

∪ - - ∪ | -

Adde Col. 1075. Electr. 1388. Antig. 1144. Aj. 879. 883. 910. Euripid. Orest. 144. 1347. Bacch. 145. 989. 991. 1019. Pindar. Ol. I. 11.

Soph. Œd. T. 1334. τί γὰρ ἔδει μ' ὁρᾷν.

∪ ∪ ∪ - ∪ | -

Similes sunt 1334. 1341. 1342. 1343. 1345. Aj. 394. Phil. 402. Euripid. Or. 142. 314. 1251. 1260. 1282. 1355. Phœn. 137. 149. 355. 1307. Hippol. 127. Alcest. 402. Ion. 514. 691. Nota autem hanc speciem ejusdem mensuræ esse cum Trochaico monometro hypercatalecto.

Soph. Electr. 483. Ἑλλάνων ἄναξ.

- - - ∪ -

vide et 485. 510. Euripid. Phœn. 696.

Soph. Œd. T. 1346. ἐχθρότατον βροτῶν.

- ∪ ∪́ - ∪ | -

Vide 1360. 1363. 1366. Potes et hoc pro dimetro dactylico accipere, syllaba finali pro communi habita.

Pindar. Nem. VI. 2. μιᾶς δὲ πνέομεν.

∪ - ∪ ∪ ∪ | -

qui et pro dimetro iambico hypercatalecto æstimari potest.

Euripidis Orest. 174. πότνια, πότνια νύξ.

∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ -

Pind. Pyth. V. 5. πολύφιλον ἑπέταν. Similis videtur Eurip. Bacch. 987. soluta est syllaba dochmiaca in Orest. 151.

Orest. 143. ἀπὸ πρό μοι κοίτας.

∪ ∪ ∪ - - | -

Confer 172. 1280. 1281. 1283. Phœn. 109. 188. 1308. Hæc forma nonnumquam non sine causa inter Trochaicos dimetros hypercatalectos recensetur. Alias species facile enumerare possem, sed, in re aperta, brevitati potius consulendum est.

Ex duobus dochmiis exoritur dochmiacus dimeter, quem nonnulli ad asynartetos referre maluerunt. Forma pura talis est[a]:

∪ - - ∪ - | ∪ - - ∪ -

Euripid. Hec. 1021. δίκα καὶ θεοῖσιν οὐ ξυμπίτνει.

solutissima,

∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪

Orest. 149. κάταγε, κάταγε, πρόσιθ' ἀτρέμας, ἀτρέμας ἴθι,
λόγον ἀπόδος, ἐφ' ὅ τι χρέος ἐμόλετέ ποτε.

---

[a] Plotius, p. 2643. versum ex Æschyli S. Theb. 287. similis formæ excitans, ad genus iambicum relegare duxit. *Trimetrum*, inquit, *Iambicum brachycatalectum colurum, quod Alcmanium nuncupatur, percutitur sic, cum novissimus pes debens et ipse sicut duo ante se quatuor habere syllabas, duas habet, ut est,* μέλει φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει κέαρ.

Jam loca indicabo, ex quibus pleniorem horum verſuum cognitionem tirones derivare queant. Sophocl. Œd. Tyr. 656. 657. Col. 698. 700. 834. 836. 841. 842. 1455. 1480. 1481. 1484. Electr. 155. 156. 166. 1089. 1385. 1387. Antig. 852. 973. 976. 1261. Tota ſtropha ſic videtur diſponenda;

ἰὼ (extra metrum.) φρενῶν δυσφρόνων ἁμαρτήματα
υ - - υ - | υ - - υ -
στερεὰ θανατόεντ᾽.
υυυ υυυ -
monometer.
ὦ κτανόντας τε καὶ
- υ - | - υ - |
Creticus dimeter.
θανόντας βλέποντας ἐμφυλίους.
υ - - υ - | υ - - υ -
ὤ μοι ἐμῶν ἄνολβα βουλευμάτων.
- υ υ - υ - | υ - - υ -
ἰὼ παῖ, παῖ νέος, νέῳ ξὺν μόρῳ
- - - υ - | υ - - υ -
ἔθανες, ἀπελύθης,
υ υ υ υ υ υ -
monometer.
ἐμαῖς οὐδὲ σαῖσι δυσβουλίαις.
υ - - υ - | υ - - υ -

Trach. 826. Aj. 348. ἰώ.
φίλοι ναυβάται, μόνοι ἐμῶν φίλων,
υ - - υ - | υ υ υ - υ -
μόνοι τ᾽ ἐμμένοντες ὀρθῷ νόμῳ.

ibid. 364. 365. 366. 395. 888. Euripid. Hec. 1018—1021. 1024. 1025. Oreſt. 146. et ſeqq. 313. et ſeqq. 959. 976. 1247. 1252. 1258. 1351. 1352. 1358. 1359. 1470. 1498. 1552. ſeqq. Phœn. 195. 328. 329. 332. 354. 365. Med. 991. 1250. 1270—1289. cum Iambis. Hippol. 161. 365—377. 576—600. 821. ſeqq. Suppl. 81. 87. 787. 1146. Bacch. 977. 978. 980. 984. Heracl. 776. 779. Ion. 690. 695. 696. 732. Herc. Fur. 409. 773. Electr. 160. 589. ſeqq. 1154. Ariſtoph. Acharn. 357. ſeqq. 488. ſeqq. 565—570. Av. 1188—1195. 1262. ſeqq.

Frequens eſt inter Antiſpaſtos dochmiacus hypercatalectus, ejuſdem ſcilicet menſuræ cum Choriambico dimetro catalectico;

- υ υ - υ - -

quare ex cap. præcedenti de Choriambicis petenda eſt ejus notitia.

Pes dochmius etiam cum antiſpaſto diverſimode copulatur; v. g.

υ - - υ | υ - - υ -
Eurip. Bacch. 994. 996. φονεύουσα λαιμῶν διαμπὰξ
Ἐχίονος γόνον γηγενῆ.

⏑ – – ⏑ – | ⏑ – – ⏑

Æſchyl. S. Theb. 90. ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαός.
Admittitur fortaſſe nonnunquam antiſpaſtus inter duos dochmios, ut et dochmius inter duos antiſpaſtos; quorum tamen exempla ex omni parte integra et perfecta non ſunt ad manum.

P. 56, 3. Φερεκράτειον. Pherecrateus, a Poeta Comico Pherecrate ita vocatus, quem ἐν Παραβάσεσι hac ſpecie jugiter uſum credibile eſt, ſic enim verba ipſius συμπλύκτοις ἀναπαίστοις interpretari malim, ſiquidem vere dixerit Pollux loco ſupra citato p. 131. Parabaſes plerumque ex anapæſtico metro conſtare; quod ſi autem ex alio quopiam impleantur, anapæſtorum nihilominus appellationem retinere. Hunc verſum efficiunt pedes Antiſpaſtus et Bacchius, qui Antiſpaſtus eſt noviſſima minor ſyllaba. Prioris Antiſpaſti iambus indiſcriminatim cum ſpondeo, et trochæo, rarius etiam fortaſſe cum tribracho [b], permutatur; in ceteris pedibus nulla conceditur licentia. Sex Pherecrateos continuos uſurpat Æſchylus S. Theb. 295. ex quibus omnes formas nullo negotio elicias:

– – – ⏑ | ⏑ – –
– ⏑
⏑ –

τοὶ μὲν γὰρ ποτὶ πύργους
πανδημεὶ, πανομιλεὶ
στείχουσιν. τί γένωμαι;
τοὶ δ' ἐπ' ἀμφιβόλοισιν
ἰάπτουσι πολίταις
χερμάδ' ὀκριόεσσαν.

Huc etiam referri poteſt Anacreon qui dicitur n. 30. ed. Barnes. Non ſum neſcius autem hunc poſteriorem locum inter numeros Ionicos a minori ab Hermanno recenſeri. Frequens eſt Pherecrateus ἐν καταλήξει Glyconicorum, ut Anacreonte Athenæi XIII. p. 564. D. Barneſ. 67. p. 599. C. Barneſ. 101. mire turbavit omnia. XIV. 634. C. 635. C. Barneſ. 84. Strabonis III. p. 151. A. ed. Pariſ. Barneſ. 68. Ejuſdem tres Glyconicos, ſed Pherecrateo deſtitutos, ex Herodiani MS. protulit Villoiſonus Anecd. Gr. p. 93.

Κλευβούλου μὲν ἔγωγ' ἐρῶ,
Κλευβούλῳ δ' ἐπιμαίνομαι,
Κλεύβουλον δ' ἐσιδεῖν ποθῶ.

Chori cantus eſt Ariſtoph. Equit. 969. ex ſex tetraſin compoſitus, quarum uniuſcujuſque priores tres verſus ſunt Glyconici,

[b] Veteres, opinor, lyrici, ut Anacreon, quem in carminibus æmulatus eſt Horatius, nec in Pherecrateis neque in Glyconicis pro antiſpaſti iambo triſyllabum pedem unquam adhibebant. Tragici, utpote qui ſolutiora carminum genera perſecuti ſint, non raro tribrachum, parciſſime dactylum vel anapæſtum admittebant.

quartus ubique Pherecrateus. In Ranis 1286. Antiſpaſti iambus in tribrachum videtur ſolutus. Sed præſtabit carmen integrum huc transferre.

τί ποτε πρᾶγμα γενήσεται;
φροντίζειν γὰρ ἔγωγ᾽ ἔχω
    τίν᾽ ἄρα μέμψιν ἐποίσει
ἀνδρὶ τῷ πολὺ πλεῖστα δὴ
καὶ κάλλιστα μέλη ποιή-
    σαντι τῶν ἔτι νυνί.
θαυμάζω γὰρ ἔγωγ᾽ ὅπῃ
    μέμψεταί ποτε τοῦτον
    τὸν Βακχεῖον ἄνακτα,
    καὶ δέδοιχ᾽ ὑπὲρ αὐτοῦ.

In v. 1286. edd. habent μέμψιν γ᾽, ſed particulam, ſenſui inutilem, metro noxiam, delevi, auctoritate fultus codicis optimi ſeculo duodecimo exarati, et in Bibl. Bodl. ſervati, Barocc. 127. In v. 1289. Edd. et quantum ſciam MSS. τῶν ἔτι νῦν ὄντων. Nemo, opinor, vocem gloſſematicam e textu dejicere gravabitur. Verſum ſimiliter claudit Ariſtophanes ibid. 1120. ὑπ᾽ ἀγυμνασίας ἔτι νυνί. hoc eſt, ἀγυμνασίας τῆς νυνὶ οὔσης. Alia ſpecimina dabunt Sophocl. Œd. Col. 670. 706. 1242. 1243. Antig. 109. 813. 843. 946. Aj. 229. 631. 632. Phil. 172. 179. 1143. Euripid. Hec. 448. Oreſt. 1477. Phœn. 211. 214. 220. 235. Hippol. 143. 551. 559. 744. 763. Alceſt. 115. 463. 588. 986. 988. 989. 990. Iphig. Aul. 170. 175. 181. 184. 209. 210. 215. 220. 221. 576. 757. 779. 791. 1050. (cum tribracho) 1059. 1103. Iphig. Taur. 399. 434. 435. (cum tribracho) 1098. 1102. Rheſ. 344. 346. Troad. 570. Bacch. 119. 146. 147. 401. 406. 409. 412. 575. 909. Helen. 1126. 1475. 1478. Ion. 192. 210. 466. 1099. 1108. Herc. Fur. 348. 357—360. 362. 388. 390. 418. 420. 676. 683. 686. 688. (cum tribracho) 785. 789. 791. Electr. 119. 124. 145. (cum tribracho) 166. 177. 179. 183. 187. 189. 457. Aliæ Antiſpaſticorum dimetrorum catalecticorum ſpecies, ſicubi occurrunt, non ſunt inter Pherecrateos numerandæ. Harum vero inveſtigationem ſtudioſis lectoribus relinquendam putavi.

P. 56, 7. Γλυκώνειον. Verſus Glyconeus, ſive Glyconicus, a Diomede, nec hoc ſine cauſa, *Anacreonticus* etiam nuncupatus, conſtat ex Antiſpaſto et ſyzygia Iambica. In priore Antiſpaſti parte eaſdem recipit licentias, quas, cum de Pherecrateo ageremus, modo enarravimus. Schema igitur eſt iſtiuſmodi:

⏑ – – ⏑ | ⏑ – ⏑ –
– –
– ⏑

Soph. Philoct. 140. Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται.
1124. πόντου θινὸς ἐφήμενος.
1126. τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν.

In edd. vulg. male diſtributi ſunt Euripidis Androm. 502. ſeqq.

AN. ἃ δ' ἐγὼ χέρας αἱματη-
ρὰς βρόχοισι κεκλειμένα
πέμπομαι κατὰ γαίας.
MO. μᾶτερ, μᾶτερ, ἐγὼ δὲ σᾷ
πτέρυγι συγκαταβαίνω
θῦμα δάϊον. Ὦ χθονὸς
Φθίας κράντορες, ὦ πάτερ,
μόλε φίλοις ἐπίκουρος.
AN. κείσει δὴ, τέκνον, ὦ φίλος,
μαστοῖς ματέρος ἀμφὶ σᾶς.
νεκρὸς ὑπὸ χθονὶ, σὺν νεκρῷ τε. hypercatalectus.
MO. ὤ μοι μοι, τί πάθω; τάλας
δῆτ' ἐγὼ, σύ τε, μᾶτερ.

Antiſtropham pro ſe quiſque facile digeret. Quicumque hujus metri ampliora vult exempla, is ſequentia loca non ſine fructu conſulet. Sophocl. Œd. Col. 124. 126. 127. 131. 132. 671. (ἔνθα λίγεια μινύρεται, ubi notandus in priore antiſpaſti parte dactylus, cui in antiſtropha ſpondeus opponitur ἀρχαῖον στεφάνωμ' ὅτε) (tribrachus) 704. 705. 1211. 1212. 1215. 1216. Antig. 100. 101. 102. 333. 334. 335. Aj. 196. 231. 695. 696. Philoct. 169. 170. 171. 173. 174. 178. 1083. 1084. 1087. 1088. 1090. 1124—1129. Euripid. Hec. 472. Phœn. 102. (cum tribracho) 209. 210. (cum tribracho) 218. 219. 233. (cum tribracho) 234. 237. (cum tribracho) 239. 240. (◡ ◡ ◡ - ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ - νιφόβολόν τ' ὄρος ἱερὸν, οὐ-) 241. 242. (ut 241.) 244. 653. Hippol. 743. 745. 761. 762. Alceſt. 586. 984. 985. 987. 1009. Androm. 800. Suppl. 975. 976. (cum tribracho) Iph. Aul. 164. (ut Phœn. 240.) 165. 166. (cum dactylo) 169. 213. 299. (cum tribracho) 544. 756. 765. 778. 790. (cum tribracho) 796. 1089. 1091. (cum tribracho) 1101. Iph. Taur. 423. 1097. 1101. Troad. 1067. 1070. Bacch. 111. 118. 154. (cum tribracho) 156. 400. 404. 405. 862. 868. 870. 871. (cum tribracho) Helen. 1481. 1508. Ion. 120. 121. (cum dactylo) 190. 191. 214. 1104. Hercul. Fur. 347. 356. 361. 645. 653. 654. 678. 783. 784. (cum tribracho) Electr. 115. 117. 118. 120. 123. (cum tribracho) 146. et 147. et 152. et 154. et 156. et 164. 458. Sequentem cantum ex Ariſtoph. Theſmoph. 1147. inter Glyconicos adnumerat Hermannus.

Παλλάδα τὴν φιλόχορον ἐμοὶ
δεῦρο καλεῖν νόμος ἐς χορὸν,
παρθένον, ἄζυγα κούρην,
ἣ πόλιν ἡμετέραν ἔχει
καὶ κράτος φανερὸν μόνη,
κληδοῦχός τε καλεῖται.
φάνηθ', ὦ τυράννους } Bacchiaci.
στυγοῦσ', ὥσπερ εἰκός. }
δῆμός τοι σὲ καλεῖ γυναι-

κῶν, ἔχουσα δ' ἐμοὶ μόλοις
εἰρήνην φιλέορτον.

Glyconicis puræ formæ ſæpe immiſcentur, et in Antitheticis opponuntur Polyſchematiſti, ex Antiſpaſti variis ſpeciebus et Choriambo compoſiti. Horum verſuum explicatior dabitur recenſio infra ad Cap. XVI. 2. Interim ſingulari exemplo, quæ modo dicta ſunt, libet confirmare. Euripid. Electr. 175.

Stropha.	Antiſtropha.
οὐκ ἐπ' ἀγλαΐαις, φίλαι,	οὐδεὶς θεῶν ἐνοπᾶς κλύει
– ∪ – ∪ | ∪ – ∪ –	– – – ∪ | ∪ – ∪ –
θυμὸν, οὐδ' ἐπὶ χρυσέοις	τᾶς δυσδαίμονος, οὐ παλαι-
– ∪ – ∪ | ∪ – ∪ –	– – – ∪ | ∪ – ∪ –
ὅρμοις ἐκπεπόταμαι	ῶν πατρὸς σφαγιασμῶν.
– – – ∪ | ∪ – –	– – – ∪ | ∪ – –
τάλαιν', οὐδὲ στᾶσα χοροὺς	οἴμοι τοῦ καταφθιμένου,
∪ – – – | – ∪ ∪ –	– – – ∪ | – ∪ ∪ –
Ἀργείοις ἅμα νύμφαις,	τοῦ τε ζῶντος ἀλάτα,
– – – ∪ | ∪ – –	– – – ∪ | ∪ – –
ἱλικτὸν κρούσω πόλεμον.	ὅς που γᾶν ἄλλαν κατέχει
∪ – – – | – ∪ ∪ –	– – – – – | – ∪ ∪ –
[e]δάκρυσι χεύω, δακρύων δέ μοι μέλει	μέλεος, ἀλαίνων ποτὶ θῆσσαν ἑστίαν,
– ∪ ∪ – | – ∪ ∪ – | ∪ – ∪ –	∪ ∪ ∪ ∪ – | – ∪ ∪ – | ∪ – ∪ –
δειλαίᾳ τὸ κατ' ἦμαρ.	τοῦ κλεινοῦ πατρὸς ἐκφύς.
– – – ∪ | ∪ – –	– – – ∪ | ∪ – –
σκέψαι μου πιναρὰν κόμαν,	αὐτὰ δ' ἐν χέρνησι δόμοις
– – – ∪ | ∪ – ∪ –	– – – – | – ∪ ∪ –
καὶ τρύχη τάδ' ἐμῶν πέπλων,	ναίω ψυχὰν τακομένα,
– – – ∪ | ∪ – ∪ –	– – – – | – ∪ ∪ –
εἰ πρέποντ' Ἀγαμέμνονος	δωμάτων πατρῴων φυγὰς
– ∪ – ∪ | ∪ – ∪ –	– ∪ – ∪ | ∪ – ∪ –
κούρᾳ, τᾷ βασιλείᾳ,	οὐρείας ἀν' ἐρίπνας.
– – – ∪ | ∪ – –	– – – ∪ | ∪ – –
τᾷ Τροίᾳ θ', ἅ μου πατέρος	ματὴρ δ' ἐν λέκτροις φονίοις
– – – – | – ∪ ∪ –	– – – – | – ∪ ∪ –
μέμναταί ποθ' ἁλοῦσα.	ἄλλῳ ξύγγαμος οἰκεῖ.
– – – ∪ | ∪ – –	– – – ∪ | ∪ – –

Sunt aliæ dimetrorum Antiſpaſticorum formæ a Glyconico diverſæ, ut Sophocl. Antig. 103.

ἐφάνθης ποτ' ὦ χρυσέας
∪ – – ∪ | – – ∪ –

cui reſpondet in Antiſtropha Glyconicus Polyſchematiſtus. Plura in præſenti miſſa facio.

---

[e] Verſus eſt Choriambicus trimeter. Choriambi prior longa in Antiſtropha ſolvitur. Vox δάκρυα primam ſimiliter producit et corripit Troad. 605.

P. 56, 12. *Σαπφικὸν ἐννεασύλλαβον, ἢ Ἱππωνάκτειον.* Hic verſus una ſyllaba Glyconico eſt procerior. Sæpiſſime in tragicorum melicis invenitur. Exempla ſunto Sophocl. Œd. Col. 133. 668. 672. 674. 680. 1213. 1217. Antig. 105. 604. Aj. 596. 1206. Philoct. 139. Euripid. Hec. 449. 451. 635. 906. 907. Med. 830. Hippol. 746. Alceſt. 1015. Suppl. 957. (cum tribracho) Iph. Aul. 545. Iph. Taur. 1131. Rheſ. 342. 345. Troad. 1068. 1071. Bacch. 402. 873. 902. 904. 906. Heracl. 359. 372. 375. 751. 758. 897. Ion. 113. 186. 208. 1069. Herc. Fur. 354. 391. (cum tribracho) 651. 655. 679. Electr. 171. 442. 466. 489. 710. 740.

P. 56, 15. *τῶν δὲ τριμέτρων, τὸ μὲν καταληκτικὸν,—Φαλαίκειον.* Specimen hujus metri præbet ipſe Phalæcus in Brunckii Analectis T. I. p. 421.

> τοῦτ᾽ ἐγὼ τὸ περισσὸν εἰκόνισμα,
> τοῦ κωμῳδογέλωτος εἰς θρίαμβον,
> κισσῷ καὶ στεφάνοισιν ἀμπυκασθὲν,
> ἕστασ᾽, ὄφρα Λύκωνι σᾶμ᾽ ἐπείη.
> ὅσσα γὰρ κατέπραξε λαμπρὸς ἀνὴρ,
> μνᾶμα τοῦ χαρίεντος ἔν τε λέσχᾳ
> ἔν τ᾽ οἴνῳ τόδε κὴπὶ τοῖς ἔπειτα
> ἄγκειται, παράδειγμα τᾶς ὀπωπᾶς.

In Tragicis ſequentia obſervavi loca. Sophocl. Phil. 136. 683. 1140. 1145. Euripid. Hec. 457. Or. 823. Rheſ. 361. Heracl. 761.

Atilius Fortunatianus p. 2676. *Hendecaſyllabus, quem Phalæcium vocamus, apud antiquos auctores ſolebat incipere alias a ſpondeo alias ab Iambo, alias a Trochæo; ut apud Catullum,*

> Arida modo pumice expolitum.

ab iambo

> Meas eſſe aliquid putare nugas.

quæ omnia genera hendecaſyllabi Catullus, et Sappho et Anacreonta et alios auctores ſecutus, non tanquam vitioſa vitavit, ſed tanquam legitima inſeruit. Obſervat Hermannus p. 214. Catullum et ſpondeo pro dactylo uſum eſſe,

> *Oramus ſi forte non moleſtum eſt.*

Sed errat vir doctiſſimus cum Sophocli Phil. 1147. tanquam Glyconeum affingit

> ἔθνη θηρῶν οὓς ἔχει.

omnes enim edd. Brunckiana ſolum excepta, legunt

> ἔθνη θηρῶν οὓς ὅδ᾽ ἔχει.

De hoc metro plura quærentibus dabunt Diomedes p. 509. Marius Victorinus pp. 2566. 2595. Terentianus p. 2440.

Eſt alia hendecaſyllabi antiſpaſtici ſpecies a ſuperiore diverſa, quæ in ſecunda dipodia antiſpaſtum purum habet. Iſtam ſic deſcribit Terentianus p. 2426.

> *Si πενθημιμερὴς talis præmiſſa tome ſit,*

Quæ primo ſpondeon habet, mox dactylon addit;
Tum poſt ſemipedem veniant duo ſine revulſi
Incolumi ſermone pedes, ſine parte priorum,
Poſtquam res Aſiæ *veluti, tunc* primus ab oris,
Fiet hendecaſyllabos, ſed alter;
Namque hic de genere eſt phalæciorum
Cujus mox tibi regulam loquemur;
Nunc hic talis erit verſus, ut hic eſt,
Poſtquam res Aſiæ, primus ab oris.
At regina gravi, ſaucia cura.
Sic fatur lacrimans, mittit habenas,
Et tandem Euboicis, labitur oris.
Iſtum ſemipedem prima ſequentis
Spondeum medium reddit utrinque:
Quartus dibrachys eſt, quintus in imo
Spondeum faciet, ſive trochæum.

Similia Marius Victorinus p. 2576. qui addit, Sapphonem hoc frequenter uſam eſſe. An inter reliquias iſtius Poetriæ exemplum hujus metri exſtet, nolim adfirmare. Sed huc refer Anacreontem apud Etymolog. M. p. 713.

τίλλει τοὺς κυάμους ἀσπιδιώτης.

Et *Anacreontium* vocat Servius. Nonnunquam uſurpabant Poetæ ſcenici; ut Sophocl. Antig. 944.

ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς.

Loca quædam indicavit Porſonus in addendis ad Euripid. Hecub. p. 82. ed. ſecundæ. quæ hic plenius exſcribi, uti ſpero, nemo gravabitur.

Sophocl. Aj.	628.	οὐδ᾽ οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς.
	640.	ὀργαῖς ἔμπεδος, ἀλλ᾽ ἐκτὸς ὁμιλεῖ.
Œd. Col.	696.	οὐδ᾽ ἐν τᾷ μεγάλᾳ Δωρίδι νάσῳ.
	701.	γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας.
	703.	σημαίνων ἀλιώσει χερὶ πέρσας.
	709.	δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος εἰπεῖν.
	714.	ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινόν.
	716.	ἁ δ᾽ εὐήρετμος ἔκπαγλ᾽ ἁλία χερ-
Phil.	203.	φωτὸς ξύντροφος, ὡς τειρομένου του.
	212.	ὡς οὐκ ἔξεδρος ἀλλ᾽ ἔντοπος ἀνήρ.
	710.	πλὴν ἐξ ὠκυβόλων εἴποτε τόξων.
	722.	ὅς νιν ποντοπόρῳ δούρατι, πλήθει.
Ariſtoph. Equit.	556.	δεῦρ᾽ ἔλθ᾽ εἰς χορὸν, ὦ χρυσοτρίαιν᾽ ὦ.
	557.	δελφίνων μεδέων σουνιάρατε.
	586.	νικὴν, ἣ χορικῶν ἐστιν ἑταίρα.
	587.	τοῖς τ᾽ ἐχθροῖσι μεθ᾽ ἡμῶν στασιάζει.

Alia forma eſt Euripid. Oreſt. 1501.

ἄθυρσοι δ᾽ οἷά νιν δραμόντε βάκχαι.
⏑ – – – | ⏑ – ⏑ – | ⏑ – –

P. 58, 2. ἀκατάληκτον. De Aſclepiadeo conſulendi Diomedes p. 508. Servius p. 1824. Marius Victorinus p. 2557. Trimetri acatalecti videntur Sophocl. Antig, 951.

ἀλλ᾽ ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά.
- - - ∪ | ∪ - - ∪ | ∪ - - -

Aj. 195. στηρίζει ποτε τᾶδ᾽ ἀγωνίῳ σχολᾶ.
- - - ∪ | ∪ - ∪ - | ∪ - ∪ -

Hypercatalectus eſt Rheſi 366.

Σπάρταν οἰχομένων Ἰλιάδος παρ᾽ ἀκτᾶς.
- - - ∪ | ∪ - - ∪ | ∪ - ∪ - | -

P. 59, 2. Tetrameter catalecticus Soph. Œd. Col. 694.

ἔστιν δ᾽ οἷον ἐγὼ γᾶς Ἀσίας οὐκ ἐπακούω.
- - - ∪ | ∪ - - ∪ | ∪ - - ∪ | ∪ - -

P. 59, 6. Metrum Priapeium, ut cum verbis Marii Victorini p. 2598. loquar, *conſtat duobus metris, quorum prius eſt Glyconium octoſyllabum, ſequens Pherecration ſyllaba diminutum, ita tamen, ut noviſſima Glyconii, id eſt octava ſyllaba, longa ſit, ſi natura brevis fuerit, velut,*

Nereus ut caneret fera | grato Pyrrha ſub antro.

Igitur, quod hoc verſu Priapi laudes plerique canendo proſecuti ſunt, Priapeium metrum nuncuparunt, quod genus hexametri adeo abhorret ab Heroi lege, ut utraque pars commatis nonnunquam trochæis et iambis, aut pro ſpondeo anapæſtis inchoetur, aut et cretico prius comma pro dactylo terminetur, ut eſt apud Catullum,

Nam te præcipue in ſuis,

Dehinc,

Helleſpontia cæteris.

quando bina ſunt cola, mora diſtinctionis intercedente; quod genus verſuum apud Græcos Comœdiarum veterum ſcriptores plurimum eſt, et magis apud eos qui Satyrica ſcripſerunt, unde a nonnullis Satyricum prius vocabatur, verum poſtea abiit in conſuetudinem ut Priapeium appellaretur. Atilius Fortunatianus p. 2675. *Ex hac diviſione et Priapeius naſcitur verſus. Cujus exemplum apud Catullum,*

Hunc locum tibi conſecro, dedicoque Priape.

Nam cum in duo commata hic verſus dividatur, ſuperius comma octo ſyllabarum, et inſequens ſeptem, diminuta ſuperiore commatis parte; ut ſi facias,

Mater ſæva Cupidinum, mater ſæva Cupido.

Sed adeo totus hic ex heroo venit hexametro, ut et apud Homerum nullo immutato verbo complures inveniantur Priapei, et apud Virgilium, quorum unum in præſentia poſuimus, qui forte ſuccurrit. Credo et alios inveniri poſſe complures.

Cui non dictus Hylas puer, et Latonia Delos.

quod apparet ita eſſe, quoniam ita hujus verſus exigit natura; ut inter duo commata exiguam pronunciando interponas moram. Nam,

Cui non dictus Hylas puer,

par eſt huic,

Hunc lucum tibi dedico.

ſequens autem comma,

Et Latonia Delos,

huic,

Confecroque Priape.

Non ignoro autem variari primas et ſecundas ſyllabas utriuſque in Priapeio commate, ut modo ab Iambo incipiat, modo a Trochæo; tanquam,

Hunc lucum tibi dedico, confecroque, Priape.

et,

Libens hoc tibi dedico, libens ſancte Priape.

Adde eundem p. 2696. Diomedem p. 512. Servium p. 1825. Terentianus Maurus p. 2444.

Ergo hinc naſcitur altera
Metri regula, ceu duas
Partes hexametri ſecans,
Quæ ternos dirimit pedes,
Quos ſi reddideris ſibi,
Hexametrum pedibus cernes conſtare receptis:
Qui tamen heroon factis indignus habetur.
Namque tome media eſt, verſu non apta ſevero:
Fitque ſoluta magis, quotiens ſpondeus ineſt pes
Tertius, et quartus: nolunt hunc incolumem ergo,
Sed de commatibus tradunt conſtare duobus:
Ipſe etenim ſonus indicat eſſe hoc luſibus aptum:
Et ferme modus hic datur a pleriſque Priapo:
Inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus:
Hunc lucum tibi dedico, confecroque Priape,
Qua domus tua Lampſaci ſita eſt, quaque Priape:
Nam te præcipue in ſuis urbibus colit ora
Helleſpontia, cæteris oſtreoſior oris.
Et ſimiles plures ſic conſcripſiſſe Catullum
Scimus. Uſque adeo hoc genus lex heroica pellit,
Ut ſit utraque portio cœpta ſæpe trochæis:
Nam diſcrimine nullo ponit hunc, vel iambum.
Nec mirabere ſyllabæ finem commate primo
Tanquam de pede dactylo fiat tertia longa:
Nam quia commata bina ſunt, ſumunt ambo ſupremas.
Verſus ergo magiſtri vocant hos Priapeos.

Plotius p. 2635. *Priapeium metrum monoſchematiſtum eſt. Conſtat enim ſpondeo, duobus dactylis, et ſpondeo, dactylo et ſpondeo, ut eſt apud Homerum verſus ille,*

Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο, καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

Inveni et apud Virgilium hac diviſione, in qua tamen obſervandum

eſt, ut in utraque verſus diviſione finita ſit pars orationis, ut eſt illud Virgilianum,

Externum tulit, aut cruor hic de ſtipite manat.

P. 60, 7. ἀκατάληκτον. Integrum carmen hoc metro conſcriptum extat inter Theocritea n. XXVIII. Sapphonis duo fragmenta reſtituit Bentleius in Epiſt. ad Hemſterhuſium p. 104.
Athenæi p. 564.

σταθι κἄντι φίλος καὶ τὰν ἐπ' ὄσσ' ἀμπέτασον χάριν.

Pollucis,

ἐλθόντ' ἐξ ὀρανῶ πορφυρέαν περρέμενον χλάμυν.

Inſignius ſpecimen præbet Stobæus Tit. IV. quomodo recte diſpeſcuit Grotius p. 29.

κατθανοῖσα δὲ κεῖσ'· οὐδέ ποκα μναμοσύνα σέθεν
ἔσσετ' οὐδέ ποκ' εἰς ὕστερον· οὐ γὰρ πεδέχεις ῥόδων
τῶν ἐκ Πιερίης, ἀλλ' ἀφανὴς κἠν Ἀΐδα δόμοις
φοιτάσεις πέδ' ἀμαυρῶν νεκύων ἐκπεποταμένα.

cum Pyrrhichio, ſive Pæone tertio in prima ſede eadem in Argum. ad Theocrit. XXVIII. apud Fulv. Urſinum ;

ῥοδοπήχεες ἁγναὶ χάριτες δεῦτε Διὸς κοραί.
⏑ ⏑ – ⏑ | ⏑ – – ⏑ | ⏑ – – ⏑ | ⏑ – ⏑ –

et ſic Steſichorus apud Strabonem VIII. p. 534=505. Oxon.

ἄγε, Μοῦσα λίγει', ἄρξον ἀοιδᾶς ἐρατῶν ὕμνους
Σαμίων περὶ παίδων ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ.

Ad hoc caput refer Alcæum Athenæi X. p. 430. B.

τέγγε πνεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,
ἁ δ' ὥρα χαλεπὰ, πάντα δὲ διψᾷ ὑπὸ καύματος.

Ibid. C.

Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω.

Ibid. D. XI. 481. A. confer Porſonum ad Eurip. Med. 494.

πίνωμεν· τί τὰ λύχν' ἀμμένομεν ; δάκτυλος ἁμέρα·
[καδδ' ἄειρε (ἀνάειρε 430.) κυλίχναις μεγάλαις αἶ τὰ ποικίλλης (ποικίλα 430)]
οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς λαθικαδέα
ἀνθρώποισιν ἔδωκ', ἔγχεε κίρναις ἕνα καὶ δύο
πλείαις κακκεφαλᾶς· ἁ δ' ἑτέρα τὰν ἑτέραν κύλιξ
ὠθείτω.

Eundem apud Ariſtotelis Polit. III. 10.

τὸν κακοπάτριδα
Πιττακὸν πόλεως τᾶς ἀχόλω καὶ βαρυδαίμονος
ἐστάσαντο τύραννον μέγ' ἐπαινεῦντες ἀολλέες.

Scolion apud Athenæum XV. p. 695. B.

Ἀδμήτου λόγον, ὦ 'ταῖρε, μαθὼν, τοὺς ἀγαθοὺς φίλει,
τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλοῖς ὀλίγη χάρις.

Ibid. D.

σύν μοι πῖνε, συνήβα, συνέρα, συστεφανηφόρει,
σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο, σὺν σώφρονι σωφρόνει.

Quomodo recte citavit Bentleius ad Menandrum p. 56.

Ibid. D.

ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκόρπιος, ὦ 'ταῖρ', ὑποδύεται·
φράζευ μή σε βάλῃ, τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος.

Ibid. D.

ἃ ὗς τὰν βάλανον τὰν μὲν ἔχει, τὰν δ' ἔραται λαβεῖν·
κἀγὼ παῖδα καλὴν τὰν μὲν ἔχω, τὰν δ' ἔραμαι λαβεῖν.

Ibid. E.

πόρνη καὶ βαλανεὺς ταὐτὸν ἔχουσ' ἐμπεδέως ἔθος·
ἐν ταὐτᾷ πυέλῳ τόν τ' ἀγαθὸν, τόν τε κακὸν λόει.

Ibid. F.

ὅστις ἄνδρα φίλον μὴ προδίδωσιν μεγάλην ἔχει
τιμὰν, ἔν τε βροτοῖς ἔν τε θεοῖσιν κατ' ἐμὸν νόον.

Cæterum obſervatione digniſſimum eſt, hanc verſuum Antiſpaſticorum ſpeciem, una cum Glyconico, et Aſclepiadeo, inter Choriambicos a Terentiano Mauro p. 2441. numerari:

Carmen Pierides dabunt.
Hoc metrum choriambicum eſt,
Quod pars bacchiacum vocant.
Hinc primas capiti duas,
Necnon et totidem ultimas,
Excrementa magis putant,
Nec ducunt numero pedum;
Sunt hæc carmen, *item* dabunt.
Solum Pierides *manet,*
Quod reddit geminum pedem,
Dicunt quem choriambicon:
Quia longam ſequitur brevis,
Claudit longa brevem alteram;
Nam des *longa ſit, altera*
Juncta poſt ſibi conſona.
Sic ponunt medium pedem
Primas inter et ultimas,
Carmen Pierides dabunt.
Pars prima hic varie ſolet
Spondeum modo ſumere:
Idem ſæpe et iambus eſt:
Hoc de Septimii potes
Junctis noſcere verſibus:
Geritque intus in oppidum
Anhelos Panope greges.
Alter conſimiles dedit:
Opima adpoſui ſenex
Amori arma feretrio.
Trochæum quoque ſic locat;
Purpuræ leguli ſenes
Intus hic ibi conſitum eſt.

X 4

Utque eſt mobilis hic locus,
Immotus manet ultimus:
Namque hic ſemper iambus eſt:
Tendunt latius hoc genus,
Duos ut choriambicos
Includant medios pedes;
Et ſit verſus ad hunc modum,
Carmen Pierides dulciſonum dabunt.
Duplex hic choriambus eſt,
Primus Pierides, dulciſonum *ſequens*;
Sic carmen *prius eſt*; *finis item* dabunt.
Ut pes hæc habuit prior,
Sunt qui tradiderint ultima verſui
Tanquam pentametro ſyllaba dempta ſit;
Quam ſi reſtituas pentametrum fore
Carmen, Pierides dulciſonum dabunt,
Carmen Pierides dulciſonum dabitis,
Ut verſus quoque ſic conſtet Horatii,
Mecænas atavis edite regibus,
Mecænas atavis edite remigibus.
Uſque autem videas hoc procul a fide,
Ut metri genus hoc vatibus inclytis
Non uno, aut gemino conſtiterit pede,
Verum in tres etiam conſimiles eat,
Clauſos in medio partibus exteris,
Quod jam pentametri non patitur modus;
Nam ſic tres videas eſſe pedes datos,
Carmen Pierides dulciſonum ſi mereor dabunt.
His eſt omnibus in ſuis
Libris uſus Horatius.
Quo dicam et quotiens modo.
Nam primum minime ſuo
Solum carmine protulit,
Ut vates alii ſolent.
Exemplum Senecæ dabo;
Thebis læta dies adeſt,
Aram tangite ſupplices:
Pingues cædite victimas.
Tales continuos legis.
Hunc præponit Horatius,
Epodum ex geminis ſubjicit alterum:
Exemplum ſat erit ſemel
Nos hoc ponere; *cæterum*
Bis in carminibus ſuis
Hunc ſervat ſtabilem modum,
Sic te Diva potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida ſidera.

Sic te Diva potens Cypri,
Hic unus choriambus eſt:
Sic fratres Helenæ, lucida ſidera,
Hic interpoſiti duo.
Talem quem geminis perſpicis effici,
Servat carminibus perpetuum tribus;
Quorum exordia quum prædita videris,
Stabit continuum conſimili modo,
Mecænas atavis edite regibus.
Exegi monumentum ære perennius.
Donarem pateras grataque commodus.
Nec non continuos tres pariles dedit
Verſus, et cecinit poſt alium brevem,
Ex uno ſimili pede:
Uſuſque eſt genere hoc carminibus novem,
Quæ ſunt talia, quale eſt modo quod dabo:
Scriberis Vario fortis, et hoſtium
Victor, Mæonii carminis alite,
Quam rem cumque ferox navibus aut equis
Miles te duce geſſerit.
Tres binis pedibus cernimus editos,
Unum quartus habet pedem:
Hanc docti tetracolon vocitant ſtrophen:
Nam poſt quatuor hos altera vertitur
Ad legem ſimilem conſimilis ſtrophe:
In qua ſunt alii quatuor hoc genus
Verſus, ex quibus hi ſunt ſibi tres pares.
Præmiſi, binos qui capiant pedes,
Unum quartus in omnibus.
Jam quem perficiunt tres medii ſic choriambicum,
Tales continuos carminibus compoſuit tribus.
Tu ne quæſieris, ſcire nefas, quem mihi, quem tibi.
Nullam, Vare, ſacra vite prius ſeveris arborem.
O crudelis adhuc, et Veneris muneribus potens.
Binas hic capiti, totque itidem deme noviſſimas,
Fient in medio perſpicui tres choriambici.
At verſus meus eſt quem ſimilem compoſui ex tribus:
Carmen Pierides dulciſonum, ſi mereor, dabunt.
Et ſupra poſiti ſic quoque ſunt duo,
Carmen Pierides dulciſonum dabunt,
Ex uno quoque ſic fuit,
Carmen Pierides dabunt.

P. 61, 2. Neſcio an inter pentametros numerari debeat Alcæi fragmentum apud Athenæum XIV. p. 627. A. B. hac menſura;

- - - ∪ | ∪ - ∪ - | - - - ∪ | ∪ - ∪ - | - - ∪ -

μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ· πᾶσα δ' Ἄρῃ κεκόσμηται στέγη

λαμπραῖσιν κυνέαισι, καττᾶν λευκοὶ καθύπερθεν ἵππειοι λόφοι
νεύουσιν, κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν τἀγάλματα· χάλκεαι δ' αὖ πασσάλοις
κρυπτοῖσιν περικείμεναι λαμπραὶ κναμῖδες, ἄρκος ἰσχυρῶ βέλευς·
θώρακές τε νέω λίνω, καὶ κοῖλαι δὲ κατ' ἀσπίδες βεβλημέναι·
πὰρ δ' αὖ Χαλκιδικαὶ σπάθαι, πὰρ δὲ ζώματα πολλὰ καὶ κυπταττίδες.
τῶν οὐκ ἔστι λαθέσθ', ἐπειδὴ πρώτισθ' ὑπὸ ϝέργον ἔσταμεν τόδε.

CAP. XI.

De Ionico a Majore.

P. 62. IONICUM *metrum,* inquit Plotius, p. 2658. *duplex eſt. Unum* a majore, *quod ſpondeo conſtat et pyrrhichio, alterum* a minore, *conſtans ex pariambo et ſpondeo. Ionicum majus interdum puro Ionico ſcanditur,*

μή μοι λέγε.
\- - ∪ ∪

Interdum ſoluta longa prima componitur, ut ſit ex anapæſto et pyrrhichio,

ἑκατόνζυγε.
∪ ∪ - | ∪ ∪

Interdum duabus longis ſolutis, ut ſit compoſitum ex proceleuſmatico et pariambo,

ἑλικοβλέφαρε.
∪∪∪ ∪ | ∪∪

commiſcetur huic metro et ditrochæo, et chorio, ſed tribrachy,

κάλλος ἄμαχον.
\- ∪ ∪ | ∪ ∪

et a chorio, ſed tribrachy, et trochæo,

φιλοχορεῦτα.
∪ ∪ ∪ | - ∪

Sed omnibus pedibus temporum ſex, finem tamen habet aut in ſpondeum, aut in trochæum, quod etiam Sotadeum metrum dicitur, de quo ſub exemplo poſtea tractabimus. Interdum et Moloſſos omnes habet, unde et Moloſſicum metrum hoc dicitur; nam prima longa moloſſi ſoluta facit Ionicum minorem noviſſima majorem. Marius Victorinus p. 2536. *Ionicus a majore, quem Muſici* ἀπὸ μείζονος *vocant, conſtat, ut ſupra docuimus, ex duabus longis ſubjectis ſibi totidem brevibus; id eſt, ex Spondeo, et Pyrrhichio, vel ex Moloſſo noviſſima ejus longa in duas breves diviſa, quem merito utraque Ionica admittunt. Ex quo intelligitur in his Arſin et Theſin non in æqualitatis, ſed in dupli ratione conſiſtere. Nam ſupra docuimus ea eſſe optima metra, quæ æqua-*

litatis ratione constant, propter quod utrumque hoc Ionicum quando ex dupli ratione subsistit, magis Rhythmis quam metris proximum est. Admittit autem solutionem duarum præcedentium longarum, varie: nam primæ longæ solutio syllabæ facit ex Anapæsto et Pyrrhichio conjugationem; secundæ vero ex Dactylo et Pyrrhichio habebit copulationem, quæ sunt communes utrisque Ionicis. Nam si tertiam longam minoris Ionici in duas breves dividas, fit ex Pyrrhichio et Anapæsto conjugatio; si autem quartam, ex Pyrrhichio et Dactylo, temporibus dumtaxat in sua mensura ac spatio, quo censentur Ionici, permanentibus. Recipit, ut diximus, et Hippium, id est Molossum, e tribus longis dumtaxat in fine, et appellatur metrum Cleomachium, nam si majoris Ionici duas breves in unam contrahas longam, pari etenim lege ut longa in duas breves solvitur, ita duæ breves in unam longam connectuntur, ergo si breves in unam longam contrahas, eveniet ut sequentibus aliis longis duabus ejusdem pedis quinque continuæ longæ syllabæ fiant, et incertum sit, utrum Molossus an spondeus prior positus habeatur. At in eo qui a minori est Ionicus, idem contra est. Primæ enim ejus duæ breves conciliatæ molossum facient, dehinc sequens Ionicus a brevi initium sumet, ex quo fit, ut quinque longarum continuatio ejusdem interjectione secernatur. Ergo observabimus pedem Molossum majori Ionico in fine, minori autem intra initia ponere, et cavere, ne in medietate collocetur. Recipit hoc metrum Trochaicas Bases, id est, duplicem Trochæum, qui totidem temporum est, sicut Iambica basis, Choriambicam et Anapæsticam, quod fieri dicunt, sed et vocant, κατὰ συμπάθειαν. *Similiter Anapæstum et Pyrrhichium geminatos recipit, adæque et Tribrachyn cum Trochæo, seu contra mutato situ, sociatos dumtaxat admittit, quod fit, ut supra ostendimus, cum longæ solvuntur in breves, etiam in Trochaica conjugatione, quam familiariter suscipit, quæ conjugatio pedem tetrasyllabum Ditrochæum, id est, duplicem Trochæum, quem Dichorion in Oratore Cicero noster appellat, efficit. Ionicum metrum quidam a genere hominum vocabulum accepisse existimarunt, quod in Rhythmo et satis prolixum et satis molle, sicut ejusdem gentis homines asseverantur. Scanditur autem per dipodias.* Plura vide in Terentiano p. 2428. Atilio Fortunatiano p. 2694. Diomede p. 505. Nunc exempla quædam pro more excitabimus; hoc tamen in anteceſſum monentes, primam horum verſuum ſyllabam pro arbitrio poetarum tempore uno vel duobus conſtare.

Ac primum, dimeter brachycatalectus, Servio *Hipponactius*, Sophoclis Œd. Tyr.

896. τί δεῖ με χορεύειν.
∪ - ∪ ∪ | - -
910. ἔῤῥει δὲ τὰ θεῖα.
- - ∪ ∪ | - ∪

Alia ſpecimina præſtabunt Soph. Œd. Col. 673. 1048. 1056. 1696. Aj. 914. Phil. 717. Euripid. Hec. 903. δορὶ δὴ, δορὶ πέρσαν. ∪ ∪ - ∪ ∪ | - - Oreſt. 808. 1000. μονόπωλον ἐς ἀῶ. ∪ ∪ - ∪ ∪ | - - Phœn. 182. Med. 154. 438. 650. Hippol. 167. 534. Troad.

1069. 1072. Bacch. 403. 567. Heracl. 753. 757 760. 903. Helen. 1372. Ion. 115. 470. 472. 476. 483. 506. 1105. Herc. F. 382. 392. 644. 656. 799. Pindarum conſulas cum alibi, tum Olymp. IX. 5. 7. 9. 11. 13.

Epodi vicem gerit in Ariſtoph. Nub. 1348.

σὺν ἔργον, ὦ πρεσβῦτα, φροντίζειν ὅπη
τὸν ἄνδρα κρατήσεις. κ. τ. λ.

vide et Antiſtropham. Confer etiam Theocriti Epigr. XVII. in Epicharmum. Sed frequentiſſime cum dimetris catalecticis copulatur, quorum lex et ratio cuivis patebit percurrenti ſequentem ex Ariſtoph. Eccleſ. 289. ſqq. cantum, partim ex MS. Ravennatis lectionibus, partim ex Daweſii et Porſoni conjecturis emendatum.

χωρῶμεν εἰς ἐκκλησίαν, ἄνδρες, ἠπείλησε γὰρ
ὁ θεσμοθέτης, ὃς ἂν
μὴ πρῲ πάνυ τοῦ κνέφους
ἥκῃ κεκονιμένος,
στέργων σκοροδάλμῃ,
βλέπων ὑπότριμμα, μὴ
δώσειν τὸ τριώβολον.
σὺ δ', ὦ Χαριτιμίδη,
καὶ Σμίκυθε, καὶ Δράκης
ἕπου κατεπείγων,
σαυτῷ προσέχων, ὅπως
μηδὲν παραχορδιεῖς
ὧν δεῖ σ' ἀποδεῖξαι.
ὅπως δὲ τὸ σύμβολον
λαβόντες ἔπειτα πλη-
σίον καθεδούμεθ', ὡς
ἂν χειροτονῶμεν
ἅπανθ', ὁπόσ' ἂν δέῃ
τὰς ἡμετέρας φίλας.
καίτοι τί λέγω; φίλους
γὰρ χρή μ' ὀνομάζειν.

Antiſtroph.

ὅρα δ' ὅπως ὠθήσομαι τούσδε τοὺς ἐξ ἄστεος
ἥκοντας, ὅσοι προτοῦ
μὲν ἡνίκ' ἔδει λαβεῖν
ἐλθόντ' ὀβολὸν μόνον
καθῆντο λαλοῦντες
ἐν τοῖς στεφανώμασιν.
νυνὶ δ' ἐνοχλοῦσ' ἄγαν.
ἀλλ' οὐχὶ, Μυρωνίδης
ὅτ' ἦρχεν ὁ γεννάδας,
οὐδεὶς ἂν ἐτόλμα
τὰ τῆς πόλεως διοι-
κεῖν, ἀργύριον φέρων,

ἀλλ᾽ ἧκεν ἕκαστος
ἐν ἀσκιδίῳ φέρων
πιεῖν, ἅμα τ᾽ ἄρτον αὖ,
καὶ (πρὸς) δύο κρομμύω,
  καὶ τρεῖς ἂν ἐλάας.
νυνὶ δὲ τριώβολον
ζητοῦσι λαβεῖν, ὅταν
πράττωσί τι κοινὸν, ὥσ-
  περ πηλοφοροῦντες.

Si plura quæres, adi Ariſtophanem Ran. 451—462. Equit. 1108—1147. Av. 1730—1739. Pac. 1329. ad finem. Recte autem monet Daweſius, p. 298. "Hoc metrum eorum in numero venire, quorum ultimis ſyllabis nulla permiſſa eſt licentia præterquam in clauſula catalectica."

Ex Tragicis ſequentia loca merentur conferri; Sophocl. Œd. Tyr. 661. 1096. Col. 675. 1044—6. Electr. 486. Antig. 789. Trach. 647. 953. Aj. 600. 881. 1208. Euripid. Hec. 470. 471. 899. 905. Phœn. 216. Med. 850. Hippol. 556. Bacch. 158. Heracl. 373. 752. 759. 775. 916. Helen. 1123. 1124. 1369. Ion. 480. 481. Herc. Fur. 355. 652. 687. Electr. 439. 711. 732. Pindarus Olymp. IX. init.

τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος
∪ ∪ - ∪ ∪ | - ∪ -
φωνᾶεν Ὀλυμπίᾳ.
- - ∪ ∪ | - ∪ -

P. 62, 10. Dimetros acatalectos exhibet Euripides in Med. 152.

τί τοι ποτὲ τᾶς ἀπλάστου
κοίτας ἔρος, ὦ ματαία,
σπεύσει θανάτου τελευτάν·
  μηδὲν τόδε λίσσου.

vide et Antiſtropham. Adde Soph. Œd. Tyr. 885. 887. Col. 1214. Antig. 605. 783. 784. 790. 840. Trach. 633. 957. Aj. 598. 625. 1207. Eurip. Hec 452. 454. 455. 474. 475. 638. 654. 904. Oreſt. 180. 807. 833. Med. 433. 435. 436. 437. 644. 645. 651. 845. 846. 848. 849. Hippol. 555. 764. 766. Heracl. 360. 361. 376—380. 898. 914. 915. 917. 918. 921. Ion. 187. 209. 1097. Herc. Fur. 353. 646. Electr. 734. 735. 737.

P. 63, 13. Trimeter brachycatalectus, Servio *Praxilleus*, eſt Sophocl. Œd. Col. 669.

ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα.
- - ∪ ∪ | - ∪ - ∪ | - -

Antig. 139.

ἄλλοις ἐπενώμα στυφελίζων.
- - ∪ ∪ | - - ∪ ∪ | - -

Euripid. Hec. 450.

θοὰς ἀκάτους ἐπ' οἶδμα λίμνας.

υ - υ υ | - υ - υ | - -

Ibid. 921.

ἐπιδέμνιον ὡς πέσοιμ' ἐς εὐνάν.

υ υ - υ υ | - υ - υ | - -

ſimilis eſt Med. 648. Alia dabunt Hippol. 531. 532. 533. Bacch. 571.

P. 63, 6. Trimetrum acatalectum habes Soph. Antig. 606.

τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ ποθ' ὁ παντογήρως.

- - υ υ | - - υ υ | - υ - -

Vide ejuſdem fabulæ 614.

P. 63, 13. Ceteras omnes Ionicorum ſpecies celebritate ſua præſtinxit Tetrameter brachycatalectus, qui ex Sotade, Poeta Alexandrino, (vide not. ad I. 3. p. 8.) nomen traxit. Ac primum huc transferam Terentiani Mauri verba, p. 2427. ſub eadem verſuum forma præcepta ſua ſuaviſſime canentis. Qui, poſtquam monuerat verſum hexametrum cæſuram habentem Hephthemimerim, in duo commata ſic diſſecari,

Arma virumque cano Trojæ | Qui primus ab oris,
Multa quoque et bello paſſus | Dum conderet urbem.
Inde toro pater Æneas | Sic orſus ab alto.

ita pergit;

Comma ad poſterius verſus ſi do pariambum,
Ipſum et rurſus comma loco, ac ſic expleo verſum;
Fiet Ionicon hoc ἀπὸ μείζονος *ut modo cernes,*
Si pariambus ego, *aut* modo, *vel* puto (*quem dabimus*) *ſit,*
Qui primus ab oris, *ego* qui primus ab oris:
Dum conderet urbem, *modo* dum conderet urbem:
Sic orſus ab alto, *puto* ſic orſus ab alto.
Jam porro tenes quod tibi dico bis locandum,
Non verba eadem dicere, ſed pedes eoſdem.
Tres ergo pedes perſpicis in commate primo;
Spondeon enim ſubſequitur pes pariambus,
Spondeos item clauſula ſit commatis hujus.
Hæc ſi repetens talia cola copulabis,
Spondeus erit tertius, idem quoque quartus.
Dum conderet urbem dum conderet urbem.
Cernis pariter quatuor adſonare longas:
Has ſi veniens in medium pes pariambus
Diſcriminet ipſas, licet ex ſe tamen ambas,
Non hic erit extrinſecus interſitus illis:
Sed qui medius jam ſedet in commate primo,
Dum conderet urbem, medius ſit pariambus,
Fiatque neceſſe eſt, iterum commate juncto.
Ergo in medium rite datus cola ligabit:

Namque efficit ut quæ modo cola diffidebant,
Alterna simul tempora dent bina quaternis.
Nunc redde mihi, quod volo te tenere semper,
Longam in geminas sæpe breves solere solvi.
Nam sæpe cadit dactylus hic, sæpe anapæstus:
Ut posterior syllaba, vel prior soluta est.
Cedit quoque vel longa brevi, brevisque longæ;
Nam quæ vicibus tempora commodant, resumunt;
Miscentque trochæos sine fraude sæpe plures;
Spondeon enim duo faciunt, et pariambon,
Versoque dabunt ordine et hi duos trochæos.
Nec tres modo, sed quinque etiam videbis esse.
Dabo versiculos quo tibi res magis probetur:

¯ ¯ ˘ ˘ | ¯ ˘ ¯ ˘ | ¯ ˘ ¯ ˘ | ¯ ˘
Urbem tenu | em fovent o | pum benigni | tate.
¯ ¯ ˘ ˘ | ¯ ˘ ¯ ˘ | ¯ ˘ ¯ ˘ | ¯ ˘
Hostem tege | re est paratus | et stat ipse | nudus.

Est unus Ion hic datus, et quinque trochæi,
Vel quatuor insunt; quoniam suprema semper
Et longa brevi sufficitur brevisque longæ.
Nil autem oberit temporibus vicissitudo,
Nec enim numero pendere metra syllabarum,
Sua sed pedibus tempora sufficit referre.
Sic tribrachus intervenit in locum trochæi:
Nam quo fuerint crebrius hi pedes minuti,
Vibrare sonum versiculos magis videmus.

Marius Victorinus p. 2569. *At vero in Sotadium versum plerique pedes qui eum faciunt molliorem, contra quam Ionicorum lex se habet, incidunt. Nam idem et dactylum et anapæstum et trochæum duplicem recipit, qui cum interveniant faciantque hunc versum satis mollem ac lubricum, tamen non excedit viginti duo tempora * * * Lego præterea apud quosdam Sotadium admisisse in loco trochæi tribrachyn, utpote mensura temporum parem.*

Quæ sequuntur exempla ex superstitibus Sotadis ipsius fragmentis hic congesta sunt.

Stobæi Flor. XXII. p. 115. ed. Grot. p. 188. Gesn.

Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.
ἂν μακρὰ πτύης, φλεγματίῳ κρατεῖ περισσῷ.
ἂν εὐιματῆς, ταῦτα πρό σου προβάτιον εἶχεν.
ἂν χρυσοφορῆς, τοῦτο τύχης ἐστὶν ἔπαρμα.
ἂν πλούσιος ῇς, τοῦτο χρόνου ἄδηλος ἰσχύς.
ἂν ἀλαζονῇς, τοῦτ' ἀνοίας ἐστὶ φρύαγμα.
ἂν δὲ σωφρονῇς, τοῦτο θεῶν δῶρον ὑπάρχει.
ἡ σωφροσύνη πάρεστιν, ἂν μετρῇς σεαυτόν.

Ib. XCVI. 528. Gesn. 397. Grot. Quod primus typis vulgavit Aldus in præfat. ad Aristot. Ethic. Venet. 1498.

Αὐτὸς γὰρ ἐὼν παντογένης ὁ πάντα γεννῶν,
οὐ κρινεῖ δικαίως τὰ κατ' ἄνθρωπον ἕκαστον.

καὶ γὰρ κατὰ γαῖαν τὰ κακὰ πέφυκεν ἀεὶ
καὶ τοῖς μεγάλοις ἀεὶ κακοῖς γέγηθ' ὁ κόσμος.
ὅτι πάντες, ὅσοι περισσὸν ἠθέλησαν εὑρεῖν,
ἢ μηχανικὸν ποίημα, ἢ σοφὸν μάθημα,
οὗτοι κακὸν εἰς τὸν θάνατον τέλος ἐποίησαν,
ὑπὸ τοῦ γεννήτορος κόσμου κακῶς παθόντες.
Σωκράτην ὁ κόσμος πεποίηκεν σοφὸν εἶναι,
καὶ κακῶς ἀνεῖλεν τὸν Σωκράτην ὁ κόσμος,
ἐν τῇ φυλακῇ κώνειον ὅτι πιὼν τέθνηκε.
πουλύποδα φαγὼν ὁ Διογένης ὠμὸν τέθνηκεν.
Αἰσχύλῳ γράφοντι ἐπιπέπτωκε χελώνη.
Σοφοκλῆς ῥᾶγα φαγὼν σταφυλῆς, πνιγεὶς τέθνηκε.
κύνες οἱ κατὰ Θράκην Εὐριπίδην ἔτρωγον.
τὸν θεῖον Ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησεν.

Ibid.

Ἀγαθὸς, εὐφυὴς, δίκαιος, εὐτυχὴς ὃς ἂν ᾖ,
τοῦ φθόνου λαβεῖν δεῖ μερίδα. μῶμον ἔχειν δεῖ.
πλουτεῖ τις ἄγαν, ἀλλὰ πάθος παρέλαβεν αὐτόν.
εὐσεβής τις ἐστὶν, πενίαν δέδωκεν αὐτῷ.
μέγας ἐστὶ τεχνίτης τις, ἀτυχῆ πεποίηκεν αὐτόν.
κἂν ἐπὶ τὸ μέγιστον δίκαιος κριτὴς ὑπάρχῃ,
δεῖ τὸν φύσει νικώμενον, ἄδικον αὐτὸν εἰπεῖν.
πλούσιός τις ἐστὶ, τὸ μέγα πτῶμα φοβεῖται.
ἰσχυρὸς ὑπάρχει, νόσου πεῖραν εὐλαβεῖται.
ἡμέρας μιᾶς ἀλυπία, μέγ' ἐστὶ κέρδος.
τί γὰρ ἐσμὲν ὅλως, ἢ ποδαπῆς γεγόναμεν ὕλης;
στόχασαι κατὰ σεαυτὸν τὸ βιωτικὸν νοήσας,
ἐκ τίνος ἐγένου καὶ τίς εἶ, καὶ τίς πάλι γίνῃ.

Tit. CI. p. 552. Gesn. CIII. p. 427. Grot.

ὁ πένης ἐλεεῖται, ὁ δὲ πλούσιος φθονεῖται.
ὁ μέσος δὲ βίος κεκραμένος, δίκαιός ἐστιν.
αὐτάρκεια γὰρ πρὸς πᾶσιν ἡδονὴ δικαία.

Tit. CVI. p. 570. Gesn. CVIII. 455. Grot. Male appictum est lemma in ed. Gesner.

πλειστάκις ἀδικούμενός τις ἐν ἀδικοῦντι καιρῷ
ἀνέχεταί τις ὃ μὴ θέλει, διὸ φέρει γενέσθαι.

Tit. CXIX. p. 602. Gesn. CXXI. 493. Grot.

πάντων (δὲ) λιμὴν τῶν μερόπων ὁ θάνατός ἐστιν.

Athenæi XIV. p. 621. B.

ὁ δ' ἀποστεγάσας τὸ τρῆμα τῆς ὄπισθε λαύρης,
ἐκ δενδροφόρου φάραγγος ἐξέωσε βροντὴν
ἠλέματον, ὁκοίην ἀροτὴρ γέρων χαλᾷ βούς.

Lycophronides Athen. XIII. p. 564. B. οὔτε παιδὸς ἄῤῥενος, οὔτε παρθένων

τῶν χρυσοφόρων, οὐδὲ γυναικῶν βαθυκόλπων
καλὸν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ κόσμιον πέφυκεν.

CAP. XII.

De Ionico a minori.

P. 66. DIOMEDES p. 505. *Ionicus minor constat ex homonyma dipodia, in qua antecedit Pyrrhichius, sequitur Spondeus, vel Anapæstus, vel dactylus* (sic repono pro lect. vulg. *et pyrrhichius*) *Nonnunquam et κατὰ συναίρεσιν brevium syllabarum Molossus interponitur; et in dimetris quidem, cum prior basis pentasemos fuerit, id est, temporum quinque, erit sine dubio secunda heptasemos, i. e. temporum septem. A dimetro in trimetrum ampliatur.* Marius Victorinus p. 2539. *Ionicus minor, quem Musici ἀπὸ ἐλάσσονος vocant, contrario quam superior situ temporum, priorem habet pariambum, sequentem spondeum, et hoc invicem. Ut superior sine fine currens adæque Spondeo terminatur, ut Ionico congruit: nam semper affectant hi longis syllabis terminari, qui cum divisus est, integris Syzygiæ, ex qua constat, temporibus efferatur. Quæ si velut ad Rhythmum digesta decurrunt, aptior ac pulchrior habebitur. Nam solutis longis, sive utraque ejus, sive alterna in duas breves, seu contra connexis in unam longam duabus brevibus, vim propriæ naturæ modumque corrumpit, atque ex se diversa genera, speciesque producit. Unde plerumque recipit in principio versus Bacchium longis incipientem, et Pæonem tertium, quorum uterque quinque temporum spatio extenditur. Catalectum autem sit Anapæsto, aut eo qui Amphibrachus vocatur. Huic cum esse sena tempora in singulis conjugationibus, utpote Ionicorum, oporteat, necessario Trochæus aut ejus Basis annectetur, ea contemplatione imminuta, ut Dipodiæ superioris tempora ex subditis compleantur. Id Græci ἐπίζευξιν, id est, conjugationem, vocant, eo quod priorum pedum Basin uno tempore breviorem sequentis Syzygiæ compleat syllaba, quæ pro brevi, licet natura longa sit, utpote prior Trochæi, accipienda est, si quidem unius temporis supplemento Ionica basis indigere videatur, etenim huic metro rhythmica natura accidit. Hujusmodi autem inter se συζυγίας passionem, sive communionem, Musici ἀνάκλασιν vocant, et metra, si qua forte adverterint talia, ἀνακλώμενα appellant, quod retrorsum inclinantur, ut in quibusdam saltationum gesticulis nostra corpora pone pandantur. Sed ut exemplo doceam, erit hoc colo ἀνακλώμενον,*

Cybele rotabo crines.

Hic ro, *licet sit brevis, pro longa accipietur,* Cybele ro. *Nam detractum unum tempus sequentis syzygiæ ex initiali syllaba huic impartietur, ne fiat prima syzygia πεντάχρονος, sequens ἑπτάχρονος. Igitur secundæ conjugationis prima syllaba quæ debet esse brevis, mutatur, ea lege, ut vim suæ proceritatis quartæ syllabæ brevi, quæ est ultima primæ conjugationis, impartiat, et ipsa quidem brevis remanet facta unius temporis, superiorem autem a se syllabam, quæ fuerat brevis, commerito suæ proceritatis extendit. Ac ita fit Ionicum ἀνακλώμενον; ut est,*

Paphias amor columbas.

Nam mor, *ſecundæ conjugationis initialis ſyllaba, quæ brevis natura, utpote in Ionico a minore eſſe deberet, derivato in ſe ſuperioris ſyllabæ tempore* ἀνακλάσει *inter Syzygias facta, Trochaicam Baſin Ionico ſubdidit; quæ Baſis ſecundum utraſque Syzygias, id eſt, primam et ſecundam, ſub hac lege verſabitur. At Juba noſter, qui inter metricos autoritatem primæ eruditionis obtinuit, inſiſtens Heliodori veſtigiis, qui inter Græcos hujuſce artis antiſtes aut primus aut ſolus eſt, negat hoc vitium, ut quidam aſſerunt, Rhythmicum fore, ſed mage metrica ratione contingere, quod per* ἐπιπλοκάς, *id eſt, metrorum inter ſe amplexiones, ut ſupra docuimus, plerumque evenit. Nam* τετραδικὴ ἐπιπλοκὴ *et* δυαδικὴ, *id eſt, quadra et binaria amplexio, huic verſui, qui Ionicus* ἀνακλώμενος *vocatur, diverſitatem varietatemque fecerunt. Etenim Antiſpaſtica et Choriambica et utraque Ionica metra de quadra amplexione ſubſiſtunt: Iambica vero et Trochaica, ſicut ſupra docuimus, duaria. Evenit autem ut Choriambica et Antiſpaſtica Iambicis conjugationibus, Ionicis vero Trochaicæ, quæ ſunt diverſarum amplexionum, miſceantur. Unde accidit, ut confuſione eorum metrorum, quæ ex diverſis amplexionibus informantur, hujuſmodi inter Syzygias paſſio ſive communio, quæ* ἀνάκλασις *a Muſicis dicitur, merito eveniat, et varietas verſui de amplexionum differentia fiat. Nam ſi puro Choriambo primam decutias ſyllabam, ſit omne, quod reſiduum eſt, Ionicum a minori: et rurſum, ſi Ionico a minori ſyllaba una mutiletur, quod remanet Antiſpaſticum deprehendas. Item ablata Antiſpaſtico prima ſyllaba Ionicum a majori perficiet. Verum hoc tunc accidit, cum purus eſt Choriambicus verſus. At enim contra cum interpoſitæ Iambicæ conjugationes reperiuntur, lex illa quadræ amplexionis infringitur, diverſique generis admixta amplexione naſcitur iſta varietas, ut præcedens colum cum eſſe ſena tempora in ſingulis conjugationibus oporteat, pentaſemum fiat, ſequens vero heptaſemo ſubſiſtat. Recipit autem Moloſſum et Anapæſtum, ſed raro, juncto Pariambo, et Dactylum, feritur autem per Dipodiam. Eſt itaque Dimetrum Acatalectum tale,*

Viret alte coma lato.

⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – –

Trimetrum vero hujuſmodi,

Procerum quis Cererem non colat agris.

⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – –

Tetrametrum vero hujuſmodi,

Modo quæ prona per Æmi fugit et paſcua tondet.

⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – –

Tetrametrum autem catalecticum copioſum eſt apud Phrynichum autorem veteris Comœdiæ, quod eſt tale,

Vocat Ætnæ ſuper altum caput acris choreas.

⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ – – | ⏑ ⏑ –

Trimetrum ſane hypercatalectum non reperias purum quando in fine Antiſpaſtus occurrit, unde ob hoc ejus vitatur aſperitas. Itaque hoc metrum et ex puris Ionicis, ut oſtendimus, conſtat, et admixtis quibuſdam

pedibus conjugatur: hoc Græci ἐπίμικτον, nos mixtum dicimus, quo frequentius veteres quam juniores uſi noſcuntur, cujus pauca exempla ſubjiciam. Trimetrum autem Acatalectum inconditæ compoſitionis tale eſt,

Salamina agit æquoris procellis.

Item qui a Ditrochæo incipit,

Cæde puberes meos Sicaniæ colonos.

Item quod primam conjugationem integram habeat, ſequentem autem temporum quatuor, tale eſt,

Sacerdonio gradivo.

Item quod inter initia facta collectione brevium pro Ionico Moloſſum accipit, erit tale,

Ararin ſic ſuper altum.

Plurimi autem tam Tragici quam Comici, ſed et Lyrici poëtæ hujuſmodi compoſitionum diverſitate libere abuſi ſunt. Inter hæc ſi Tetrametri verſus Catalectici, qui in hujuſmodi metro habendi ſunt, longas in breves ſolverint, metrum efficient Galliambicum, dictum, quaſi γάλλων ἴαμβοὶ, id eſt, maledicta, quibus nonnunquam convitiantur. Idem et metroiacon, ſeu, ut quidam. Bacchiacon ἀνακλώμενον. Cujus exemplum,

Tremulos quod eſſe Gallis habiles putant modos.

Qui ex duobus colis, id eſt, dimetro Acatalecto ſubjuncto dimetro Catalectico connexus habetur, ut eſt,

Segetes meum laborem. Segetes meus labor.

Subſiſtit ex pariambis admixtis Trochæis, ſicut dictum eſt, alterna vice, cum longis breves, aut brevibus longæ ſubjiciuntur. Memineris tamen et Tribrachyn loco Trochæi hoc metrum, ſi neceſſitas poſtularit, admittere, neque accreſcentis ſyllabæ numerum, cum in temporibus omnis ratio cuſtodiatur, officere, ut hoc Galliambicum, quod ſolutione complurium ſyllabarum compoſitum eſt. Ut,

Volat agiliter, ſunt * * * *

Bentleius ad Horat. Carm. III. xii. 1. "Pes metricus ex quatuor ſyllabis conſtans, quorum priores duæ breves, poſteriores "longæ ſunt, ut *Diomedes, metuentes, Cythereæ*, Græcis Ἰωνικὸς ἀπ' "ἐλάσσονος, Latinis *Ionicus minor* appellatur. Hoc unico pede to- "tum carmen ab initio ad finem uſque decurrit: quale unum ab "Alcmane olim compoſitum eſſe narrat Hephæſtion p. 66. cujus "hoc initium:

Ἕκατον μὲν Διὸς υἱὸν τάδε μῶσαι κροκόπεπλοι.

"Et a Sappho alterum, quod ſic incepit,

Τί με Πανδιονὶς ὠράνα χελιδών.

"ab Alcæo vero πολλὰ *multa* conſcripta eſſe idem teſtatur. Præ- "terea et duo genera fuiſſe ait (p. 120.) horum carminum Ionico- "rum: unum (id ἐξ ὁμοίων vocat) quod nullo certo pedum nu- "mero claudebatur: ſed ubicumque auctori viſum eſt, vel pedem "ſiſtebat, vel pari tenore ultra procedebat: quale crediderim Alc- "manis illud et Sapphus fuiſſe, ſolis Ionicis conſtans, cætera legi- "bus ſolutum. Atque hujus generis unum exhibet Terentianus

" Maurus, ſuumne an forte Septimii Sereni equidem neſcio, p.
" 2428.

Diomedem modo magnum dea fecit, dea belli
Dominatrix, Phrygas omnes ut in armis ſuperaret.
Patulis agmina campis jacuerunt data leto,
Pavidi tergaque dantes petierunt trepidæ mœnia Trojæ.

" Ubi vides pedum numerum non eſſe definitum, ſed carmen per
" ſynaphiam, ut vocant, quouſque velit, progredi. Quod et antea
" nos docuerat p. 2416.

Non verſibus *iſtud,* numero aut pedum, *coarctant :*
Sed continuo carmine, quia pedes gemelli
Urgent brevibus tot numero jugando longas :
Idcirco vocari voluerunt συνάφειαν.

" Alterum Ionicorum genus, quod κατὰ σχέσιν vocat Hephæſtion,
" certo eorundem pedum numero incedebat; quo ſimul ventum
" erat, claudebatur ſententia : atque inde rurſus exordiens pari
" iterum numero decurrebat : quæ *redditio* et *revolutio* (ἀνταπόδοσις
" καὶ ἀνακύκλησις) toties iterabatur, quoties voluit auctor carmi-
" nis; ea lege, ut neque pauciores neque plures pedes habuerit in
" clauſulis ſequentibus, quam in prima habuit. Tale, inquit,
" erat Alcæi carmen, cujus hoc initium,

Ἐμὲ δειλὰν, ἐμὲ πασᾶν κακοτάτων πόδ' ἔχοισαν.

" qui locus obiter corrigendus eſt : MSti quos vidi, παῖδ' habent,
" non πόδ'· ſolenni errore αι pro ε, quia eodem ſono efferebantur :
" lege igitur,

Ἐμὲ δειλὰν, ἐμὲ πασᾶν κακοτάτων πεδέχοισαν.
Me miſeram, me omnium calamitatum expertam.

" πεδέχοισαν Æolenſium dialecto pro μετέχουσαι. Addit Hephæ-
" ſtion : Ἄπειρος μὲν ὢν τις φήσειεν ἂν αὐτὸ ἐξ ὁμοίων εἶναι, ἐξ ἰωνικῆς
" ἀπ' ἐλάσσονος συζυγίας καταμετρούμενον· ἡμεῖς δὲ, ἐπεὶ ΚΑΤΑ ΔΕΚΑ
" ὁρῶμεν αὐτὸ συζυγίας γεγραμμένον, κατὰ σχέσιν αὐτὸ γεγράφθαι φαμέν·
" Hoc eſt, *Imperitus quidem aliquis hoc carmen Alcæi ſolutum legibus*
" *eſſe crediderit*; *nos vero, cum* DECEM *ubique pedibus decurrere vi-*
" *deamus, lege id conſtrictum eſſe pronunciare poſſumus.* Ubi in pri-
" mis obſervandum, omnes ejus carminis clauſulas fuiſſe *decem pe-*
" *dum.* Inde etiam luce ipſa clarius conſtabit, ad Alcæi exemplar
" hanc, de qua agimus, Odam ab Horatio compoſitam eſſe. Quip-
" pe hæc ſimiliter decem pedibus Ionicis decurrit: inde rurſus initio
" capto, ſtadium idem metitur, et quatuor ejuſmodi decapodiis
" tota finitur. Porro et illud ex verbis Hephæſtionis diſcimus,
" nullum verſiculi finem aut diviſionem eſſe, donec ad *decimum*
" pedem deventum ſit: et proinde nihil referre, utrum tribus, an
" duabus, aut unica, ſi fieri poſſet, linea, decapodia quæque ſcriba-
" tur: cum nulla pauſa aut inciſio ſit ante decimum pedem. Sed
" quandoquidem chartæ paginæque ſpatium tam longam lineam
" admittere et continere non poſſet; et proinde neceſſe eſſet, ut
" decempedalis verſus in partes divideretur; inde dubium ortum

" eſt, quibuſnam in locis commodiſſime fieri poſſet inciſio. Ubi " ridiculum plane et inſulſum ſe præbuit ſcriptor Cruquianus, qui " in medio pede Ionico cæſuram poſuit, et præterea ſexies in tam " brevi carmine verſum exire fecit in dimidiatum verbum. At " pleriſque placuit, ut in tria membra diſcerperetur, quorum duo " priora trimetra Ionica eſſent, tertium tetrametrum ; quo modo " omnes hodie Editiones præter Cruquianum exhibent :

Miſerarum eſt nec amori dare ludum
Neque dulci mala vino lavere aut ex-
animari metuentes patruæ verbera linguæ.

" Ita dividunt Marius Victorinus p. 2618. Diomedes p. 510. et " 524. Atilius Fortunatianus 2704. Plotius 2660. et Scholiaſtes " Acron. Verum in ea diviſione illud incommodi accidit, quod in " medio verbo ter fiat inciſio, inconcinne prorſus et odioſe :

Neque dulci mala vino lavere aut ex-
Simul unctos Tiberinis humeros la-
vit in undis eques ipſo melior Bel-

" quæ deformitas nebuloni cuidam anſam porrexit, ut immane " facinus aggrederetur, de quo mox plura dicemus. Nos potius in " his Græcum Hephæſtionem ſecuti ſumus, qui, ut jam vidimus, " primam in Alcæo cæſuram fecit τετράμετρον,

Ἐμὲ δειλὰν, ἐμὲ πασᾶν κακοτάτων πεδέχοισαν.

" cui accedit Marius Victorinus p. 2538. 2507. et 2496. ubi ex- " emplum Ionici ἀπ' ἐλάσσονος tetrametri acatalecti hoc adducit :

Miſerarum eſt neque amori dare ludum neque dulci.

" Quorum exemplo priores duos in hac noſtra editione ſcripſimus " tetrametros, tertium autem dimetrum, hoc modo :

Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis,
Eques ipſo melior Bellerophonte, neque pugno
Neque ſegni pede victus.

" Atque hoc pacto, ut in libro ipſo videre eſt, nulla linea dimi- " diato vocabulo clauditur ; neque aliter ab Horatii manu profec- " tum eſſe quovis pignore contenderim. Illud tamen ſemper me- " mineris, utcumque ſcriptionis commodo verſus dividatur, uni- " cum tamen revera eſſe, et continuato curſu properare uſque ad " decimum pedem.

" Cæterum ineptus eſt ſcholiaſtes Acron, cum *metrum hoc Sota-* " *dicum dici* tradit ; unde deceptus vir cetera pereruditus mirum " ſomnium habet de ſcopo et propoſito Poëtæ : quaſi Hebrus ille, " quem tantopere laudare videtur noſter, *turpis et vetulus mœchus* " eſſet, et *Sotadico hoc Satyricoque rhythmo* ironice ſugillaretur. " Quippe numquam hoc verſu uſus eſſe traditur maledicus ille So- " tades : Ionico quidem pede ſcripſit, unde lapſus eſt Acron : ſed " Ionico ἀπὸ μείζονος, ſive majore, qui contrarius plane eſt hujus " Carminis pedi, nempe Ionico minori. Hic poſt duas breves " totidem longas habet ſyllabas ; ut *Fruticeto* : ille vice verſa a " duabus longis exit in totidem breves, ut *Contendere*. Sotadicorum

" hæc exempla notiſſima ſunt (præter eos Terentiani Mauri hic
" obiter citatos)

Σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ᾽ ὦμον.
Εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὰν τὸ κέντρον ὠθεῖς.

" Ubi vides non Iambeum ab Heroico magis diſſonum eſſe, quam " Sotadicum ab hoc Horatii. Neque levius falluntur ii, qui hanc " Oden *pede parum elaborato procedere* dictitant, adeo ut bene " factum ſit, quod ſemel duntaxat Noſter hoc metrum adhibuerit. " Imo vero et in primis dulce eſt metrum, et longe omnium ope- " roſiſſimum. Geminas enim breves et geminas longas, repetita " identidem vice, pauciſſima verba ſuppeditabunt; ut agnoſcet, ſi " quis Muſarum cliens in hoc metro periculum ſui fecerit. Unde " magis credibile eſt, difficultate operis offenſum Horatium non " amplius ſemel hoc conatum eſſe. Nam magiſter ejus Alcæus " πολλὰ, ut jam vidimus, *multa* carmina hoc metro detexuit; et " profecto, ſi ad lyram canatur, ut omnia hæc chordis ſocianda " erant, mirum quendam leporem habet Ionicus minor κατὰ σχέσιν " iteratus et revolutus: ut jure de hac Oda dixerit Terentianus " Maurus p. 2428.

Simili lege ſonantes numeros ad Neobulen
Dedit uno modulatus lepide *carmine* Flaccus."

Dimetros catalecticos uſurpat Euripides in Bacch. 370.

ὁσία, πότνα θεῶν,
ὁσία δ᾽, ἃ κατὰ γᾶν
πτέρα χρύσεια φέρεις,
ἀΐεις οὐχ ὁσίαν
ὕβριν ἐς τὸν Βρόμιον.

Verſum tertium ad Hotchkiſii mentem exhibui, quomodo et correxit Hermannus. In eodem Choro deinceps ſequuntur Choriambi ſeptem continui, deinde duo Ionici dim. cat. quos excipiunt duo acatalecti, cum catalectico. Cantum claudunt Choriambi quatuor cum bacchio. Vide præterea Euripid. Iph. Aul. 1052. Bacch. 78. 86. 519. 556. 557. 559. Soph. Aj. 398. Hanc ſpeciem *Timocratium* vocat Servius.

Dimetrorum Acatalectorum exempla ſuppeditabit Æſchylus Perſ. 64—113. Supplic. 1015. ad finem. Euripides Suppl. 42. quos enucleate accurateque expoſitos reperies in nupera Cantuum Choricorum Æſchyli editione, quam procuravit vir longe eruditiſſimus mihique amiciſſimus, Carolus Burneius Grenovicenſis. His adjice Soph. Œd. Col. 697. legendum enim cum Aldo Πέλοπος πώποτε βλαστὸν, et in Antiſtropha reponendum ex emendatione Porſoni χθονὸς αὔχημα μέγιστον. Euripid. Suppl. 974. Bacch. 80. 82—85. 520. ſqq. 558. 560—564. quæ decapodia eſt Ionica. Anacreontici ex anaclomenis Cycl. 495. ſeqq. Dimetris nonnunquam interponuntur brachycatalecti, hac menſura

∪ ∪ - ∪ ∪ | - -

Vide Burneium ad Æſch. Perſ. p. 5. Similes ſunt Ariſtoph. Ran. 335. 336.

πολὺ τὰν ἀκόλαστον
φιλοπαίγμονα τιμάν.

Anacreon Athenæi XV. p. 671. E. 673. D. ſic, ut puto, diſpeſcendus eſt:

ὁ Μεγίσθης δ' ὁ φιλόφρων,
δέκα δὴ μῆνες, ἐπειδὴ
στεφανοῦταί τε λύγῳ, καὶ
τρύγα πίνει μελιηδέα.

Ejuſdem metri videtur verſus quidem ἀδέσποτος, ſed fortaſſe Sapphus, apud Etymol. Magnum p. 666, 50. ἔπετον κυπρογενῆας. Et ſic Timotheus Mileſius apud Athenæum III. p. 122. D. cujus nonnulla mendoſa arbitror. Hoc metrum Servio audit *Anacreontium.* Eodem Servio teſte, Sappho trimetrum tam catalecticum, quam acatalectum; Alcman tetrametrum acatalectum uſurpabat.

Specimen tetrametri catalectici dedit Eupolis in Schol. Æſchyli Perſ. 65.

πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη Μαρίκας.

quod genus copioſum eſſe apud Phrynichum, auctorem veteris comœdiæ, præter Hephæſtionem notavit Marius Victorinus p. 2542. Diogenis Laertii verſus in vita Eudoxi Lib. VIII. ſub finem, quos ut hexametros menſus eſt H. Stephanus, quoſque emendandi ſtudio mire corrupit Salmaſius, ſic diſponendos me monuit Porſonus;

Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ προμαθεῖν τὴν ἰδίην
Εὔδοξόν ποτε μοῖραν παρὰ τοῦ καλλικέρω
ταύρου, κοὐδὲν ἔλεξεν· βοΐ γὰρ πόθεν λόγος;
φύσις οὐκ ἔδωκε μόσχῳ λάλον Ἄπιδι στόμα.
παρὰ δ' αὐτὸν λέχριος στὰς ἐλιχμήσατο στολὴν,
προφανῶς τοῦτο διδάσκων, ἀποδύσῃ βιοτὴν
ὅσον οὔπω. διὸ καί οἱ ταχέως ἦλθε μόρος,
δεκάκις πέντ' ἐπὶ τρισσαῖς ἐσίδοντι πλειάδας.

P. 67, 10. γαλλιαμβικόν. Terentianus Maurus p. 2446. de hendecaſyllabo antiſpaſtico agens, ita fatur;

Juverunt ſegetes meum laborem.
Juverunt *caput eſt id hexametri:*
Si cures reliquos pedes referre,
Juverunt animum verſus ex carmine Flacci.
Quod reſtat, ſegetes meum laborem,
Tale eſt, ceu, triplici vides ut ortu
Triviæ rotetur ignis,
Volucrique Phœbus axe
Rapidum pererret orbem.
Nonnulli metron hoc magis putarunt
Quod ſit poſtera pars ionicorum,

Quos dicunt ἀπὸ μείζονος vocandos,
Ut verſus reparetur inde plenus:
Segetes meum laborem:
O quam relevarunt ſegetes meum laborem:
Triviæ rotetur ignis,
Cernis quotiens hic Triviæ rotetur ignis.
Nec pars hæc anapæſton, atque iambos,
Nec non et catalecticam ſupremam,
Sed ſumat pariambon, et trochæos,
◡ ◡ – ◡ – ◡ – –
Segetes meum laborem:
Quod metro ſoleant pedes Ione,
Hunc (longas brevibus, breveſque contra
Alterna vice commodando longis)
Verſum claudere ſæpe de trochæis.
Nec mirum puto, quando Varro verſus
Hos, ut diximus, ex Ione natos
Diſtinguat numero pedum minores.
Hoc ſi ſic repetamus, ut ſecundo
Supremam dare ſyllabam negemus,
Juncto commate Galliambos exit;
Segetes meum laborem | ſegetes meum labo:
Sonat hoc ſubinde metro Cybeleium nemus:
Nomenque Galliambis memoratur hinc datum,
Tremulos quod eſſe Gallis habiles putant modos:
Adeo ut frequenter illum prope ab ultimo pedem,
Mage quo ſonus vibretur, ſtudeant dare tribrachyn:
Anapæſtus eſſe primus, ſpondeus et ſolet;
Duo poſt erunt iambi, tribrachyſve ſubicitur:
Linquitque comma primum catalecticam brevem.
Pariambus, et trochæi duo comma poſterum,
Tribrachyſve continebunt, ſuper atque ſemipes;
Servaſſe quæ Catullum probat ipſe tibi liber,
Super alta vectus Atys celeri rate maria,
Phrygium nemus ut citato cupide pede tetigit.

Conſimilia his dant Marius Victorinus p. 2601. 2602. Atilius Fortunatianus p. 2677.

CAP. XIII.

De Pæonico.

P. 72. DIOMEDES p. 506. *Pæonicum metrum, quod plerique rhythmicum esse dixerunt, constat priore Pæone. Admittit vero et quartum, et Creticum, et Bacchium, a brevi qui est, ad metri finem. Hoc ἐν παραβάσει Aristophanes composuisse creditur. Elegantissimum est igitur cum per singulos pedes pars orationis impletur.* Putschius dederat *a brevi qui est: a dimetri hoc enparabase A. c. c.* ed. Med. sic: *a brevi qui est adimetri finem composuisse creditur.* Unde Putschium emendavi. Atilius Fortunatianus p. 2679. *Pæonicus versus quadratus ab Aristophane Comico compositus est, ex eo pæone, qui constat longa syllaba et tribus brevibus, cluditur autem cretico.* Sequentia videntur corrupta. Marius Victorinus p. 2543. *Pæonicum metrum, sive Creticum, ut quidam ferunt, afferentes Pæonas originem ex Cretico seu Amphimacro traxisse, longis ejus prima et suprema in breves solutis, quibus Pæon primus et quartus creari noscuntur, quod etiam ex Bacchio et Palimbacchio adæque fit, unde et Bacchiacum a quibusdam hoc metrum dicitur, quidam ultimo loco posuerunt, Proceleusmatico repudiato. Quod tamen magis Rhythmo, i. e. numero, quam metro congruere varietas ipsa compositionis ostendit. Nam recipit nonnunquam in breves solutos Amphimacros, quorum etiam clausula, qua fit carmen ejus Catalectum, terminatur, adeo huic familiaris est, ut plerique hoc metrum Rhythmum Creticum dixerint, quod cum ejusmodi sit, tamen usus ejus apud Lyricos, sed et Tragicos et Comicos frequens est, et præcipue de Bacchiacis et Creticis solutionibus.*

Idem mox;

Hexametrum autem Aristophanes composuit tale, ut sint Pæones primi tres, et insequantur totidem Cretici, tanquam

Ver agere purpurea te Venus amoribus diva pollens jubet.
- υ υ υ | - υ υ υ | - υ υ υ | - υ - | - υ - | - υ -

Sed et hic Tetrameter Pæonicus Catalecticus, is duntaxat qui maxime in usu est, ex longa et tribus brevibus ab Aristophane compositus est, totus, ut vides, ex Pæone primo, ultimo Amphimacro, syllabis quidem minor, temporum tamen totidem.

Et paullo post;

Quod autem post tres Bacchios postremo Pæone concluditur, metrum Bassaricum *appellatur, ut est,*

Ab euro sonorum quis Ætnæ per maria.
υ - - | υ - - | υ - - | - υ υ υ

Id vero quod tribus præcedentibus Creticis diiambo clauditur, fiet Rhythmus concurrens ex duobus Amphimacris et Trochaico Dimetro Catalectico, quod Euripidion nominatur, tanquam

Aureo ſub toro tollit æmulas faces.
- ᴗ - | - ᴗ - | - ᴗ | - ᴗ | - ᴗ | -

Nam ferme Tragicis carminibus Bacchiaca compoſitio familiaris eſt.

P. 72, 6. κρητικόν. Sic etiam Ariſtoph. Eccleſ. 1157. Κρητικῶς οὖν τὼ πόδε καὶ σὺ κίνει. Cratini locum ſic conſtituit, et ex conjectura ſupplevit Porſonus:

χαῖρε δὴ μοῦσα, χρονία μὲν ἥκεις· ὅμως δ'
ἦλθες οὐ πρίν γε δεῖν ἴσθι σαφές· ἀλλ' ὅπως
(εὔτονον τοῖς θεαταῖσιν αἴσει μέλος.)

Sed exempla uberiora pro more proferenda ſunt. Ac primum, monometrum non raro trochaicis interponitur; et hoc quidem ſummo jure, pes enim creticus verſum efficit trochaicum monometrum catalecticum. Vide Æſchyli Eumenid. 914. Suppl. 1064. et confer ſupra p. 261. Invenitur quoque aliis metrorum generibus conjunctum. Syllabas primam, et tertiam, aliquando etiam utraſque ſimul, in duas breves ſolutas habet.

Dimetrorum, frequentiſſimi generis, ſed ab Hephæſtione, neſcio quo pacto, prætermiſſi, leges et indolem ex Ariſtophanis locis infra ſubjectis pro ſe quiſque facillime eruet. Hoc tantum in anteceſſum monebo me neutiquam Hermanno p. 189. adſtipulari, ultimam cujuſque verſus ſyllabam pro ancipiti habenti. Ac ipſe Hermannus errorem ſuum poſtea p. 359. agnoſcere videtur, quippe qui exempla ad iſtam rem facientia inter hexametros adnumerarit. Ariſtophanes itaque Equit. 303.

ὦ μιαρὲ, καὶ βδελυρὲ,
- ᴗ ᴗ ᴗ | - ᴗ ᴗ ᴗ |
καὶ κεκράκτα θράσους
- ᴗ - | - ᴗ - |
πᾶσα μὲν γῆ πλέα,
πᾶσα δ' ἐκκλησία,
καὶ τέλη καὶ γραφαὶ,
καὶ δικαστήρι' ὦ
βορβοροτάραξι, καὶ
τὴν πόλιν ἅπασαν ἡ-
μῶν ἀνατετυρβακώς.

Citavit Hermannus ejuſdem fabulæ 323—325. 381—387. 396—398. Lyſiſtr. 1193—1198. 1207—1210. Acharn. 286—291. 296—301. 335. 337—339. 341. 343—345. 665—675. Pac. 350—359. 391—398. 1131—1135. 1163—1167. Av. 1069—1071. 1099—1101. Vide et Sophoclis Œd. Tyr. 653. 665. Electr. 1384. 1418. Aj. 880. 887. 903. Phil. 392. Euripid. Or. 311. 1417—1422. Ph. 330. 1302. Med. 1248. Hipp. 365. Iph. Aul. 212. 239. 286. 297. Bacch. 988. Ion. 736. Herc. F. 133.

Hujus metri ſpecimen Choriambico dimetro catalectico terminatum dedit Bacchylides apud Dionyſium Halic. περὶ Συνθέσεως p. 240. ed. Upton.

οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ'
ἀμβολᾶς, ἀλλὰ χρυ-
σαιγίδος Ἰωνίας
χρὴ παρ' εὐδαίδαλον
ναὸν ἐλ-
θόντας ἁβρόν τι δεῖξαι.

Trimetri rariores ſunt, neque hujus generis legitimum ſyſtema uſpiam reperiſſe memini. Tetrametrorum inſigne exemplum præſtabit Ariſtophanes in Veſp. 1266. ab Hephæſtione laudatus. Adde et Acharn. 970—998. qui tamen locus etiamnum medicam manum poſtulare videtur. Apud Suidam v. ἀπ' ἀκροφυσίων.

ῥήματά τε κομψὰ, καὶ παίγνι' ἐπιδεικνύναι
- ∪ ∪ ∪ | - ∪ - | - ∪ ∪ ∪ | - ∪ -
πάντ' ἀπ' ἀκροφυσίων, κἀπὸ κιναβρευμάτων.
- ∪ ∪ ∪ | - ∪ - | - ∪ ∪ ∪ | - ∪ -

apud Athenæum VII. p. 285. E.

μηδὲ τὰ Φαληρικὰ τὰ μικρὰ τάδ' ἀφύδια.

Sic enim voces turbatas in metri legem redegit Porſonus. Solutionum exempla pete ex Av. 312.

ποῦ μ' ἄρ' ὃς ἐκάλεσε; τίνα τόπον ἄρα ποτὲ νέμεται;
- ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ -

et 316.

τίνα λόγον ἄρα ποτὲ πρός γ' ἐμὲ φίλον ἔχων πάρει.
∪ ∪ ∪ ∪ ∪ | ∪ ∪ ∪ - | ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ | - ∪ -

Sic enim optime MS. Ravennas.

Pæon quartus, etſi raro, nonnunquam erat in uſu, ut in ſcriptore apud Ariſtotelem Rhet. III. 8.

μετὰ δὲ γᾶν ὕδατά τ' ὠκεανὸν ἠφάνισε νύξ.
∪ ∪ ∪ - | ∪ ∪ ∪ - | ∪ ∪ ∪ - | ∪ ∪ ∪ -

Incertus apud Rufinum de metris Comicis p. 2711.

παρὰ σοφοῦ μάθε κλύων ὅσα τίς ἂν καταμάθοι.

P. 74, 9. In Simmiæ verſu ultimo legendum cenſebat Porſonus,

Δῶρι, κυμοκτύπων Ἡρακλείων μύχων

i. e. δέσποτις. Et in ejuſdem p. 75, 3.

δῶκεν αἰχμὰν ἔχεν Ἐνυάλιος εὔσκοπον.

P. 76, 5. Hexametros eſſe Ariſtoph. Acharn. 207.

ἐκπέφευγ', οἴχεται φροῦδος, οἴμοι τάλας, τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν.
οὐκ ἂν ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, ὅτ' ἐγὼ φέρων ἀνθράκων φορτίον.

arguit ultima vocis φορτίον ante ſequentem ἠκολούθουν producta. Sic etiam in Antiſtropha ἐσπείσατο ante οἶσιν eliſionem non patitur.

P. 77. Pes Bacchius, qui verſum efficit Iambicum monometrum catalecticum, locum habet in clauſulis v. c. Sophocl. Œd.

Tyr. 1468. 1471. 1475. Col. 318. 1271. Phil. 785. 787. 804. Duplicatur Ariſtoph. Acharn. 735. Euripid. Oreſt. 173. 1286. 1438. 1439. Phœn. 1321. Hippol. 552. Troad. 1099. Rheſ. 697. 708. 709. Ion. 193. 1467. 1468. Trimeter eſt fortaſſe Rheſ. 710.

Tetrametri ſunt Æſchyl. Prom. 115.

τίς ἀχὼ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ᾽ ἀφεγγής.

ſcriptoris apud Dionyſium Hal. περὶ Συνθ. p. 132.

τίν᾽ ἀκτὰν, τίν᾽ ὑλὰν δράμω; ποῖ πορευθῶ.

Soph. Phil. 396. 397.

ὅτ᾽ ἐς τόνδ᾽ Ἀτρειδᾶν ὕβρις πᾶσ᾽ ἐχώρει.

Pentameter Euripid. Helen. 650.

πρὸς ἄλλαν δ᾽ ἐλαύνει θεὸς συμφορὰν τᾶσδε κρείσσω.

CAP. XIV.

De metris inter ſe κατ᾽ ἀντιπάθειαν conjunctis.

DECURSIS *metrorum,* inquit Marius Victorinus p. 2547. *per novem ſpecies faſtigiis, elementiſque principalibus, quæ Græci πρωτότυπα, velut primas figuras appellando, nominarunt, ſcilicet artis hujuſce prima, ut ita dixerim, ſemina, dicendum dehinc ſecundum ipſam diſciplinæ originem conſentaneum reor, quæ ex iiſdem veluti fontibus derivata ad innumerabiles metrorum ſpecies, nunc per adjectionem, nunc detractionem, aut tranſmutationem, vel concinnationem, proceſſiſſe videantur. Et cum non queant omnia ob immenſam ſui copiam comprehendi, utpote cum ſint innumerabiles figuræ compoſitionum, ſeu quas priſca ætas dedit, ſeu quas ſequens æmula imitatione excogitando produxit, tamen ex his quas aut frequens uſus celebrat, aut potior authoritas recipiendo commendat, prout potero ſollicita inveſtigatione comprehenſa depromam; quo ſubinde ea quæ fallunt apud Poetas metra præceptis diſciplinæ inſtruendis facilius intelligantur, qua metrorum origine exorta, qua ſpecie figurata aut ſitu temporum digeſta, aut copulatione connexa videantur. Habet enim metrorum inter ſe ratio ſummam in cognoſcendo voluptatem, qua et veterum ſub quacumque lege tradita celeriter comprehendere, et multa ipſi æmulante ſtudio nova concipere animo, atque informare poſſimus.* Paullo infra rem ſic proſequitur. *Dicemus de mixtis ac mutua connexione ſociatis metrorum generibus, quorum bifariam ratio diſpergitur. Namque alia conſentanea, et veluti cognata inter ſe ratione junguntur: alia ex diſſidenti et contraria, quæ Græci κατὰ συμπάθειαν et κατὰ ἀντιπάθειαν appellant. Erunt ergo per συμπάθειαν, id eſt, per conſentaneum affectum, mixtæ inter ſe Iambicæ baſes Choriambicis et Antiſpaſticis; nam quotiens copulantur, ſub quacumque ſede, videas veluti ex una eadem ſpecie id compoſitum metrum*

ſtare, et quaſi uniforme, quod μονοειδὲς *Græci dicunt, procedere. Adæque et Trochaicæ Baſes Ionicis pari conſenſione ſociantur, cum Epiplocarum, quas amplexiones metrorum diximus, mutuo inter ſe ſucceſſione variantur. Et cum non ſolum Trochæum, et ſolutionem ejus Tribrachum, ſed et ſpondeum cum ſuis ſolutionibus, id eſt, Dactylum et Anapæſtum, admittat, tamen uniformia metra ſentiuntur, cum ex ſimilibus et familiaribus pedibus ſit iſta conjunctio. Similiter Dactylicis Anapæſtica incidunt.— Qua viciſſitudine et ex Trochaicis Iambica, et ex Anapæſticis Dactylica metra inter ſe formantur. Per* ἀντιπάθειαν *vero, id eſt, per contrarium affectum ſeu paſſionem, jungunt ea, quorum inter ſe contrariæ ſpecies haud facile copulantur. Eſt enim conjunctionis genus nimis ſcabrum atque aſperum, ut ſunt Ionica* ἀπὸ μείζονος *cum Iambicis, vel Dactylica cum Trochaicis ſemper diſſentientia inter ſe atque abhorrentia, unde et* ἀσυνάρτητα *a Græcis, id eſt* inconnexa *appellantur; ut eſt,*

Beatus ille qui vagans | mente vivit integra.

Nam compoſitus apparet verſus ex Dimetro Iambico Acatalecto, et Dimetro Trochaico Catalectico ex diverſis et contrariis amplexionibus: hi enim, etiamſi genere congruunt, ſpecie tamen diſcrepant. Item, ex Anapæſto Acatalecto, et Iambico Dimetro Catalectico, ut eſt,

Age nunc comites rabidæ Cybeles | vocant choros ad aras.

Intelligis igitur, atque ipſo ſenſu abhorrentium aurium percipis, duo metrorum cola diſſidentia inter ſe, ita confragoſe atque aſpere coiſſe in unitatem connexionum, ut ſuperiora lene ac liquidum nequaquam conveniſſe videantur. Item, ſi quatuor dactylis tres trochæos, quod vocant Ithyphallicum, jungas, erit ἀσυνάρτητον, *ut eſt illud,*

Tunc et amoris amor venit improbus | aliger Cupido.

*Præterea per mixtiones colorum, id eſt, membrorum, in metris quadripartita e . . . * . . . ex duobus colis imperfectis conciliantur, aut duobus perfectis, aut ex perfecto et imperfecto, aut contra: id eſt, ex imperfecto et perfecto, quod* ἀσυνάρτητον *appellavimus metrum, quale eſt ex Iambico dimetro catalectico et Ithyphallico compoſitum, ita,*

Jubar ſuperne fulgida | lucet arce cæli.

Aut contra, ex Trochaico dimetro acatalecto, et Iambico dimetro catalectico, velut,

Cæruli monarcha ponti, | ratiſque rectitator.

In hujuſmodi verſibus membrorum manifeſta diſcretio eſt, quæ autem ex duobus imperfectis colis, id eſt, membris conciliantur, vix eſt eorum ſeparationem diviſionemque cognoſcere, in his præcipue, quæ minimæ proceritatis connexa junguntur: exempli gratia, ſi ſit Iambicum dimetrum catalectum, et ſequatur Dactylicum dimetrum brachycatalectum, ita,

Dicata eſt vario.

Cum ſit traditum colum ita demum juſtæ proceritatis accipi, ſi decem et octo temporibus ſuppleatur. Cum autem nec coli menſuram brevitas iſta conficiat, quantum a perfecti verſus menſura diſcordet, utique manifeſtum eſt, cum colum portio verſus eſſe tradatur. Sunt item quæ pri-

mam Trochaicam, ſecundam choriambicam, tertiam Trochaicam, ſed et quartam ſyllaba breviorem conjugationem habeant, quorum exempla plerumque apud Comicos Diphili et Menandri Comœdiis reperiuntur. Verum hæc hactenus noſcenda ſunt, ne quid per imperitiam præteriiſſe videamur: alioquin et vitanda et reſpuenda ſunt. Nam profecto Poetæ levia et ſonora ſectanda ſunt, quæ autem fragoſa et aſpera, diſcendi cauſa, non ut imitentur, ſed ut vitentur, noſcenda ſunt. Quorum, ſicut et aliorum complurium, auctor et parens fertur Archilochus, ſingularis artificii in excogitandis et formandis novis metris, qui primus Epodos excitavit alios breviores, alios longiores, detrahens unum pedem ſeu colum metro, ut illi ſubjiceret id quod ex ipſo detractum eſſe videbatur, ut in Heroo, a quo primum cœpit, tanquam,

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis.

Dehinc Epodus ſui generis,

Arboribuſque comæ.

Et illud cum Heroi verſus ſecundo colo, Ithyphallico Epodo par ἀντιπάθεια *reſpondet, ut,*

Priamique evertere gentem | fata jam parabant.

P. 78. Metrorum, quæ hoc capite recenſet Hephæſtio, pauciſſima ad noſtram uſque ætatem perduravere ſpecimina. Et quod ad Sapphicum Epichoriambicum attinet, Odam integram hujus moduli ſervavit Dionyſius Halicarnaſſeus περὶ Συνθεσ. p. 206. magnam partem alterius Longinus cap. X. Paucos verſus dedere alii; e. g. Euſtathius ad Il. Θ. p. 729 = 621, 42.

ἀστέρες μὲν ἀμφὶ καλὰν σελάναν
ἂψ ἀποκρύπτοισι φαεννὸν εἶδος,
ὁππόκαν πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ
γᾶν——

ſic enim citat Scaliger ad Manilium p. 66. Hermogenes περὶ ἰδεῶν II. p. 323. ed. Criſpin. καὶ τὰς μὲν οὐκ αἰσχρὰς (ἡδονὰς) ἔστιν ἁπλῶς ἐκφράζειν· οἷον, κάλλος χωρίου, καὶ φυτείας διαφόρους, καὶ ῥευμάτων ποικιλίας, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ταῦτα γὰρ καὶ τῇ ὄψει προσβάλλει ἡδονὴν ὁρώμενα, καὶ τῇ ἀκοῇ, ὅτε ἐξαγγέλλει τις. ὥσπερ ἡ Σαπφώ· Ἀμφὶ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν κελαδεῖ δι᾽ ὄσδων μηλίνων. καὶ αἰθυσσομένων δὲ φύλλων Κῶμα καταῤῥεῖ. In verſus ſic ordinat idem Scaliger ad Tibullum p. 113.

ὕδωρ
ἀμφὶ δὲ ψυχρὸν κελαδεῖ δι᾽ ὕσδων
μαλίνων· αἰθυσσομένων δὲ φύλλων
κῶμα καταῤῥεῖ.

Strabo I. p. 69 = 58.

ἤ σε Κύπρος, ἢ Πάφος, ἢ Πάνορμος.

Athenæus XIII. p. 599. D.

κεῖνον, ὦ χρυσόθρονε Μοῦσ᾽, ἔνισπες
ὕμνον, ἐκ τᾶς καλλιγύναικος ἐσθλᾶς

Τήϊος χώρας ὃν ἄειδε τερπνῶς
πρέσβυς ἀγαυός.

meminerit autem lector poſtremos hoſce verſus, Athenæo judice, a Sapphone non eſſe conſcriptos.

Etymologus M. p. 335, 37. τὰ γὰρ δύο σσ εἰς ζ τρέπουσιν Αἰολεῖς. τὸ γὰρ ἐπιπλήσσω ἐπιπλάζω. Σαπφώ·

τὸν δ' ἐπιπλάζοντ' ἄνεμοι φέροιεν.

Recte inſuper notat Hephæſtio, hoc genus brevibus ſtrophis trium verſiculorum ſolere contineri, quibus in fine quartus erat adjectus, *Adonius* Servio p. 1820. Plotio p. 2640. choriambico monometro hypercatalecto, ſive dactylo et ſpondeo, conſtans. Ultimum hunc perpetuo carmine uſurpaſſe Sapphonem teſtantur Grammatici Latini. Terentianus p. 2431.

Cætera pars verſus, pedibus finita duobus,
Tale ſolet colon ſubjungere, primus ab oris.
Continuaſſe pedes iſtos in carmine ſolos
Dicitur hæc eadem præclara poetria Sappho.
Fingere nobis
Tale licebit:
Primus ab oris
Troius heros,
Perdita flammis
Pergama linquens,
Exul in altum
Vela reſolvit.
Sæpe repulſus
Auſone terra
Mœnia feſſis
Sera locavit.
Unde Latinum
Poſt genus ortum
Altaque magnæ
Mœnia Romæ.

Adde Marium Victorinum p. 2564.

Magnam inter hunc et tertium cujuſlibet ſtrophæ Epichoriambicum neceſſitudinem intercedere, exinde ſatis liquet, quod vocabula haud raro inveniantur ſic diviſa, ut prior eorum pars Epichoriambicum terminet, poſterior Adonei initium faciat.

πύκνα δινεῦντες πτέρ' ἀπ' ὠραν' αἰθέ-
ρος διὰ μέσσω.

Vocabulorum diviſio in ceteris verſibus nullum locum habet. Reperitur Epichoriambicus aliquoties, etſi parcius, in Tragicorum melicis: v. g. Euripid. Med. 649. Iph. Aul. 219. Sophocl. Œd. Col. 1241. Nec prætereundum eſt, in Sapphicis Horatii quartam ſyllabam ubique produci, et cæſuram penthemimerim curatius ſervari; quorum utrumque, Græcorum poetarum veſtigiis preſſius inſiſtens, negligit Catullus.

P. 79, 10. ἀπὸ ἀντισπαστικῆς. Confer Euripid. Hippol. 558. Nec inepte fortaſſe huc retuleris verſus iſtiuſmodi, quos ſupra inſerui inter choriambicos p. 295. primo pede diiambum habentes. Vide Euripidis Herc. Fur. 352. 353. Helen. 1472. Cum diſpondeo Helen. 1484.

P. 79, 17. Ἐπιώνικον. Niſi mutilus hic loci eſſet Hephæſtio, pergeret proculdubio dicere, verſus hoſce ab Alcæo ſemper comprehendi peculiari ſyſtemate, ad ſequentem normam compoſito:

1. et 2. Epionici.
3. Iambicus dimeter hypercatalectus.
4. Logaœdicus. Vid. p. 43, 7.

Sequentia exempla rem clariorem facient.

Alcæus apud Heraclidem Ponticum p. 413.

τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται
τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
ναΐ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ
χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ· καλὰν
πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἰστοπέδαν ἔχει,
λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἤδη,
καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.
χαλᾶσι δ' ἄγκυραι——

quæ ſequuntur ibidem ad metri ſaltim formam ſic apte redigas,

τόδ' εὖτε κῦμα τῶ προτερώνέμῳ
στίχει, παρέξει δ' ἄμμι πόνων πολὺν
ἄντλον.

Idem apud Athenæum X. p. 430. A.

ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐκ δ' ὀρανῶ μέγας
χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.
* * * *
κάββαλλε τὸν χειμῶν', ἐπὶ μὲν τιθεὶς
πῦρ, ἐν δὲ κιρναὶς οἶνον ἀφειδέως
μελιχρὸν, αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ
μαλθακὸν ἀμφιτιθεῖ γνάφαλλον.

Ibid.

οὐ χρὴ κακοῖσιν θυμὸν ἐπιτρέπειν,
προκόψομες γὰρ οὐδὲν ἀσώμενοι,
ὦ Βυκχί· φάρμακον δ' ἄριστον
οἶνον ἐνεικαμένοις μεθυσθῆν.

et,

νῦν χρὴ μεθύσκειν καί τινα πρὸς βίαν
πίνειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλος.

Apud Ariſtotelem Rhet. I. 9. ix. 3.

θέλω τιν εἰπῆν, ἀλλά με κωλύει
αἰδώς——
αἰ δ' ἶχε σ' ἐσλῶν ἵμερος, ἢ καλῶν,
καὶ μηδὲν εἰχῆ γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,

αἰδώς κεν οὐχί σ' εἶχεν ὄμματ',
ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

quemadmodum citat Scaliger ad Virgilii Cirin p. 63. (cf. ad Eusebium p. 85.) probantibus viris doctissimis Gatakero ad Marc. Antonin. p. 69. et Toupio ad Longinum p. 301.

Versum ejusdem apud Harpocrationem et Suidam v. τετύφωμαι, Photii auxilio adjutus, sic corrigit Toupius Em. T. III. p. 177.

πάμπαν δὲ τυφὼς ἐκ δ' ἔλετο φρένας.

Aliud fragmentum in Plutarcho Erot. T. II. p. 765. E. Etymologi MS. ope apud Valckenærium Diatribe Euripid. p. 161. detexit Porsonus.

("Ερωτα) δεινότατον θεῶν
ἐγείνατ' εὐπέδιλος Ἶρις
χρυσοκόμα Ζεφύρῳ μιγεῖσα.

Valckenærii verba sunt: "In Etymologico MS. Parisiis ista legit "D. Ruhnkenius in v. Ἵμερος—τὰ ἄνθη λέγουσιν Ἵμερα, ἐπεὶ ἐν "τῷ ἔαρι φύονται, ὅτε καὶ τὰ ἐρωτικὰ θερμότερα ἐστί. τούτου χάριν καὶ "ὁ Ἀλκαῖος Ζεφύρου καὶ Ἴριδος τὸν Ἔρωτα φησίν. Scripsisse Gram-"maticus Ἔριδος videbitur L. Gyraldi comparanti Hist. Deor. "Synt. XIII. p. 405. F. et Michaëlis Fourmontii Dissert. de Ve-"nere insertam Actis Academ. Reg. Inscript. T. VII. p. 25, 26." Conjecturam suam viro doctissimo male cessisse demonstrat locus ipse Alcæi supra positus. Ac miror sane Valckenærium, quo nemo diligentius Eustathium perlegerat, in sequentia verba, quæ nuper mihi magni istius critici commentarios perlustranti obvenere, non incidisse, ad Il. E. p. 555=421. 39. φασὶ δὲ τὴν Ἶριν ἐρωτικὴν καὶ αὐτὴν εἶναι. καὶ μὴν τινες ὡς καὶ προεγράφη (Il. Γ. p. 391=296, 26.) αὐτῆς καὶ Ζεφύρου παῖδά φασι γενέσθαι τὸν Ἔρωτα.

Iambicus dimeter hypercatalectus exstat in Etymologo M. p. 639, 31. αὐτοῦ δὲ τοῦ οὐδεὶς τὸ οὐδέτερον, δὲν, χωρὶς τῆς ου παραθέσεως, ἔχομεν παρὰ Ἀλκαίῳ ἐν τῷ ἐνάτῳ,

καί κ' οὐδὲν ἐκ δενὸς γένοιτο.

sic enim MS. D'Orvillianus.

Notandum est autem, Horatium in Epionico cæsuram penthemimerim fere semper inviolatam servare; quintam quoque syllabam semper longam adhibere; in dimetro etiam iambico, tertio pede semper spondeo usum esse.

P. 81, 19. Locum Alcmanis sic emendavit, et ex conjectura acutissime supplevit Porsonus;

Ἰνὼ σαλασσομέδοισ', ἂν ἀπὸ μασθῶν
ῥίπτεν φάτις γαλασηνὸν Μελικέρταν.

Versuum speciebus in hoc capite ab Hephæstione prolatis, unam libet adjicere cum Poetis scenicis, tum Pindaro satis familiarem. Ea nempe constat ex dipodia Iambica et Trochaica; et a plerisque vocatur *Periodicus*. Pindar. Olymp. II. init.

ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι.
υ - υ - | - υ - ⏑̱

Vide Sophocl. Œd. Tyr. 649. Electr. 249. Trach. 132. 498. Aj. 221. Eurip. Oreſt. 971. Suppl. 376. Iph. Aul. 291. Troad. 562. 1098. Catalecticus reperitur Œd. Tyr. 652. 664. 892. Col. 1453. Electr. 1085. 1417. Euripid. Med. 1249. 1252. Hippol. 1136. Alceſt. 924. Suppl. 781. 800. 809. Herc. Fur. 410. 412. Quod ſupereſt, ut Hermanni verbis p. 400. utar, "Verſuum κατὰ ἀντιπάθειαν μικτῶν ingens adhuc multitudo commemorari poterat, "ſed horum rationem facile quivis intelliget, qui eas, quæ omnium numerorum communes ſunt leges, didicerit."

CAP. XV.

De Aſynartetis.

VERSUUM aſynartetorum indolem et artificium optime declaravit Bentleius ad Horatii Epod. XI. "Sub primis Poeticæ artis "initiis ſimplici pede verſus decurrebant, Heroicus Dactylo, Tro-"chaicus et Iambicus uterque ſuo; niſi ubi, pes omnibus illis "cognatus, Spondeus interponebatur, quo verſus, ut Noſter ait, "*tardior paullo graviorque ad aures veniret.* Poſtea, ut varietatis "gratiam aucuparentur, cola quædam ſive partes Heroici verſus "cum colis Trochaici generis vel Iambici, et viciſſim, in unum "verſum miſcebant; unde magnus novorum verſuum numerus "illico naſcebatur; quos Græci magiſtri ἀσυναρτήτους, hoc eſt, *in-"connexos* vocabant; quia alterum colon altero diverſi generis "connecti et coagmentari non poteſt, utcumque uno verſiculo "utrumque ſit concluſum. Horum ἀσυναρτήτων numerum ad "LXIV. uſque exſurgere narrant Scholiaſtes Hephæſtionis p. 52. "(83.) et Marius Victorinus p. 2552. Parens autem et inventor "horum erat Archilochus. Πρῶτος ἀσυναρτήτοις Ἀρχίλοχος κέχρη-"ται, ait Hephæſt. p. 48. (83.) *Primus inconnexis verſibus Archi-"lochus uſus eſt:* ubi et diverſa eorum genera profert; quorum ea "tantum hic memorabo, quæ Flaccus imitatus eſt. Unum ergo "ait p. 50. (88.) conſtare ἐκ δακτυλικῆς τετραποδίας καὶ τοῦ Ἰθυ-"φαλλικοῦ, hoc eſt, prius colon eſſe tetrametrum Heroicum; poſte-"rius tres trochæos; quale illud Archilochi;

οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα | κάρφεται γὰρ ἤδη.

"Quod ſemel duntaxat Flaccus expreſſit, Carm. I. 4.

Solvitur acris hiems grata vice | veris et Favoni.

"Ubi iterum Cruquius ex Blandiniis ſuis profert συναρτητῶς pro

" ἀσυνάρτητος; atque idem inepte ex duobus colis duos versus
" constituit in hunc modum,

Solvitur acris hiems grata vice
Veris et Favoni:

" eodem plane errore, quo in hisce Epodis peccavit Lambinus.
" Ea enim ἀσυναρτήτων ratio ipsa et definitio est, ut δύο κῶλα ἀνθ'
" ἑνὸς μόνου παραλαμβάνωνται στίχου *duo cola pro unico versu acci-*
" *piantur*, p. 48. (83.) Alterum Archilochi ἀσυνάρτητον p. 51.
" (89.) constabat ἐκ δακτυλικοῦ πενθημιμεροῦς, καὶ ἰαμβικοῦ διμέτρου
" ἀκαταλήκτου, sive prius colon erat pars Elegiaci, posterius pars
" Iambici; quale illud,

ἀλλά μ' ὁ λυσιμελὴς | ὦ 'ταῖρε δάμναται πόθος.

" et ad hoc exemplum semel tantum decurrit Horatius in hoc
" ipso Epodo XI.

Scribere versiculos | amore percussum gravi.

" Tertium autem Asynarteti genus, quale nullum ex Archilocho
" profert Hephæst. est illud Epodi XIII. ubi ordine inverso, pars
" Iambici præcedit, et pars Elegiaci subsequitur; tanquam si
" scriberes,

ὦ 'ταῖρε δάμναται πόθος | ἀλλά μ' ὁ λυσιμελής.
Nivesque deducunt Jovem | nunc mare nunc siliüæ.
Occasionem de die | dumque virent genua.

" Utrum autem hoc invenerit Horatius, an ex Archilocho acce-
" perit, nescias hodie; quandoquidem hujus opera ad nostram
" ætatem non perennaverunt. Si Attilio Fortunatiano credis,
" Horatii inventum est, sic enim ait p. 2684. *Omnia metra va-*
" *riantur,—aut permutatione, tamquam*

Occasionem de die | dumque virent genua.

" *Nam cum Archilochus Heroi partem priorem cum Iambici priore parte*
" *composuerit, ita ut antecederet Heroum, in hunc modum;*

Scribere versiculos | amore percussum gravi.

" *Horatius immutavit, ut antecederet Iambici pars, sequeretur Heroi,*
" *sic,*

Occasionem de die | dumque virent genua.

" Eadem fere habes apud eundem p. 2699. Tamen, opinor, Ho-
" ratio ipsi de se potior fides habenda est; qui clare negat se ul-
" lius carminis modos immutasse; Epist. II. 19.

Parios ego primus Iambos
Ostendi Latio, numeros *animosque secutus*
Archilochi, *non res et agentia verba Lycamben.*
Ac ne me foliis ideo brevioribus ornes,
Quod timui mutare modos *et carminis artem.*

" Et certe hunc ipsum versum *Archilochium* vocat Diomedes p.
" 515. et Scholiastes Blandinius de Metris apud Cruquium in
" fine libri. Sed utcumque hoc fuerit; utrumque Epodon, et
" hunc XI. et alterum XIII. alternos versus ἀσυναρτήτους habere
" ex duobus colis constantes; atque ea cola intra unum versicu-

" lum concludenda eſſe, non, ut Lambinus voluit, in binos diſſe-
" canda, jam certo, puto, compertum tibi eſt, ex iis quæ modo
" attulimus. Atque illis concinunt omnes ubique Grammatici,
" quotieſcumque de his metris agunt, ut Diomedes p. 511. et 528.
" Marius Victorinus p. 2549. 2619. 2622. et Attilius Fortuna-
" tianus p. 2706. Sic et auctor Carminis de Paſiphaë (apud
" Blandinium de metris ſcriptorem, et Pithœum) quo omnia Ho-
" ratiana metra eleganter complexus eſt, ſingulis verſibus ſingula
" Aſynarteta exhibuit,

Cecropides juvenis | *quem perculit fractum manu*
Filo reſolvens Cnoſſiæ | *triſtia tecta domus.*

" Denique diſertiſſimus ille de metris ſcriptor, Terentianus Mau-
" rus, in ipſo fine operis, ex duobus colis *unum verſum fieri* bis
" clare teſtatur : cujus locum, ob ſingularem viri auctoritatem et
" elegantiam, integrum hic ſubjiciam : ubi de Flacco loquitur,

Nec non trimetro talem Epodum comparat.
Pentametri partem dactylicam ſubicit,
Atque dimetron ad hoc; | unumque verſum *reddidit:*
Petti, nihil me, ſicut antea, juvat
Scribere verſiculos | amore perculſum gravi.
Semelque et iſtud functus eſt.
Idemque Epodon non trimetro reddidit;
Sed verſum heroum voluit præmittere totum,
Dein dimetrum conlocat | *commaque dactylicum*;
Et hic, ut ante, verſus unus *ut foret:*
Horrida tempeſtas cælum contraxit, et imbres
Niveſque deducunt Jovem | nunc mare, nunc ſilüæ.

" Quid ergo ? jamne vides, in quanta harum rerum ignoratione
" verſati ſint, qui per integrum jam ſæculum, duce Lambino,
" editiones ſuas hoc emblemate dehoneſtarunt. Nam quod ar-
" guit optimus Torrentius ; ſi unico verſu duo cola illa conclu-
" dantur, inverecunde nimis Flaccum nunc brevem ſyllabam pro-
" duxiſſe, nunc vocalem ante vocalem non abjeciſſe, ut in illis,

Arguit et latere | *petitus imo ſpiritus.*
Fervidiore mero | *arcana promorat loco.*
Levare diris pectora | *ſollicitudinibus.*

" in eo oſtendit ſe verſus Ἀσυναρτήτου indolem non omnino per-
" cepiſſe. Diſerte enim docet Hephæſtion, optimus metrorum
" auctor, ſyllabam ultimam prioris coli perinde eſſe communem,
" ac ſi integrum Hexametrum vel Iambicum clauderet : unde et
" Archilochum ait in illo, de quo jam egimus, Aſynarteto,

οὐκ ἔθ᾽ ὅμως θάλλεις ἁπαλὸν χρόα, κάρφεται γὰρ ἤδη.

" etiam Creticum pedem διὰ τὴν ἐπὶ τέλους ἀδιάφορον pro dactylo
" poſuiſſe, ut in hoc,

καὶ βήσσας ὀρέων δυσπαιπάλους | οἷος ἦν ἐφ᾽ ἥβης.

" Vides tamen, nihilo minus, tam hæc cola apud Archilochum,
" quam illa apud Flaccum, in unum verſum coaleſcere."

P. 83. In Aſynarteto, cujus hic mentionem facit Hephæſtio, primus pes eſt vel [1] iambus, vel [2] ſpondeus, vel [3] anapæſtus; ſequuntur duo anapæſti, iambus vel ſpondeus, duo iambi et ſyllaba.

∪ -	∪ ∪ -	∪ ∪ -	∪ -	∪ -	∪ -	-
- -			- -			∪
∪ ∪ -						

ſequentia loca Porſoni indicationi debeo:

Ariſtoph. Veſp. ſub finem:

[1] στρόβει, παράβαινε κύκλῳ, καὶ γάστρισον σεαυτὸν,
[2] ῥίπτε σκέλος οὐράνιον, βέμβικες ἐγγενέσθων.
καὐτὸς γὰρ ὁ ποντομέδων ἄναξ πατὴρ προσέρπει,
ἡσθεὶς ἐπὶ τοῖσιν ἑαυτοῦ παισὶ τοῖς τριόρχαις.
ἀλλ᾽ ἐξάγετ᾽, εἴ τι φιλεῖτ᾽ ὀρχούμενοι, θύραζε
ἡμᾶς ταχύ· τοῦτο γὰρ οὐδείς πω πάρος δέδρακεν,
ὀρχούμενον ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν.

Phrynichus Athenæi XIII. p. 564. F. 604. A.

λάμπει δ᾽ ἐπὶ πορφυρέαις παρῇσι φῶς ἔρωτος.

Euripides Athenæi IV. p. 158. F.

ἀρκεῖ μετρία βιοτά μοι σώφρονος τραπέζης,
[3] τὸ δ᾽ ἄκαιρον ἅπαν τόδ᾽ ὑπέρβαλλόν τε μὴ προσείμαν.

Diphilus ibid. XI. p. 499. C.

λάγυνον ἔχω κενὸν, ὦ γραῦ, θύλακον δὲ μεστόν.

Cratinus Athenæi VIII. p. 344. F. Κρατῖνος δ᾽ ἐν Δραπέτισιν εἰπὼν περὶ αὐτοῦ, Λάμπωνα τὸν οὐ βροτῶν

ψῆφος δύναται φλεγυρὰ δείπνου φίλων ἀπείργειν.
βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρὸν, τρίγλῃ δὲ κἂν μάχοιτο.

Vide et eundem XII. p. 553. E.

Eubulus ibid. III. p. 105. F.

καρῖδα καθῆκα κάτω, κἀνέσπασ᾽ αὖθις ∪ -

His adde Ariſtoph. Eccleſ. 576 Neſcio an Euripid. Med. 986. 987. in unum compingi debeant,

σὺ δ᾽, ὦ τάλαν, ὦ κακόνυμφε, κηδεμὼν τυράννων.

ſed de hoc, et ſi quæ alia occurrant ſimilia, ampliandum cenſeo.

Huic verſui affinem judicavit Bentleius Diſſ. Phalarid. p. 227. Latinorum metrum Saturnium, quod ſic deſcribit Terentianus Maurus p. 2439.

Aptum videtur eſſe
Nunc hoc loco monere,
Quæ ſit figura verſus,
Quem credidit vetuſtas
(Tanquam Italis repertum)
Saturnium vocandum.
Sed eſt origo Græca,
Illique metron iſtud

Certo modo dederunt:
Noſtrique mox Poetæ
Rudem ſonum ſecuti,
Ut quæque res ferebat,
Sic diſparis figuræ
Verſus vagos locabant:
Poſt rectius probatum eſt,
Ut tale colon eſſet
Junctum tribus trochæis:
Ut ſi vocet camœnas *Quis novem ſorores,*
Et Nævio poetæ *Sic ferunt Metellos*
Cum ſæpe læderentur *Eſſe comminatos:*
Dabunt malum Metelli Nævio poetæ.
Dabunt malum Metelli *Clauda pars dimetri.*
Adeſt celer Phaſelus,
Memphitides puellæ,
Tinctus colore noctis.
Poſt Nævio poetæ *tres vides trochæos:*
Nam nil obſtat trochæo longa quod ſuprema eſt.

Plura deſiderantibus præſtabunt Diomedes p. 512. Marius Victorinus p. 2586. Plotius p. 2650. Atilius Fortunatianus p. 2679. Hermannus Lib. III. c. 9.

P. 84, 11. Marius Victorinus p. 2580. *Dimetro Anapæſtico catalectico, ſive Heroo Penthemimeri, ſi Phalæcii colon, id eſt, partem e tribus Trochæis ſeu Syzygiam ejus adjunxeris, Proſodiacum metrum efficies.* Plotius p. 2664. *Proſodiacum Hyporchematicum fit ſyllaba, et penthemimeri dactylico et tribus trochæis.* Confer locos allegatos viris doctis infra ad Proclum. Verſus ſimiles iſtis,

αὐτὰ δὲ σὺ Καλλιόπα.
‒ ‒ | ∪ ∪ ‒ | ∪ ∪ ‒ |
Ἐρασμονίδη Χαρίλαε.
∪ ‒ | ∪ ∪ ‒ | ∪ ∪ ‒ | ∪

aliquoties in melicis Tragicorum reperiuntur et in Pindaro.

P. 88, 13. Hanc Archilocheorum aſynartetorum ſpeciem, *Logaœdicum Archilochium Ithyphallicum* Plotio p. 2663. imitatus eſt Horatius Carm. I. 4. cui, ducem ſecutus, ſubjunxit Iambicum trimetrum catalecticum. Archilochus ipſe apud Stobæum Geſneri p. 399, 21. Grotii p. 263.

τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθεὶς,
πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε,
κλέψας ἐκ στήθεων ἁπαλὰς φρένας—

Similiter Simonides in Analectis Brunckii T. I. p. 143.

μνήσομαι, οὐ γὰρ ἔοικεν ἀνώνυμον ἐνθάδ' Ἀρχεναύτεω
κεῖσθαι θανοῦσαν ἀγλαὰν ἄκοιτιν,
Ξανθίππην Περιάνδρου ἀπέκγονον, ὅς ποθ' ὑψιπύργου

σήμαινε λαοῖς ἕρμ' ἔχων Κορίνθου.

Theocritus iisdem usus est Epigr. XVIII. in Archilochum, trimetro tamen iambico acatalecto interposito.

Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητὰν
τὸν τῶν ἰάμβων· οὗ τὸ μύριον κλέος
διῆλθε κἠπὶ νύκτα καὶ πρὸς ἀῶ.
ἦ ῥά μιν αἱ Μοῖσαι καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπευν Ἀπόλλων,
ὡς ἐμμελής τ' ἔγεντο κἀπιδέξιος
ἔπεά τε ποιεῖν πρὸς λύραν τ' ἀείδειν.

Idem versui hendecasyllabo Phalæcio postposuit,

ὁ μικκὸς τόδ' ἔτευξε τᾷ Θρείσσᾳ
Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ, κἠπέγραψε Κλείτας.
ἕξει τὰν χάριν ἁ γυνὰ ἀντὶ τήνων
ὧν τὸν κῶρον ἔθρεψε· τί μήν; ἔτι ΧΡΗΣΙΜΑ καλεῖται.

eidem præfixit Callimachus Ep. XLII.

Alio asynarteto, qui ex Iambica penthemimeri et logaœdico dactylico constat, præfixit Simonides Brunck. Anal. I. p. 141.

πολλάκι δὴ φυλῆς Ἀκαμαντίδος ἐν χοροῖσιν Ὧραι
ἀνωλόλυξαν κισσοφόροις ἐπὶ διθυράμβοις
αἱ Διονυσιάδες, μίτραισι δὲ καὶ ῥόδων ἀώτοις
σοφῶν ἀοιδῶν ἐσκίασαν λιπαρὰν ἔθειραν,
οἳ τόνδε τρίποδά σφισι μάρτυρα Βακχίων ἀέθλων
θήκαντο. κείνους δ' Ἀντιγένης ἐδίδασκεν ἄνδρας.
εὖ δ' ἐτιθηνεῖτο γλυκερὰν ὄπα Δωρίοις Ἀρίστων
Ἀργεῖος ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς,
τῶν ἐχορήγησεν κύκλον μελίγηρυν Ἱππόνικος
Στρούθωνος υἱὸς, ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθεὶς,
αἵ οἱ ἐπ' ἀνθρώποις ὄνομα κλυτὸν, ἀγλαάν τε νίκαν
θῆκαν, Θεῶν ἰοστεφάνων ἕκατι Μοισᾶν.

Versus ultimus fortasse mendosus est.

P. 89, 12. Plotius p. 2662. *Encomiologicum Archilochium fit penthemimeri dactylico præposito, et quatuor pedibus disyllabis iambicis subjunctis,* (Horat. Epod. XI.)

Fabula quanta fui, conviciorum pœnitet.

Dipodia minor est Euripid. Med. 414.

ἀνδράσι μὲν δόλιαι βουλαί· θεῶν δ'.
– ∪ ∪ – ∪ ∪ – | – – ∪ – |

P. 90, 4. Hoc metrum *Encomiologicum Stesichorium* vocat Plotius p. 2662. Vide Euripid. Orest. 1292. Troad. 805. Ion. 1067. De loco Alcæi ab Hephæstione prolato multa argutantur viri docti. "Ἦρ' ἔτι Δινομένει &c.] Hæc perquam obscura sunt et non leviter "forsan corrupta: visne tamen suspicionem meam? Legendum "forte: Ἦρ ἔτι Δινομένει τῷ Τυῤῥακήῳ, *Ver adhuc est Dinomeni Tyr-"raciensi.* ἦρ pro ἔαρ notissimum est: et hoc metaphorice accipi-"tur hic; quicquid scilicet eximium est ac lætum, ἔαρ dicitur "propter ipsius veris indolem eximiam ac lætam :· οἱ ἔφηβοι τῆς

" πόλεως ἔαρ ex Athenæo innotuerunt omnibus; alia præterea
" ſponte. *Ver* hic fortuna proſpera eſt, et rerum ſtatus maxime
" lætus: id omnes intelligunt ſtatim. Dinomenes ex Hiſtoria
" celeberrimus eſt, quia filium habuit Gelonem, de quo inter alios
" Herodotus Muſa ſeptima: hunc tangere potuit Alcæus, niſi
" fallor; τῷ Τυῤῥακήῳ certe Siculum nobis prodit: apud Stepha-
" num Byzantinum legimus, Τυρακῖναι· πόλις Σικελίας, μικρὰ μὲν,
" εὐδαίμων δ' ὅμως. quod Cluverio aliiſque diſplicet, quia nuſquam
" alibi reperitur nomen: corrigunt igitur Τιρακίη, de qua Diodo-
" rus, et cujus cives a Plinio dicuntur *Tiracienſes.* Non impro-
" vide quidem, ſed ita, ut tamen maluerim ego Τυρακίη vel Τυρα-
" κίαι: nam ſimilem ſcripturam, quam ſibi literarum ordo poſtu-
" lat, habemus hoc ipſo loco, nihilque facilius eſt, quam mutatio
" literæ υ in literam ι: quanquam utroque etiam modo nomen
" efferri potuit olim. Certe et *Tyracienſes* apud Plinium non diſ-
" plicerent mihi: quicquid ſit, de eadem urbe Alcaicum hoc ac-
" cipi poteſt: geminavit enim Poeta literam caninam in gratiam
" verſus, et ſic nomen ſibi fecit morigerum. Quæ ſequuntur, ne
" litera fere mutata, ita conſtitui poſſunt, Τάρμενα λαμπρὰ κέατ' ἐν
" μυρσίνῃ οἱ, *in Myrto inſtrumenta egregia repoſita ſunt ei:* pro τὰ
" ἄρμενα ſcriptum τάρμενα; omnia intellige, quibus familia eſt
" inſtructior: κέαται eſt κεῖνται, et de præſenti cogitandum hic:
" ἐν μυρσίνῃ arcas et loculos deſignat ex myrto, in quibus inſtru-
" menta illa magnifica quieſcebant; et hoc ſarcaſticum eſt, niſi
" fallor, et potentiorum Maſtix ſcripſit, ut patrem Tyranni lude-
" ret; ſcis, quid de Alcæo circumferatur in Antiquorum ſcriptis.
" Attende: non diſplicebunt forte hæc Noſtra, quæ tamen nihil
" aliud ſunt, quam conjecturæ meræ. Illud certum eſt, eleganter
" Alcæi Poemation ab his potuiſſe incipere: nam eo ſane tendit
" eorum indoles." *Pauwius.*

" Locus perobſcurus, ad quem ſe fere caligare fatetur Pauwius,
" neque ego audacter idem de me negavero: id tamen, quod mihi
" ſe obtulit, in medium proferam. Ἦρ' non in Ἦρ, *ver,* ſed in
" ἦ ῥ', quod eſt pro ἦ ῥα, *anne,* mutandum videtur. Non placet
" Τυῤῥακήῳ; a Τιρακίη enim vel Τυρακίη non poteſt derivari genti-
" litium Τυῤῥάκηος; accedit quod Plinius lib. iii. c. 8. ſine dubio
" de Tiraciæ civibus loquens, mentionem faciat *Tiracienſium. Ti-*
" *racienſes* autem Græce ſunt Τιρακιεῖς, neque ab analogia alienum
" eſt, a Τιρακία fieri Τιρακιεύς, ut ab Ἀλωπεκία, Ἀλωπεκιεύς. Οἰ-
" χαλία, Οἰχαλιεύς. Ἀμαντία, Ἀμαντιεύς. Ἀμαξία, Ἀμαξιεύς. Ἀν-
" δανία, Ἀνδανιεύς. Ἀνδρία, Ἀνδριεύς. Ἀπία, Ἀπιεύς. Ἀρία, Ἀριεύς.
" Ἰκαρία, Ἰκαριεύς. Quæ omnia, et ſexcenta alia exempla, videre
" licet apud Stephanum Byzantinum. Pro Τυῤῥακήῳ igitur lege-
" rem Τυρακιῆϊ; primus enim pes verſus iambici dactylus eſſe
" poteſt. In verſu ſecundo pro μυρσινήῳ legi poſſet μυρσιναίῳ,
" quod eſt a μυρσίνη, *myrtus.* Senſus loci, ſi quem hoc abruptum
" fragmentum habet, hic erit; *Anne adhuc Dinomeni Tyracienſi in-*
" *ſtrumenta jacent in myrtea* ſc. arca." *Arnaldus.*

“ Ἀλκαῖος ἐν ἄσματι οὗ ἡ ἀρχὴ] A. ἐν ἄσμασιν, οὗ ἡ ἀρχή. Si
“ ἄσμασιν probum, ὧν legendum: et tum hi duo ſequentes ver-
“ ſus initium duarum odarum conſtituerint: quod notes, Lector.

Ἦρ᾽ ἔτι Δινομένει τῷ Τυῤῥακήῳ
Τ᾽ ἄρμενα λαμπρὰ κέατ᾽ ἐν μυρσινήῳ.

“ Non miror hæc perquam obſcura fuiſſe viſa illiterato huic lite-
“ ratori: doctis enim hæc etiam difficultatem creaverint: cor-
“ rupta eſſe non negarim: forte tamen non adeo, atque ipſe pu-
“ tarit: videamus primo varias lectiones in hoc loco.

“ ἦρ᾽] Flor. ἦ ῥ᾽ ἔτι. *ſane adhuc.* Urſinus ἦρ᾽ ἔτι: eodem redit.
“ Arnaldus etiam accipit pro ἦ ῥά. ſed interpretatur *anne:* eodem
“ et id redit. Vide Vannum de hac particula, p. 144. Theocrit.
“ Idyll. ii. 6. 20. 114. Pavus hinc extudit ſubſtantivum ἦρ. *Ver*
“ *adhuc eſt Dinomeni Tyrracienſi: nam* ἦρ *notiſſimum.* Potius docuiſ-
“ ſet Alcæum hac voce ipſa uti p. 100. Urſini: ‘ ἔαρ *autem omne*
“ *eximium et lætum:* οἱ ἔφηβοι τῆς πόλεως ἔαρ *innotuerunt ex Athe-*
“ *næo omnibus:*’ ſcilicet Athenæus ipſi ex Scapula. Miſeret me
“ aridi tophi; cui nullum uſquam exemplum ſuppetit niſi ex
“ Lexicis. Mox rurſus *ver* ſignificat *fortunam proſperam* et *rerum*
“ *ſtatum maxime lætum.* At hæc ſignificatio, Pave, nondum omni-
“ bus vel ex Athenæo vel alio innotuit: illa tibi probanda fuerat:
“ ſed in Lexicis non habebatur.

“ Δινομένει.] Διννομένῃ. Flor.

“ Τυῤῥακήνῳ. admirabilia comminiſcitur hic: primum fingit
“ Dinomenen hunc eſſe Gelonis, Tyranni Syracuſani, patrem,
“ quem tetigerit Alcæus. Mirare, mirare CHRONOLOGUM in
“ Græca hiſtoria peritiſſimum Pavonidem. Nam ἀκμὴ Alcæi ſta-
“ tuitur Olympiade XLIV. jam Gelo occupavit Tyrannidem Gelæ
“ circa Olympiadem LXXII. quando fingit Noſter Dinomenen ad-
“ huc vixiſſe, et ab Alcæo fuiſſe perſtrictum: at vide quam im-
“ mane intervallum inter ἀκμὴν Alcæi et Gelonem Tyrannum
“ Gelæ factum: fere triginta Olympiadum, atque ideo centum
“ fere et viginti annorum: ut neceſſe fuerit Alcæum ætatem pro-
“ duxiſſe ad centum et quadraginta ad minimum annos, et ea in
“ ætate adhuc carmina condidiſſe. Nam ponamus Alcæum geſ-
“ ſiſſe trigeſimum annum ἐν ἀκμῇ Olympiade XLIV. ſi huc addas
“ XXVIII Olympiadas ſive CXII annos, tantum continges tempus,
“ quo Gelo factus Gelæ tyrannus; et quando Alcæus natus de-
“ buerit eſſe CXLII annos. O mira commenta! homines una vi-
“ vere et inimicitias gerere credendum, qui fere centum annorum
“ intervallo ſejuncti ſunt: nam Alcæum ponit vivum vigentem-
“ que tempore Gelonis jam tyranni: jam illi id non accidit niſi
“ CXII fere annos ab ἀκμῇ Alcæi. Quin ponamus Alcæum ad-
“ huc LX annos poſt annum, cui ἀκμὴ adſignatur, vixiſſe: ſive
“ anno XC obiiſſe: tamen intervallum inter Alcæi mortem et
“ Gelonis Tyrannida erit plus quam quinquaginta annorum: et
“ longe magis etiam peccavit, ſi tum jam Syracuſis ponit Gelo-

" nem potitum: quod poſt id tempus aliquot annis accidit: ipſum marmor Arundellianum primum verſu LXIX. Ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξανθίππου· ἀφ᾽ οὗ Γέλων ὁ Δεινομένους . . ἐτυράννευσεν. jam Olympiade LXXV hic Xanthippus Archon fuit. Nonne hæc egregie peritiam CHRONOLOGICAM Criticaſtri indicant?

" At ſi jam tempora congruerent, non minus abſurda his adjungit: nam hunc Dinomenen facit *Tiracienſem:* dabimus ei in aliquot momenta hanc urbem: ſed veteris ævi imperitiſſimus homo rurſus neſcit Gelonis majores ex Telo, inſula maris Carpathii, oriundos, et inter illos fuiſſe, qui deducti ſunt in Coloniam Geloam: et ibi ſacerdotio fuiſſe potitos: uti non paucis verbis declarat Herodotus eodem illo libro, quem laudat noſter Melitides ipſe. L.VII.C. 153. 154. ſed non inſpexit vel non intellexit: en verba Muſæ ſeptimæ. *Viri Geloi, in ſeditione inferiores, in Mactorium urbem, ſitam ſupra Gelam, profugerunt: hos Telines Gelam reduxit, pactus ut poſteri ſui illic Antiſtites Deorum eſſent: mox Hippocrate Tyrannidem Gelæ obtinente, Gelon inter poſteros Telinis vatis, declaratus eſt equitatus præfectus . . . Gelorum imperium adeptus eſt: poſt hoc Syracuſis etiam potitus.* Secundum ergo Pavonem noſter Dinomenes duobus locis eſt natus Gelæ et Tyraciæ. Rurſus hoc vere egregium: ſed forte contenderit inſtar Apollonii, qui Rhodius dicitur, licet eſſet Alexandrinus, hunc Dinomenen fuiſſe dictum Tyracienſem, licet Gelous.

" Nunc videamus magnificam illam urbem, quam exædificavit eo fundamento, quia hic Siculum hominem inveniſſe ſibi viſus fuit: vel e contrario Dinomenen putavit Siculum, quia hic urbem Siculam inveniſſe ſibi perſuaſit. Sed vereor, ne urbs ipſo cum cive brevi diſpareat. Cluverius p. 388. '*apud Diodorum L. XII. p.* 89. *urbs memoratur,* Τρινακρία. *id forte corruptum ex* Τιρακία: *inde apud Plin. Tiracienſes: apud Steph.* Τυρακῖναι: *an idem ſit cum Diodori* Trinacia *ac Plinii* Tiracia, *haud temere dixerim.*' Vides omnia hæc incertiſſima eſſe: et hinc tamen materiam arceſſit ad urbem ſuam excitandam Pavo: nec magis certum aliquid, ut decebat, hic addit. Sed porro: detur urbs Τυρακῖναι, Τιρακία, Τρινακία. Quid? an vel ex ullo horum vocabulorum fiat Τυῤῥακῆος. nam prius facit Τυρακιναῖος, ſecundum et tertium Τιρακιεὺς, Τρινακιεὺς, vel Τιράκιοι et Τρινάκιοι. (quam difficultatem recte movit Arnaldus: et emendat igitur Τυρακιῆι: addens Dactylum poſſe locum habere in prima Iambi ſede. Sed, pace viri eruditiſſimi, nullo modo locum habere ſtatuerim in κώλῳ Iambico: κῶλα enim non ita libera ſunt, atque ipſi verſus: ſed hoc leve: et quoniam ipſa Τυρακία locum hic jam non habet; de ceteris poſſumus eſſe ſecuri) unde igitur hic Τυῤῥακῆος! unde geminatum Ῥ! et tamen audacter vocat *Tyrracienſem:* quaſi Τυῤῥάκηος eſſet Tyrracienſis: ut adeo hoc nomen urbis incertiſſimum hic nullo modo locum habere poſſit. Sed omnes

" has forte difficultates facile fuperarit redivivus nofter Amphion, " Tiraciæ conditor. Hæc funt re vera plus quam Romanenfium " nugatorum deliramenta, ita homines, ita urbes in aëre fingere.

" Pergamus ad alterum verficulum: mox noftram fententiam " declarabimus. Τ᾽ἄρμενα λαμπρὰ κέατ᾽ ἐν μυρσινήῳ. Priora verba " minimum difficultatis haberent, modo de ultimi vocabuli fenfu " et Orthographia conftaret: in Cod. videtur Μυρσιννήῳ, quod in " metrum peccat: in Flor. Μυρσίνῳ, item contra metrum: fic " quoque Urfinus. H. vero Stephanus in tertia Lyricorum edit. " Μυρσινίῳ, quod P. Stephanus correxit in Μυρσινήῳ. Pavus miri- " fice corrigit ἐν μυρσίνῃ οἱ: *in arca myrtea ei: ei* id eft, Dinomeni. " Ride veram Pavoninam elegantiam in illo οἱ in fine verfus: fed " fi duo funt initia duorum verfuum, ubi tum illud bellum οἱ! " Arnaldus Μυρσιναίῳ: eodem modo intelligit *in arca:* fi modo " Μυρσιναῖος aliquo exemplo ftabiliri poffet, in fequenti verfu forte " fubftantivum κιβώτιον vel fimile expreffum fuerit.

" Videamus jam an aliquid magis probabile in medium adferri " poffit. Et magni fane momenti effet, fi cognofcere hunc Dino- " menen liceret: et mihi non Siculus: non Tiracienfis: fed civis " Alcæi fuiffe videtur, vel certe in civitate una verfatus. Novi- " mus, quem locum Lycus apud Alcæum obtinuerit, qui fecun- " dum Horatium Lib. i. 32.

Liberum et Mufas, Veneremque, et illi
Semper hærentem puerum canebat,
Et Lycum, nigris oculis, nigroque
Crine decorum.

" Novimus non uno Bathyllo contentum Anacreonta carminibus " quoque celebraffe Cleobulum et Smerdian. Si eodem genio " fuerit Alcæus: forte an Lyco addendus hic Dinomenes: at ta- " lia fufpicari æque incertum atque injuriofum in poetam eft. Si " tamen huic fufpicioni aliquod pondus addere! fi Dinomeni huic " adfidentem Alcæum tibi fpectandum dare poffemus! et nifi " animi fallor, id quidem fiet: infpice Athenæum Lib. XI. c. 1. " p. 460. D. ibi lego: Καὶ Ἀλκαῖος, Ἐκ δὲ ποτηρίων πώνης ΔΙΝ- " ΝΟΜΕΝΗ παρίσδον. An agnofcis ibi Διννομένη plane fcriptum, " ut in Florentina? Quid ais, Lector, huncne ego fingo Δεινομένην " [Διννομένη]: an ibi ante me natum in carmine Alcæi fpiravit: " fed ægre? Refcribe. Δεινομένη, *e poculis * * Dinomini adfidebam.* " Audi Cafaubonum ad hunc locum: '*at teftimonium Alcæi pro " depofito non injuria habuerim: fed tentare quid vetat? fcribo* ἐκ δὲ " ποτηρίων πίοντες δειπνομένη παρίσδον *vel* Δεινομένει. *Dinomenes eft " ufitatum Græcis nomen.*' Videfne magnum Animadverforem hic " agnofcere Dinomenen? Quid? fic dudum ante iftud tempus " ediderat Urfinus. Ἐκ δὲ ποτηρίων πώνης Δεινομένει παρίσδω: ubi " addit, *Dinomenis et alibi meminit Alcæus.* Hæc verba ab illis Sap- " phus forte fenfu non multum abierint.

Φαίνεταί Fοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν

Ἔμμεν ὠνὴρ, ὅστις ἐναντίον τοι
Ἰζάνει, καὶ πλασίον ἀδὺ φωνεύ-
σας ὑπακούει.

"Quicquid ſit, videmus in Alcæi Carminibus Dinomenen non "ſemel celebratum: et ambo loca magis eo tendunt, ut credamus "amicum Dinomenen quam inimicum Alcæo. Sed quid! ſubito "e manibus ille in ſecundo loco elabitur: ὤχετο. φροῦδός ἐστι. et "Pavonina Magia Dinomenes noſter in tria quatuorve pocula "transformatus eſt: '*legendum enim in iſto loco:* Ἐκ δὲ ποτηρίων "τ' ὄνυξ, δῖνος, μάνης παρίσδον' *ergo dicit Alcæus. E variis poculo-* "*rum generibus aſſidebant hæc pocula,* ὄνυξ, δῖνος, μάνης' *de poculis* "*eleganter dixit* παρίζον, *aſſidere et jacere una.*' Eleganter me her- "cule et plane Pavonικῶς. quin Lector, qui neſcit unde hæc pe- "tita, dejerarit, Pavonis hoc eſſe commentum. Reſtabat, ut Criti- "cus ſermones nobis narraſſet, quos habuerunt Alcæus cum hiſce "poculis et pocula inter ſe, ubi aliquantum incaluerant mero. "Doleo ſane quando ingenium humanum hiſce ludibriis expoſi- "tum video: eſt enim S. Petitus Lib. vii. Miſcell. i. qui nobis "hæc, atque utinam hæc iſtius generis ſola, narravit. Dinome- "nes ergo utroque loco maneat: an vero fuerit Alcæi παιδικὰ, in "medio relinquo: ſufficit notiorem tibi hunc Dinomenen reddi- "diſſe: quid autem faciam voci πώνης neſcio.

"Sed quid faciemus vocibus τῷ Τυῤῥακήῳ: pro quo Florent. "Τυῤῥάκκω: H. Stephan. Τυῤῥακίῳ: unde ſuum Τιρακίη et Τυῤῥα- "κίη furatus eſt Pavo: ſi velis urbem aliquam hic intelligi, latiſ- "ſimus jam tibi campus patet: nec una Sicilia concluderis. Sed "quia nihil eo in genere mihi ſuccurrit, quod probabile ſit, a con- "jecturis vanis abſtineo: levem ſuſpicionem proponere tamen li- "ceat: in Florent. legitur τῷ Τυῤῥάκκω' ſine ſubſcripto Ἰῶτα' eſ- "ſetne igitur Genitivus Doricus et nomen patris Dinomenis, cui "nomen Τυῤῥάκηος? mirabor ſi plumbeus Pavo acutius quid ex- "cogitarit.

"Secundum verſiculum, ſi quidem cum primo cohæſit, ita ca- "perem, ut τ' ἄρμενα λαμπρὰ reſtringerem ad inſtrumenta convi- "valia: ad pocula: de quibus λαμπρὸς, et λάμπειν non incom- "mode adhibetur: ſive accipias, ut illud Horatianum: *ne non et* "*cantharus et lanx Oſtendat tibi te:* ſive potius ad materiam et "opus inſtrumenti convivalis referas: et in μυρσινήῳ vel μυρσιναίῳ "latere putes Myrteum abacum.

"Si vero, ut Florentina innuit, duorum carminum ſunt initia: "ἐν ἄσμασιν enim habet: ultimum verſum eſſe adjectum a docto "alio grammatico quodam, qui ejuſdem generis ex alio poeta "metrum adjicere voluit: vel aliquid intercidiſſe, quo ſignifica- "batur non eſſe ejuſdem Alcæi, liceat in re obſcura hariolari: nec "tamen id ſuſpicari auderem, niſi aliquo modo huc impulſus "eſſem a Florentina Editione. Illud ſi dederis, in hoc carmine "actum putarem de Harmodio et Ariſtogitone, qui Tyrannum

" Athenienſem Hipparchum occiderunt, celantes gladios in myr-
" teis ramis: et cujus facti Scolion meminit apud Athenæum
" XV. 15.

Ἐν μύρτῳ κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
Ὥσπερ Ἁρμόδιος κ' ἀριςογείτων,
Ὅτε τὸν τύραννον καινέτην,
Ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

" De metro non reſpondeo: libuit tamen verſuum ſpecie hæc proponere: vide Kuſterum ad Suidam in ἐν μύρτου κλάδῳ. Neſcio autem, qua auctoritate H. Stephanus hoc ipſum Scolion Alcæo adſcripſerit in Lyricis ſuis p. 16. cum iſta tempora Alcæus minime adtigerit: quin vocem κλαδὶ ita Alcæo attribuerit in Lexico: ſed etiam in pluribus ſequentibus errat: quæ omnia ſunt Carcini, ut patet ex Athenæi loco laudato, et recte omiſſa ab Urſino: de hiſtoria notiſſima poſſunt conſuli Interpretes Thucyd. lib. vi. c. 54. ſi hæc ſuſpicio non plane vana, ἄρμενα hic *arma* ſignificabunt, quæ λαμπρὰ dici poſſe nemo dubitat. Alcæus p. 105. Urſini λαμπραὶ κναμίδες.

" Hæc ad locum hunc ſane difficillimum: in quo conjecturis aliquantum indulſimus. Id vero certum in dictis, Pavonem craſſiſſime erraſſe in HISTORIA et CHRONOLOGIA Græca, cum Alcæum facit Geloni Tyranno æqualem: nugatum cum de urbe Tyrracia cogitat: ineptiiſſe, cum Poetam Alcæum, qui patriæ ſuæ tyrannis et vicinis fuit inimicus, odia quoque exercuiſſe fingit cum Gelone, Syracuſarum tyranno: et id quidem tam ridiculo modo, ut non auſus ipſum Gelonem tangere, eum in patre Dinomene lædere voluerit: cui ſtultiſſime quoque ἦρ contribuit: *florentem ſtatum:* cum hic Dinomenes procul dubio, ut ipſe filius, antequam tyrannidem invaſerat, fuerit ἰδιώτης, ut Gelonem ipſum vocat Diodorus lib. xiii. p. 151. Γέλων ἐξ ἰδιώτου, τῆς Σικελίας ὅλης ἡγεμὼν ἐγένετο.

" Ex omni parte igitur hic ſe turpiter dedit Thraſonides noſter: qui et in eo errat, quod Carmen hoc vocet *Alcaicum.* Nam licet ab Alcæo ſit conditum, a Technicis ita non vocatur. Quis enim non rideret Grammaticum, qui Sapphus aliquam Elegiam vocaret *Sapphicum?* at eodem jure, quo hic Pavo, uteretur: ſic mox p. 145. Φ vocat literam *duplicem:* quam Grammatici nominant adſpiratam: ζ. ξ. ψ. duplices, Pave. ϑ. φ. χ. aſpiratæ: *quid nunc te, aſine, literas doceam,* Cicero rogabat olim L. Piſonem, virum conſularem: id te ego, hominem nihili, majori jure rogo: quod ſi fuſtibus, ut ille ibidem ait, minus pepercisſent, qui tibi συλλαβίζειν monſtraverunt olim, verbis tot ego pepercisſe potuiſſem, nec pæne ſenex ignoraſſes, quæ pueri ſciunt. Recte equidem Θ ex TH. Φ ex ΠΗ. Χ ex ΚΗ compoſitas literas dicere poſſis, adeoque duplices vocare, ut pulchre oſtendit J. Buherius in doctiſſima Diſſertatione de priſcis Græcorum et Latinorum literis p. 561. 565. in calce Palæographiæ Montefalconianæ: vide quoque Arnald. in Animadv. p. 4. Sed nemo,

"nisi intelligi non velit, Grammaticas vel Prosodicas tradens disciplinas, hæc elementa duplicium adpellatione designarit: hæc subjunxi, ne cavillationi locus pateret." *D'Orvillius.*

Scaliger Poet. II. 17. citat,

ἦ ῥ' ἔτι δινομένη τῷ τυράννῳ
τἄρμενα λαμπρὰ κέατ' ἐν μυρίνῳ.

Hermannus p. 385. quod mirere, Arnaldi conjecturam adoptat, Τυρακίνῃ.

P. 91, 1. *Iambelegus*, inquit Plotius, p. 2662. *nomen accepit, quod iambico et elego constat.* Exempla vide Sophocl. Aj. 178. 179. Trach. 95. 99. 821. Euripid. Hec. 937. 8. 942. Orest. 1259. Androm. 767. 8. 776. 7. 793. 1027—9. Helen. 1116. Ion. 781. 2. Electr. 867. Pindar. Pyth. IV. 3. et alibi. Dactylicum Penthemimeres Trochaicæ dipodiæ subjungitur Oda Pindari modo citata vv. 1. 2. 4. Euripid. Med. 413. 416. Sed talia persequi infinitum esset.

P. 91, 11. Plotius p. 2663. *Compositum Pindaricum fit penthemimeri Iambico ex utraque parte posito, et in medio penthemimeri dactylico,*

ὃς καὶ τυπεὶς ἀγνῷ πελέκει τέκετο ξάνθαν Ἀθάναν.
\- - ᴗ - - | - ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ - | - - ᴗ - -

Subjungit Plotius: *Compositum Susarionium fit quatuor pedibus trochaicis præpositis, et subjuncto penthemimeri dactylico,*

χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν τὰν θέμιν οὐρανίαν.
\- ᴗ - ᴗ - ᴗ - ᴗ | - ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ -

Sed aqua mihi hæret in hoc exemplo, quod natum est proculdubio ex locis supra citatis pp. 91, 4. 95, 5.

P. 92, 1. Versuum elegiacorum leges atque indolem plene enucleateque descripsit Noster, neque necesse puto in re notissima plura congerere. Nemo tamen, uti spero, gravabitur, si Terentiani Mauri quædam huc pertinentia, in eorum præcipue gratiam quibus elegantis istius grammatici denegatur copia, deinceps protulero.

Pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor;
Quidam non dubitant dicere Callinoum.
Hexametro quum quinque pedum subjungitur iste,
Partes heroi dupliciter recipit,
Quas πενθημιμερὴς *possit disjungere forma;*
Has si quis geminet, pentametrum faciet.
Sed refert duo sint, an dactylus unus in illa:
Quum duo sunt, eadem bis repeti poterit.
Subjungam exemplum quo fiat planius istud:
Define Mænalios—define Mænalios.
Dactylus ut duplex, non bis sententia currat;
Define Mænalios—musa referre jocos.

Hoc nec præpositum peccat, nec parte ſequenti;
Talis utrique loco convenit una tome.
Si primo ſpondeus erit, tum dactylus alter
Stabit, comma prius non poterit repeti.
Talis erit verſus hæc portio, quam modo tracto;
Poſtquam res Aſiæ—*claudicat ut repetas.*
Ut ſtet comma ſequens, bis dactylus adſit oportet,
Poſtquam res Aſiæ—deſine Mænalios.
Dactylus in primo poſitus, ſpondeus adhærens
Non oberit primis, officiet reliquis.
Exemplum ponam parti quod congruat iſti:
Muſa mihi cauſas—*diſcrepat hoc iterum.*
Dactylus ergo duplex redeat mihi parte ſequenti;
Muſa mihi cauſas—deſine Mænalios.
Spondeum duplicem, quæ pars prior eſt, bene ſumet,
Peccat enim tantum poſteriore tome.
Spondeos ante ergo dabis, pars cætera curret,
O fortunati, deſine Mænalios.
Pars prior ergo pedum admittet quemcumque duorum,
Dactylus in reliqua bis repetundus erit.
Scandunt pentametrum, duo ſint quaſi commata, quidam,
Ut pedibus binis ſemipedes ſuperent;
Hos ſibi conjunctos ſpondeum reddere quintum:
Poſtquam | res Aſi | æ || deſine | Mænali | os ||
At quidam in medio ſpondeum reddere malunt,
Semipedem et primum cum capite alterius
Jungunt, dactylico quæ ſit de commate, longa:
Inde duas promptum eſt ſic remanere breves:
His longam adnectunt, qua dactylus incipit alter:
Cernis et hinc alias tot remanere breves:
Has ad ſemipedem jungunt in fine relictum,
Ultima nec refert longa ſit, anne brevis.
Sic ſpondeus erit medius, duo poſt anapæſti,
Poſtquam | res Aſi | æ de | ſine Mæ | nalios.
Idcirco primo curabis commate ſemper,
Ne brevis incurrens ſyllaba ſemipedis
Spondeum mediis nequeat conjungere longis:
Et fiat talĭs, incipe Mænalios.
Nam lis, *quæ brevis eſt, jungat ſibi ſive ſupremum*
Os, *vel quæ prima eſt* in: *caput hoc etenim eſt.*
Quia nec producta eſt, geminat nec conſona vires,
Spondeus minime pes, ſed iambus erit.
Exemplum idcirco vocali a parte locavi,
Longa foret ne lis, incipe Mænalios.
Quidam, quia gemino conſtat de commate verſus,
Cludere comma prius non timuere brevi:
Ut ſit pentameter talis, qualem modo fingo,

Hoc mihi tam grandĕ munus habere datur:
Aut qualis supra versus peccare videtur
Si fiet talĭs incipe Mænalios.
Nam referre nihil sit qualis syllaba fini,
Commataque hoc ipsum juris habere volunt;
Idcirco et verbo nunquam uno cola ligari,
Ut constet parti finis utrique suus.
Nam vitiosus erit sic pentameter generatus,
Inter nostros gen | tilis oberrat equus.
Spondei duo sunt, quos dixi commate primo
Posse dari; verum syllaba quæ sequitur
Nec πενθημιμερῆ *verbi cum fine relinquit:*
Quæ data pentametris regula prima sonis.
Nec post, dactylico debet quæ commate jungi,
Esse caput versus dactylici patitur.
Hoc ipsum melius mutata parte coibit,
Gentilis nostros inter oberrat equus.
Tantam nostra nequit mensura absolvere litem;
Malo tamen longa cludere comma prius.
Hos elegos dixere, solet quod clausula talis
Tristibus, ut tradunt, aptior esse modis.

De Callinoo, cujus meminit Terentianus, consulas Athenæum XII. p. 525. C. et ibi notata. Adde Meursium in Bibliotheca Græca apud Thesaur. Antiq. Gronovii T. X. p. 1286. Ruhnkenium in Callimacho Ernesti T. I. p. 439. eundem in Historia Critica Oratorum Græcorum p. XLIII. sive in Orator. Gr. Reiskii T. VIII. p. 128. Kulenkampium in Specimine emendationum &c. ad Etymologum M. p. 33.

Pentametrum hoc versui heroico fere semper subjungi nemo ignorat. Dionysius Atheniensis cognomine *Æneus* hexametro præfixit teste Athenæo XIII. p. 602. C. ad instar Delphici istius, quod sequitur, oraculi:

εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ
θείας ἀγητῆρες ἐφαμερίοις φιλότατος.

Elegiacos continuos reperisse memini tantum apud Heliodorum in Æthiopicis Lib. iii. p. 129. ed. Commelin. et Philippum Thessalonicensem in Brunckii Analectis T. ii. p. 212.

P. 93, 11. Ἱερὰ, νῦν δὲ Διοσκουρίδεω γενεή.
" Hephæstion hic, ut obiter id notem, errat in exemplo. Nam
" id excusari potest eodem colore, quo p. 11. usus est ipse, ubi ra-
" tionem reddit, cur excusari possit secundam corripi in χαμαιευ-
" νάδες, idem hic obtinet in Διός. ὡς μία ἡ Διὸς ἀκούεται. et sic
" optimi Poetæ vocem compositam in ἀσυναρτήτοις adhibent, quasi
" re vera essent duæ voces: aliter id non licet: quare erravit hoc
" nomine Scaliger etiam in Catulli Carm. XVII. legens *assuli-*
" *tantis:*

Crura ponticuli aſſuli | tantis, irredivivus.
" Et Voſſius ad metrum longe melius,
Crura ponticuli aſculis | ſtantis, irredivivus.
" id optime quoque animadvertit inter alios R. Bentleius ad Ho-
" ratium Od. IV. viii. 17.
Non incendia Car | thaginis inpiæ.
" docetque aliam plane rem eſſe in his exemplis Horatianis
" II. 12.
Dum flagrantia de | torquet ad oſcula.
" et I. 18.
Arcanique fides prodiga per | lucidior vitro.
" quibus exemplis adde L. I. 16.
Hoſtile aratrum ex | ercitus inſolens.
" et I. 37.
Antehac nefas de | promere Cæcubum.
" II. 17.
Utrumque noſtrum in | credibili modo.
vide quoque lib. III. xii. 2. 12. Non ob hanc cauſam tamen
" rejiciendum docet illum verſum Al. Cuningamius p. 104. ex-
" emplo ex lib. IV. 14.
Spectandus in cer | tamine Martio.
" cui adde I. 37.
Mentemque lympha | tam Mareotico.
" debuerat igitur aptius exemplum adduxiſſe Hephæſtion, ſi da-
" batur." *D'Orvillius.*

Marius Victorinus p. 2561. *Hoc quoque notandum in enuntiatione Pentametri Elegiaci, nam plerumque aurem fallit, ut in illo Græco verſu,*

ἡμεῖς δ' εἰς Ἑλλήσποντον ἀπεπλέομεν.

Nam ſi conjunctum Ἑλλήσποντον *enuntiarimus, effugerit aurium ſenſum, ut nequaquam verſus eſſe credatur. At ſi per Hemiſtichium pronuntiemus, ipſa ſubdiſtinctione genus metri declarabimus, ita,*

ἡμεῖς δ' εἰς Ἕλλης.

dehinc,

πόντον ἀπεπλέομεν.

Unde Pentametrus duobus pedibus et ſemipede colon terminare debet, ut qui audierit, antequam percutiat, verſum intelligat; velut,

Labitur hinc Helles, pontus in Oceanum.

Item,

Venerunt inter, lunia ſancta polo.

Nam ſi per ſe dicas inter, *et per ſe* lunia, *media ſubdiſtinctione interpoſita, recipiet formam Elegiaci.*

Pentametro Elegiaco ſubnectunt grammatici *metrum Chœrilium,* ſeu *Diphilium.* (*Delphicum* Plotius p. 2633.) Marius Victorinus p. 2558. *Chœrilium ſeu Diphilium metrum ex eodem Pentametri ortum eſſe genere res ipſa indicat, eſt enim e Dactylica ſpecie derivatum, ſuprema tantum verſus ſyllaba, qui ſex pedibus profluat, brevius. In-*

cipit autem a duobus Dactylis, tertia regione Spondeo semper manente, et rursus ex duobus Dactylis et syllaba una. Huic duo cola, quæ Penthemimere diximus, accrescente media syllaba, qua Spondeus gignitur, formam dedisse noscuntur, qua detracta, ad Elegiacum pentametrum versus reverteretur; veluti,

Nunc age Pierios versus dea Calliope.
– ∪ ∪ – ∪ ∪ | – – | – ∪ ∪ – ∪ ∪ | –

Chœrilium autem ἀμφιλιπὲς *dicitur, qnod initio et fine imminutum est, ut,*

Tibi namque decens, lucet rosa vertice.

Angelicum nuncupat Diomedes p. 512. *Angelicum metrum, celeritate nuntiis aptum, Stesichorus invenit.* Stesichori versus hujus moduli exstat Aristoph. Pac. 797.

τοίαδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα καλλικόμων.

cui similes videntur Antiphanis Athenæi XI. p. 471. C.

τῆς τρυφερᾶς ἀπὸ Λέσβου σεμνοπότου σταγόνος
πλῆρες, ἀφρίζον, ἕκαστος δεξιτερᾷ δ' ἔλαβεν.

Idem ibid. XIV. p. 642. A.

εἶτ' ἐπεισῆγεν χορείαν, ἢ τράπεζαν δευτέραν,
καὶ παρέθηκε γέμουσαν πέμμασι παντοδαποῖς.

Confer Hermannum Comment. de Metris Pindari apud Heynium T. III. p. 222.

P. 94, 5. Hephæstionis locum, opinor, ab oculos habuit Atilius Fortunatianus, cum hæc scriberet, p. 2680. *apud Euripidem et Callimachum inveni tale genus,*

Turdis edacibus dolos comparas amice.

Exemplum dabit Aristophanes Vesp. 248—272. ed. Brunck.

P. 100. Ad hanc metri speciem verba Eupolidis apud Athenæum p. 656. F. redigenda esse vidit Heringa Observat. p. 224. Sequentes induit formas in duobus Pherecratis locis apud Athenæum XV. p. 685. A. B.

– ∪ ∪ –	∪ – ∪ –	∪ ∪ ∪ – ∪	∪ – –
– ∪ – ∪	– ∪ ∪ –	– ∪ ∪ –	
∪ – – ∪		– – – ∪	
– – – ∪		– ∪ – ∪	
∪ ∪ ∪ – ∪		∪ – – ∪	

ὁ Φερεκράτης δὲ, ἢ ὁ πεποιηκὼς τὸ δρᾶμα τοὺς Πέρσας, μνημονεύων καὶ αὐτὸς ἀνθῶν τινων στεφανωτικῶν, φησίν·

ὦ μαλάχας μὲν ἐξερῶν, ἀναπνέων δ' ὑάκινθον,
καὶ μελιλώτινον λαλῶν, καὶ ῥόδα προσσεσηρώς·
ὦ φιλῶν μὲν ἀμάρακον, προσκινῶν δὲ σέλινα,
γελῶν δ' ἱπποσέλινα, καὶ κοσμοσάνδαλα βαίνων,

ἔγχει, κἀπιβόα τρίτον παιῶν', ὡς νόμος ἐστίν.
ὁ δὲ πεποιηκὼς τοὺς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένους Μεταλλεῖς φησίν·
ὑπ' ἀναδενδράδων ἁπαλὰς ἀσπαλάθους πατῶντες
ἐν λειμῶνι λωτοφόρῳ, κύπειρόν τε δροσώδη,
κἀνθρύσκου μαλακῶν τ' ἴων λείμακα καὶ τριφύλλου.

Hephæſtionis aſynartetis unum addit Hermannus ex trochaico dimetro, et pæonico dimetro catalectico compoſitum, Ariſtoph. Lyſiſt. 1014.

οὐδέν ἐστι θήριον γυναικὸς ἀμαχώτερον.
- ᴗ - ᴗ - ᴗ - ᴗ | - ᴗ ᴗ ᴗ - ᴗ ᴗ

CAP. XVI.

De Polyſchematiſtis.

P. 106, 1. GLYCONEUS Polyſchematiſtus[a] ex Antiſpaſto varie formato componitur, et Choriambo. Choriambus fere ſemper purus ſervatur. In hac ſpecie enucleanda multus eſt Hermannus *De Metris* Lib. II. c. 24. ſtudioſo lectori accurate pertractandus. Nobis in præſens ſaltim ſufficiet ſchema propoſuiſſe, ſcenicorum poetarum locis munitum, ex quo verſuum, in choris paſſim occurrentium, naturam atque indolem tirones nullo negotio queant percipere.

ᴗ - - ᴗ | - ᴗ ᴗ -
Euripid. Hec. 636. Iph. T. 1135. Bacch. 865. Helen. 1326.

ᴗ ᴗ ᴗ - ᴗ | - ᴗ ᴗ -
Euripid. Oreſt. 797. 798. 799. 1370. Iph. Aul. 549. 552. 553. 759. Helen. 1324. 1325.

ᴗ - ᴗ ᴗ ᴗ | - ᴗ ᴗ -
Euripid. Or. 1356. Helen. 1156.

ᴗ ᴗ ᴗ ᴗ ᴗ ᴗ | - ᴗ ᴗ -
Sophocl. Antig. 108. Euripid. Or. 832. Iph. Aul. 1043. 1098. Herc. Fur. 684. 685.

---

[a] Hoc verſu, qui comma eſt prius Eupolidei Polyſchematiſti, Porſono judice, in παραβάσει Κραπατάλων uſus eſt Pherecrates. Locum quantivis pretii ſervavit Photius Lexico nondum edito:

Φίλιος Ζεύς· ὁ τὰ περὶ τὰς φιλίας ἐπισκοπῶν· Μένανδρος Ἀνδρογύνῳ·

Μαρτύρομαι τὸν φίλιον, ὦ Κράτων, Δία.

Φερεκράτης Κραπατάλοις·

— τοῖς δὲ κριταῖς
τοῖς νυνὶ κρίνουσι λέγω
μὴ 'πιορκεῖν, μὴ δ' ἀδίκως
κρίνειν, ἤ, νὴ τὸν Φίλιον,
μῦθον εἰς ὑμᾶς ἕτερον
Φιλοκράτης λέξει, πολὺ τού-
του κακηγοριστότερον.

◡ - ◡ - | - ◡ ◡ -

Soph. Antig. 781. Trach. 117. Aj. 375. 1199. Phil. 1136. Euripid. Hec. 655. Oreft. 1382. Phœn. 243. Hippol. 1156. Suppl. 980. Iph. Taur. 427. Helen. 1357. 1358. 1474. Ion. 726. Herc. Fur. 767. 768.

- - ◡ - | - ◡ ◡ -

Sophocl. Antig. 785. 838. Trach. 116. Aj. 390. Phil. 1137. Euripid. Iph. Aul. 578. Helen. 1477. Herc. F. 675.

◡ ◡ ◡ ◡ - | - ◡ ◡ -

Sophocl. Trach. 118. Euripid. Herc. F. 641.

- - - ◡ | - ◡ ◡ -

Sophocl. Phil. 1141. 1144. Euripid. Phœn. 236. Hippol. 142. Iph. Aul. 550. Iphig. T. 431. 1132. Bacch. 866. 872. Helen. 1510. 1512. Ion. 212. 508. Electr. 733.

◡ - - - | - ◡ ◡ -

Eurip. Suppl. 978. 979. Iph. Aul. 547. Iph. T. 1103. 1137. Ion. 464. 467. 471. 477. Electr. 178. 180. 441.

◡ ◡ ◡ - - | - ◡ ◡ -

Euripid. Oreft. 827. Phœn. 217. Iph. A. 551. 758. 1062. 1087. Bacch. 408. Ion. 117.

- - - - | - ◡ ◡ -

Sophocl. Electr. 121. 122. Antig. 137. Trach. 841. Phil. 1081. 1142. 1164. Euripid. Hec. 478. Suppl. 961. 963. Iphig. A. 224. Iphig. T. 1110. Bacch. 407. 880. Helen. 1332. 1336. 1337. Ion. 213. 504. Herc. F. 349. Electr. 165. 706.

◡ ◡ - - ◡ | - ◡ ◡ -

Euripid. Helen. 1334.

- ◡ ◡ - ◡ | - ◡ ◡ -

Euripid. Alceft. 471.

- ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ | - ◡ ◡ -

Euripid. Iphig. Aul. 168.

- ◡ ◡ ◡ - | - ◡ ◡ -

Euripid. Oreft. 826.

- ◡ ◡ - - | - ◡ ◡ -

Euripid. Phœn. 178. Iph. Aul. 577.

◡ ◡ ◡ - ◡ ◡ | - ◡ ◡ -

Euripid. Med. 989. Suppl. 973. Iph. Aul. 180. 574. Ion. 475. Sophocl. Antig. 966.

- ◡ - ◡ | - ◡ ◡ -

Sophocl. Antig. 107. Aj. 232. 1187. Euripid. Electr. 163. 707.

- ◡ - - | - ◡ ◡ -

Sophocl. Antig. 585. Phil. 1167. Euripid. Med. 632. 821. Iph. Aul. 554. Iphig. T. 1138. Herc. F. 792. 794.

His exemplis plura, quæ fciens prætermitto, lector diligens pro fe quifque facile adjiciet. Alia forma, (◡ ◡ - ◡ - | - ◡ ◡ -) no-

tante Burneio Præf. ad Chor. Cant. Æſchyli p. xl. frequentatur in ſcoliis quibuſdam apud Athenæum XV. p. 694. Confer etiam Hermannum Lib. III. c. 10. Hæc ſcolia ſyſtemate conſtant verſiculorum quatuor; quorum duo priores Phalæcii ſunt hendecaſyllabi, tertius Glyconeus polyſchematiſtus; quartus dochmiacus eſt, ex dactylo et cretico, dactylo et cretico, ſive ob ultimæ ſyllabæ indifferentiam, duobus dactylis.

αἶ αἶ Λειψύδριον προδωσέταιρον,
οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας, μάχεσθαι
ἀγαθούς τε, καὶ εὐπατρίδας,
οἵ τοτ᾽ ἔδειξαν οἵων πατέρων ἔσαν.

Ultimum ἔσαν debetur Etymologi M. p. 361, 37. MS. D'Orvilliano; quomodo etiam citat P. Leopardus Emend. XII. 8. Addit præterea Hermannus Ariſtoph. Eccleſ. 933.

Choriambus aliis quoque pedibus ſæpenumero ſubjungitur. Verbi gratia;

⏑ – | – ⏑ ⏑ –

Sophocl. Antig. 950. Aj. 605. 606. Euripid. Suppl. 962. Herc. F. 379. Electr. 440.

– ⏑ | – ⏑ ⏑ –

Euripid. Hippol. 535. 550.

⏑ ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ –

Euripid. Iph. Aul. 1060. Bacch. 528.

– – | – ⏑ ⏑ –

Sophocl. Electr. 472. Antig. 136. 787. 811. 968. Euripid. Hec. 477. Med. 976. Helen. 1500. Electr. 162.

– ⏑ – | – ⏑ ⏑ –

Euripid. Alceſt. 605. Helen. 1360. 1361.

– – – | – ⏑ ⏑ –

Sophocl. Trach. 638. Euripid. Hec. 476. 639. Phœn. 212. Iphig. A. 763. 1058. Iph. T. 433. 1107. 1109. Bacch. 869. Cycl. 45. 71. 72. Ion. 114. 116. 1100. Herc. F. 648. 650. 677. Electr. 172. Helen. 1359. 1363. 1366. 1502.

– – ⏑ | – ⏑ ⏑ –

Sophocl. Antig. 809. Euripid. Hippol. 146. 149. Iphig. A. 217. 781. 793. 1056. Iph. Taur. 430. 1106. Bacch. 879. Cycl. 64. Helen. 1322. 1330. 1365. 1483. 1503. 1511. Ion. 468. 1103. Herc. F. 790.

⏑ – ⏑ | – ⏑ ⏑ –

Euripid. Iphig. A. 208. 556. 772. Ion. 112. 1076. Phœn. 172.

⏑ – – | – ⏑ ⏑ –

Euripid. Oreſt. 825. Iph. Aul. 584. Bacch. 565. Ion. 465. 505. Helen. 1323. Electr. 708.

– ⏑ ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑ –

Euripid. Oreſt. 1429. Cf. Iphig. T. 426. 443.

⏑ ⏑ ⏑ – | – ⏑ ⏑ –

Euripid. Iph. A. 1061.

P. 109, 3. Eupolideus Polyſchematiſtus admittit 1. [1]trochæum, [2]ſpondeum, [3]tribrachyn, [4]iambum. 2. [5]trochæum, [6]ſpondeum. 3. [7]choriambum. 4. ut in primo, [8]trochæum, [9]ſpondeum, [10]tribrachyn, [11]iambum. 5. ut in ſecundo, [12]trochæum, [13]ſpondeum. 6. [14]dactylum vel [15]creticum.

1	2	3	4	5	6
- ∪	- ∪	- ∪ ∪ -	- ∪	- ∪	- ∪ ∪
- -	- -		- -	- -	- ∪ -
∪ ∪ ∪			∪ ∪ ∪		
∪ -			∪ -		

Ariſtoph. Nub. 531. 525. 539. 529. 549.

[1]ἐξέ | [5]θηκα | [7]παῖς δ᾽ ἑτέρα | [8]τις λα | [12]βοῦσ᾽ ἀν | [14]είλετο.
[2]ἥττη | [6]θεὶς οὐκ | ἄξιος ὤν. | [9]ταῦτ᾽ οὖν | [13]ὑμῖν | [15]μέμφομαι.
[3]ἐρυθρὸν | ἐξ ἄ | κρου, παχὺ, τοῖς | παιδί | οις ἵν᾽ | ᾖ γέλως.
[4]ὁ σώ | φρων τε | χ᾽ ὠ καταπύ | γων ἄ | ριστ᾽ ἢ | κουσάτην.
ὃς μέ | γιστον | ὄντα Κλέων᾽ | [11]ἔπαισ᾽ | εἰς τὴν | γαστέρα.

Sequentia hujus metri exempla mihi indicavit Porſonus. Aſtydamas Athenæi X. p. 411.

ἀλλ᾽ ὥσπερ δειπνοῦ γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν,
ἵν᾽ ἀπίῃ τις τοῦτο φαγὼν, καὶ πιὼν, ὅπερ λαβὼν
χαίρει τις, καὶ σκευασία μὴ μί᾽ ᾖ τῆς μουσικῆς.

Alexis ibid. p. 417. F.

——νῦν δ᾽ ἵνα μὴ παντελῶς Βοιώτιοι
φαίνησθ᾽ εἶναι τοῖς διασύρειν ὑμᾶς εἰθισμένοις
ὡς ἀνίκητοι νῦν εἶναι βοᾷν καὶ πονεῖν μόνον,
καὶ δειπνεῖν ἐπιστάμενοι [10]διὰ τέλος τὴν νύχθ᾽ ὅλην,
γυμνοῦθ᾽ αὑτοὺς θᾶττον ἅπαντες——

Verſus tertii, quem corruptum nemo non ſentit, nullam mihi prolatam fuiſſe a viro doctiſſimo emendationem ex animo et vere doleo. Eupolis Δήμοις apud Harpocrat. v. ὀξυθύμια.

ὃν χρῆν ἔν τε ταῖς τριόδοις, κἀν τοῖς ὀξυθυμίοις
προστρόπαιον τῆς πόλεως καίεσθαι τετριγότα.

Ariſtoph. Ἀναγύρῳ apud Suid. v. ἁπλήγιος.

ἐκ δὲ τῆς ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἁπληγίδας ποιῶν.

et in παραλοῦσθαι,

ἀλλὰ πάντας χρὴ παραλοῦσθαι καὶ τοὺς σπόγγους ἐᾷν.

Aliud Cratini dedit Hermannus p. 380. ex Athenæo XV. p. 685. B.

παντοίοις γε μὴν κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι,
λειρίοις, ῥόδοισι, κρίνοις, κοσμοσανδάλοις, ἴοις,
καὶ σισυμβρίοις, ἀνεμώνων κάλυξί τ᾽ ἠριναῖς,
ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίνθοις, ἑλιχρύσου κλάδοις,
οἰνάνθῃσιν, ἡμεροκαλλεῖ τε τῷ φιλουμένῳ,
ἀνθρύσκου φόβῃ———

τῷ τ' ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ κάρα πυκάζομαι,
καὶ κύτισος αὐτόματος παρὰ μέδοντος ἔρχεται.

Versus ultimus medicam manum postulare videtur. Huc quoque referendus Pherecrates Athenæi XIII. p. 612. A.

CAP. I.

De Poemate.

P. 111. MARIUS Victorinus p. 2500. *Poematum seu carminum species sunt tres: alia enim Græcis* κατὰ στίχον, *alia* συστηματικὰ, *alia* μικτὰ *dicuntur, quæ etiam* ἀμετάβολα *et* μεταβολικά. *Igitur* κατὰ στίχον *sunt, quæ eodem metro constant, ut metrum epicum Homeri, et Maronis nostri: vel quod ex trimetris ac tetrametris continuis subsistit, aut colis aut commatibus ejusdem metri. Systematica autem quæ ex plurimis metris, neque ex uno versu aut eodem colo vel commate continentur, ut sunt* ἐπῳδοὶ, *et quæ apud Lyricos invenimus, quæ Syzygiis gradiuntur. Mixta autem quæ partim sunt* κατὰ στίχον, *partim ex trimetro et tetrametro mixta, quamquam non in uno versu semper versus expleatur, ut in Elegia vel Epodis. Nam neque per se versus hexameter sine sequente pentametro Elegiacum metrum implebit; neque in Epodis singuli versus sine clausulis suis et assequelis audiri poterunt* ἐπῳδοὶ, *quia similiter* κατὰ δίστιχον *fiunt, eadem ferme* ἀμετάβολα *et* μεταβολικὰ *erunt. Nam* ἀμετάβολα *dicta sunt, quod sui generis qualitatem, mensuramque semper obtineant, ut sunt Homeri carmina, et ea quæ* κατὰ στίχον *appellari diximus.* Μεταβολικὰ *autem, quæ ab aliis metris ad alia genera transitum faciunt, qualia esse Tragica et Comica paulo ante memoravi. Nam et Menander in Comœdiis frequenter a continuatis Iambicis versibus ad Trochaicos transit, et rursum ad Iambicos redit. Hæc etiam in carminibus quæ mutuo annexa ita ex se pendent, ut alterum sine altero audiri non possit,* προῳδικὰ *et* ᾠδικὰ *vocaverunt, id est,* [a] *ante cantativa, et præ cantativa ut sit in hexametro* προῳδικὸν *ipsum Epos, et* ᾠδικὸν *versus pentameter, qui ei subjungitur in Elegiis. Item cantativum erit trimeter Iambicus, ut*

Ibis Liburnis inter alta navium

erit dimeter postcantativum

Amice propugnacula.

---

[a] Legendum *antecantativa et cantativa* vel *postcantativa*. Et forte scriptum fuit προῳδικὰ, ᾠδικὰ et ἐπῳδικὰ, i. e. *antecantativa, cantativa, et postcantativa:* ut paullo post, προοίμια, ἐφύμνια, vel μεθύμνια. *Edit. Sanct.* Burettus Mem. Litt. T. X. p. 247. sic emendat: προῳδικὰ *et* ἐπῳδικὰ *vocaverunt, id est* antecantativa *et* postcantativa, *ut sit in hexametro* προῳδικὸν *ipsum, et* ἐπῳδικὸν *versus pentameter, qui ei subjungitur in Elegiis. Item* antecantativum *erit &c.*

Et quæque alia qualia et metro ſcripta ſequentes clauſulas quorumlibet metrorum ad ſe trahunt, ita appellabuntur, quia pro odicis verſibus ἐπᾴδονται, *id eſt, accinuntur.*

CAP. IV.

P. 116. MARIUS Victorinus p. 2497. *Colon eſt membrum quod finitis conſtat pedibus; Comma autem in quo vel pars pedis eſt. Erunt itaque Cola particulæ ſolutorum metrorum, ut,*

Arma virumque cano.

Omnis autem verſus, κατὰ τὸ πλεῖστον, *in duo cola dividitur. Abuſive autem etiam comma dicitur colon. His quidam adjungunt Stichum, id eſt verſum, ſub hujuſmodi differentia, ut ſit verſus qui excedit Dimetrum, unde et hemiſtichium dicitur, Colon autem et Comma intra Dimetrum. Erit itaque Colon cum integræ fuerint ſyzygiæ: Comma vero cum imperfectæ.* Atilius Fortunat. p. 2689. *Colon eſt pars ſive partes verſus integris pedibus impletæ, ut,*

Defeciſſe videt ſua;

habet enim tres pedes ſimiles. Comma pars verſus ſive partes imperfectæ, ut,

Arma virumque cano.

Habet enim duos integros pedes et dimidium. Et Colon dictum quaſi a corpore abſciſſum integrum membrum: Comma vero quaſi trunca pars membri a corpore amputata.

CAP. VII.

P. 120, 1. ΜΑΡΓΕΙΤΗΣ. Marius Victorinus p. 2524. *Hexametro Dactylico trimeter Iambicus comparatur, quem Latine* ſenarium *nominamus, veluti Hexametron, ſex enim pedes Iambos habet, ut ille dactylos, cum uterque purus ex ſe figuratur. Trimetrus autem appellatur a Græcis, quia tribus percuſſionibus per dipodias cæditur. Ideoque dicitur et Homerus in Margite ſuo miſcuiſſe hos verſus tanquam pares.* Idem p. 2572. *Hoc genere verſuum, ut ſupra diximus, primus uſus eſt Homerus in Margite ſuo, nec tamen totum carmen ita digeſtum perfecit, nam duobus pluribuſve hexametris antepoſitis iſtum ſubjiciens copulavit, quod poſtea Archilochus interpolando compoſuit.* Atilius Fortunatianus p. 2692. *Sequitur ut de Iambico dicere debeamus, cujus auctorem alii Archilochum, alii Hipponactem volunt. Sed primus Homerus hoc uſus eſt in Margite.* Veterum loca, quibus citatur Margites, collegit Tyrwhittus in nota ad Ariſtot. Poet. ſect. vii. et in indice.

CAP. VIII.

P. 122. PRO diverſa Epodi collocatione choricis carminibus diverſa nomina impoſuere Grammatici. Ex ſequenti ſchemate Noſtri mens uno intuitu ſtatim perſpicietur.

Epodica.
Stropha.
Antiſtropha.
Epodus.
—
Proodica.
Epodus.
Stropha.
Antiſtropha.
—
Meſodica.
Stropha.
Epodus.
Antiſtropha.

Palinodica.
Stropha.
Epodus.
Epodus.
Antiſtropha.
—
Periodica.
Epodus, 1.
Stropha.
Antiſtropha.
Epodus, 2.

Deinceps agetur de Stropha, Antiſtropha, et Epodo verbis Marii Victorini p. 2501. *Pleraque Lyricorum carminum, quæ verſu coliſque et commatibus componuntur, ex Strophe et Antiſtrophe et Epodo, ut Græci appellant, ordinata ſubſiſtunt, quorum ratio talis eſt. Antiqui deorum laudes carminibus comprehenſas circum aras eorum euntes canebant, cujus primum ambitum, quem ingrediebantur ex parte dextra,* στροφὴν *vocabant. Reverſionem autem ſiniſtrorſum factam, completo priore orbe,* ἀντιστροφὴν *appellabant: dein in conſpectu Deorum ſoliti conſiſtere, cantici reliqua conſequebantur, appellantes id* ἐπῳδόν. *Nam Epodus eſt tertia pars aut periodus Lyricæ odes. Igitur quæ poſt* στροφὴν *et* ἀντιστροφὴν, ἐπῳδὸν *dicebant:* ἐπᾴδειν *quidem eſt ſupercanere. Hinc ſumptum vocabulum in has Epôdos, quæ binos verſus impares habent. Nam ut illæ canticum finiebant, ſic hæ ſenſum verſu inſequenti. Hoc quia e tribus ſubſiſtit, appellatur* τριάς. *Ita ut omnis et* στροφὴ *et* ἀντιστροφὴ *et* ἐπῳδὸς *totidem habeant ſyllabas in proxima periodo, quæ ſubjicitur priori, ut ſit aut* ἰσόμετρος *aut* ἰσόχρονος *quolibet metro ſeu Rhythmo ſubſiſtens. Nam ſicut dextra manus impares habet digitos, ſed numero pares ſunt ſiniſtræ manus, ſi conferas digitis,* [a] *ſic ſtrophes cola, cum ſint diſſimilia in proxima Epodo ſubjectæ Triados. Obſervabis autem, ut temporibus, non ſyllabis, pedes dividas; ut ſolvantur duæ*

---

[a] Locus mendoſus: ſenſus autem eſt, ad Strophen et Antiſtrophen et Epodon, quarum unaquæque diſſimilia metra complectatur, reſpondere tamen proximæ periodi ſtrophen, antiſtrophen, et epodon, et paritatem efficere vel metri, vel temporum, quod in Pindaricis odis manifeſtum eſt. *Camerarius.*

longæ in quatuor, et diſyllabo pede pro tetraſyllabo utaris, parique vice quatuor ſyllabarum brevium tempora in duo contrahantur, quod per neceſſitatem fieri licet, ut aut diviſæ numero reſpondeant, aut conjunctæ temporum ſpatiis occurrant, quod et in cæteris metris generali præcepto ſervabimus. Inter hæc ſunt quædam carmina quæ Monoſtropha appellantur, quod duas periodos et eas pares habeant, neque Epodo, ut alia, concludantur. Præterea reperitur nonnunquam hujuſmodi compoſitio verſuum in carminibus, non ut prima compoſitio ſecundæ compoſitioni, ſicut in στροφῇ *et* ἀντιστροφῇ, *reſpondeant, ſed ut prima tertiæ, ſecunda quartæ ſimilis habeatur; quæ compoſitio* κατὰ περικοπὴν ἀνομοιομερῆ *dicitur: eſt enim* περικοπὴ *carmen ſubſiſtens ex Strophe, Antiſtrophe, et Epodo,* [b] *vel bis, vel ter, vel ſæpius carmen concludat* * μονοπερίκοπον *nominatur. Si vero diſſimilia inter ſe in Epodis cola jungantur,* πολυπερίκοπον *nuncupatur, quando non ſolenni continuatione, ſed per diſtantiam et varietatem in Epodis periodi compleantur, id eſt, tres partes, eas e quibus* περικοπὴ *ſubſiſtit, quæ* ἀνομοιομερῆ *merito diximus: et eſt diſſimilium partium copulatione Periodi concluſio, ſi quidem inducta prima Strophe et Antiſtrophe, rurſus aliam Strophen et Antiſtrophen præcedentibus diſſimilem afferant, et rurſus tertiam, nihil duabus præeuntibus ſimilem, et quartam æque a cæteris diſcrepantem: cui varietati ſolent illud adjungere, ut poſtrema Epodos cunctis diſſimilis aliquando jungatur; quod non tantum Tragici, ſed et Lyrici auctores in Epodis ſæpe fecerunt. Hoc loco non ſuperſederim dicere eſſe brevia cola, quæ poſt Strophen et Antiſtrophen ſupercini moris eſt, quæ jam non* ἐπῳδοὶ, *ſed* ἐφύμνια *dicentur, ut eſt* ἰὴ παιάν. *Hæc enim vel Hymnis vel Dithyrambis ſupercini moris eſt, quæ Epodicis carminibus, ſi quando præponuntur* προῢμνια, *ſi autem poſt Antiſtrophon collocentur,* μεθύμνια *nuncupabuntur. Hoc genus in ſacris cantilenæ ferunt quidam inſtituiſſe Theſeum, qui occiſo Minotauro cum apud Delum ſolveret vota, imitatus intortum et flexuoſum iter Labyrinthi, cum pueris virginibuſque, cum quis evaſerat, cantus edebat, primo in circuitu, dehinc in recurſu, id eſt* στροφῇ *et Antiſtropho. Alii tradunt hunc ſacrorum concentum, mundi cantum curſumque ab hominibus imitari. Namque in hoc quinque ſtellæ quas Erraticas vocant, ſed et ſol et luna, ut doctiores tradunt philoſophorum, jucundiſſimos edunt ſonos, per orbes ſuos nitentes. Igitur concentum mundi curſumque imitans chorus canebat: dextrorſumque primo tripudiando ibat (quia cœlum dextrorſum ab ortu ad occaſum volvitur) dehinc ſiniſtrorſum redibat, quandoquidem ſol lunaque et cætera erratica ſidera, quæ Græci* πλανήτας *vocant, ſiniſtrorſum ab occaſu ad ortum feruntur. Tertio conſiſtebant canendo, quia terra (circa quam cœlum rotatur) immobilis medio ſtat mundo.*

---

[b] Forte legendum *ſi vel bis* &c. *Edit. Sanct.*

CAP. XI.

P. 126, 9. ΕΦΥΜΝΙΑ. Vide Suidam v. ἰή. Athenæum XV. p. 696. F. 701. C.

CAP. XII.

P. 129, 10. EPODORUM, ut par est credere, inventor extitit Archilochus. Marius Victorinus p. 2588. *Archilochum ferunt, quem parentem artis Musicæ juxta multiformem metrorum seriem diversamque progeniem omnis ætas canit, acceptum ab his, qui ante se inspexerant, summatimque tractaverant, Dactylicum, quod est omnium caput ac principium, per abjectiones detractionesque vertisse. E quo primum Iambicum metrum per detractionem unius temporis formavit, adæque Hexametrum, qui per dipodias Trimeter efficitur, dehinc ab his duobus exorsus multa metrorum genera, variaque produxit, mutata per translationem, ut in utroque longa syllaba. Rursus per incisionem singulorum atque conjunctionem pleraque metrorum genera commentus est. Jamque Iambico trimetro detracta parte tertia, id est, dipodia, dimetrum Iambicum edidit, sic,*

Beatus ille, qui procul negotiis,
Ut prisca gens mortalium.

Terentianus p. 2437.

Nec non dimetrus ex trimetro redditur,
Quacunque partem tertiam si detrahas.
Stabitque versus octo tantum syllabis,
Nisi quando sumet dactylum aut contrarium,
Loco vel iambi qui probatur tribrachys:
Talisque versus hic erit,
Phaselus ille quem vides.
Plerumque nec carmen modo,
Sed et volumen explicat:
Ut pridem Avitus Alphius
Libros poeta plusculos,
Usus dimetro perpeti,
Conscripsit Excellentium.
Tales trimetris subdidit Flaccus suis,
Ut carmina ostendunt decem.
Ibis Liburnis inter alta navium
Amice propugnacula.
Archilochus isto sævit iratus metro
Contra Lycambem et filias.

Terentianum reſpicit M. Victorinus p. 2585.

Egregium Archilochi fragmentum hoc metro conſcriptum legitur Stobæo Ecl. Phyſ. I. p. 9. ed. Canter. p. 125. Grot. Clement. Alex. Strom. V. p. 725, 10. Euſeb. Præp. Evang. XIII. 13. p. 687.

Ὦ Ζεῦ, πάτερ Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος,
σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὁρᾷς
λεωργὰ κἀθέμιστα, σοὶ δὲ θηρίων
ὕβρις τε καὶ δικὴ μέλει.

N. B. In marg. ed. Canter. lemma appingitur Αἰσχυλ. ſed μὴ addit codex Farneſianus. Archilocho diſerte tribuit Clemens. V. 1. Sic Grotius. ὦ Ζεῦ π. ζεὺς μὲν οὐρανοῦ κ. Cant. πάτερ Ζεῦ omittit Clemens. V. 2. Sic Cant. σὺ δ' ἔργα ἐπ' οὐρανοὺς ὁρᾷς Clemens. ἐπ' ἀνθρώπους ῥεῖς Euſeb. σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανίων καὶ ἀνθρώπων ὁρᾷς Grot. V. 3. Sic Grotius. λεοργὰ κἀθέμιτας· οἱ δὲ θηρίων Cant. καὶ ἃ θέμις Clemens, ſed κἀθέμιστα Euſeb.

Photius Lex. MS. κύψαι· ἀντὶ τοῦ ἀπάγξασθαι. Ἀρχίλοχος·

κύψαντες ὕβριν ἀθρόην ἀπέφλοσαν.

Idem, λέως ἐστι τελέως· Ἀρχίλοχος·

λέως γὰρ οὐδὲν ἐφρόνεον.

Quæ duo loca ex eodem carmine provenire, in ultimo corrigendum inſuper ἐφρόνευν, me docuit Porſonus.

Pergit Marius Victorinus: *Similiter a dactylico eadem parte adempta, id eſt, duobus retractis pedibus, Tetrametram de Hexametro verſum protulit*; *ut,*

Cantabunt mihi Damœtas et Lyctius Ægon.

Dehinc,

Damœtas et Lyctius Ægon.

Vide ſupra ad p. 273. Marium Victorinum p. 2562. Tertiam ſpeciem illuſtravimus breviter ad XV. 2. p. 342. Dimeter iambicus heroico hexametro ſubnectitur verſibus quos rectiſſime Archilocho aſſignat J. Douza fil. ad Propert. II. xxxiv. 60. apud Stobæum Geſneri p. 399, 24. p. 263. Grot.

δύστηνος ἔγκειμαι πόθῳ
ἄψυχος, χαλεπῇσι θεῶν ὀδύνῃσιν ἕκητι
πεπαρμένος δι' ὀστέων.

Vide Horatii Epod. xiv. xv. Dactylicum penthemimeres trimetro iambico poſtponitur apud Ammonium v. αἶνος.

ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, ὦ Κηρυκίδη.
ἀχνυμένη σκυτάλη.
πίθηκος ᾔει θηρίων ἀποκριθεὶς
μοῦνος ἀν' ἐσχατίην,
τῷ δ' ἆρ' ἀλώπηξ κερδαλῆ συνήντετο
πυκνὸν ἔχουσα νόον.

In Horatii Epod. xvi. Hexametrum heroicum ſubſequitur Senarius Iambicus; ad Archilochi proculdubio exemplar. Hujus metri ſpecimen dabit perelegans in Cratinum Epigramma, ſed auctoris incerti;

Οἶνος τοι χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ·
ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις·
ταῦτ᾽ ἔλεγεν, Διόνυσε, καὶ ἔπνεεν, οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ
Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδωδὼς πίθου.
τοιγάρτοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν, εἶχε δὲ κιττῷ
μέτωπον, οἷα καί συ, κεκροκωμένον.

V. Bentleium ad Horat. Epist. I. 19. 10. Brunck. Analect. I. p. 255. II. p. 62.

Sed, ut verbis Marii Victorini finem faciam, *Adeo fœcundus varietate carminum, et singularis artificii in excogitandis novis metris hic auctor est, ut et cæteris vatibus imitationis suæ in componendis metris observantiam parem studiosa æmulatione præstiterit. Nam plerique sequentis ævi his informati metrorum figurationibus, et quibusdam viis auctore Archilocho, varias numerorum species et ipsi commenti posteris tradiderunt, unde innumerabilis, incomprehensibilisque venit in manus copia.* Conferendus etiam Plutarchus de Musica T. II. p. 1140. F.

LONGINI PROLEGOM. p. 139. *de Rhythmo.*

MARIUS Victorinus p. 2484. *Rhythmus est pedum temporumque junctura velox divisa in Arsi et Thesi: vel, tempus quo syllabas metimur, Latine numerus dicitur: ut Virgilius,*

Numeros memini si verba tenerem.

Differt autem Rhythmus a metro, quod metrum in verbis, Rhythmus in modulatione ac motu corporis sit: et quod metrum pedum sit quædam compositio, Rhythmus autem temporum inter se ordo quidam; et quod metrum certo numero syllabarum vel pedum finitum sit, Rhythmus autem nunquam numero circumscribatur: nam, ut volet, protrahit tempora, ita ut breve tempus plerumque longum efficiat, longum contrahat. Unde et Rhythmus, id est, a ῥύσει *et fluore quodam, nuncupatur.*

Atilius Fortunat. p. 2689. *Inter metrum et rhythmum hoc interest, quod metrum circa divisionem pedum versatur, rhythmus circa sonum, quod etiam metron sine psalmate prolatum proprietatem suam servat, rhythmus autem nunquam sine psalmate valebit. Est etiam rhythmus et in corporali motu, cum histrio indecenter signum aliquod expressit* ἄρρυθμος *dicimus, decenter* εὔρυθμος.

Maximus Victorinus p. 1955. *Metrum est rei cujusque mensura, Metrum vero poeticum est versificandi disciplina, certa syllabarum ac temporum ratione in pedibus observata. Inde autem sic dictum est, quod veluti mensuram quandam præstituat, a qua si plus minusve erit, pes sive versus minime constabit; cui Rhythmus est consimilis, qui sic definitur: Est verborum modulatio et compositio, non metrica ratione, sed numeri sanctione ad judicium aurium examinata; veluti sunt cantica Poetarum vulgarium. Ergo is in metro non est, nec potest ullo pacto inesse, sed hoc distat a metro, quia rhythmus sine metro esse potest, sine rhythmo metrum non potest, quod liquidius ita definitur: Metrum*

eſt ratio cum modulatione: Rhythmus ſine ratione. Plerumque tamen caſu quodam invenias etiam rationem metricam in rhythmo, non artificii ratione obſervata, ſed tono et ipſa modulatione ducente.

His conſimilia tradit Beda p. 2380. Nonnulla congeſſit Spanhemius ad Ariſtoph. Nub. 638. 651.

De Arſi et Theſi.

MARIUS Victorinus p. 2482. *Arſis et Theſis, quas Græci dicunt, id eſt, ſublatio et poſitio, ſignificant pedis motum: eſt enim Arſis ſublatio pedis ſine ſono, Theſis poſitio pedis cum ſono. Item, Arſis eſt elatio temporis, ſoni, vocis: Theſis, depoſitio et quædam contractio ſyllabarum. Nam in Pyrrhichio tollitur altera brevis, altera ponitur: in Spondeo quoque viciſſim longa tollitur ac ponitur ſyllaba. Trochæo autem et Iambo contraria inter ſe ratio eſt. Alterius enim prius longa tollitur, dehinc brevis ponitur: alterius ſecundum ſuam legem ſicut ſupra dicti ordinis immutatur. In Dactylo vero tollitur una longa, ponuntur duæ breves. In Anapæſto contra, ſicut in Trochæo et Iambo oſtendimus. Et ita in ſimplicibus pedibus Arſis et Theſis, aut ſimplici, aut duplici, aut ſeſquipli ratione taxatur: et in ſimplo quidem erunt Pyrrhichius, Spondeus, Dactylus, Anapæſtus. Horum enim par eſt ſublationi poſitio, cum tantundem moræ in duarum brevium poſitione, quantum in unius longæ ſublatione habeatur. In duplo autem, Iambus, Trochæus, Tribrachys, Moloſſus. Horum enim duplex ſublatio, ſimplex poſitio eſt; et contra. Nam modo ſublatio dimidio plus habet, modo poſitio. At in ſeſquiplo pedes quatuor, Bacchius, Palimbacchius, Amphibrachus, Creticus. Et in Cretico nunc ſublatio longam et brevem occupat, poſitio longam: vel contra, poſitio longam et brevem, ſublatio unam longam, prout ſyllaba ſe obtulerit, id ſiet. In Bacchiis etiam hæc diviſio eſt. Nam Bacchius a brevi incipiens in ſublatione ſemper brevem et longam retinet, in poſitione longam. Palimbacchius autem, in ſublatione longam et brevem, ne in quadruplum ratio temporum protendatur, ſi duæ longæ adverſus unam brevem copulentur, qua ratione ſeſquipli et Pæones continebuntur. Moloſſi ratio æque duplex: nam idem valent duo contra quatuor, ſicut quatuor adverſum duo, ut modo ſublatio unam longam habeat, poſitio duas: nunc poſitio unam, ſublatio duas longas. Amphibrachys, in quo duæ breves, media longa eſt, in Arſi tria, in Theſi unum tempus accipiet: rurſuſque Arſis unum, Theſis tria ſibimet vindicabit, non dupli ſeu ſeſquipli, ut in reliquis, ratione diducta, quippe cum tribus temporibus unum, et contra unum tribus inſequentibus repugnare videantur, unde minus aptus pes in metris, Muſicis autem conſentaneus æſtimatur. Nam licet minor temporum ſpatio ſit, reſpondet tamen imagini Hippiorum, quos Epitritos vocamus, qui ſunt Heptachroni, id eſt, e prima brevi et tribus longis: neque enim ſyllabarum numero, ſed ratione temporum Arſis Theſiſque penſatur.*

SCHOL. CAP. V. p. 163. *De Epiploce.*

MARIUS Victorinus p. 2506. *Nunc de metrorum connexionibus, quas* Epiplocas *Græci appellant, dicemus. Adjectione enim et Detractione per ſyllabas et tempora his accidentia metra variantur. Dicta autem Epiploce, id eſt, amplexio, a metricis, eo quod copulari metra metris diverſa his adjectionibus, detractionibus, aut etiam tranſlationibus videantur. Harum ſpecies ſunt tres, quarum prima Triſemos, ſecunda Tetraſemos, tertia Hexaſemos dicitur, ex eo quod e tribus, et quatuor, et ſex temporibus ſubſiſtant, quæ, detractis ab initio verſus primis ſyllabis, diverſa metrorum genera informant. Quarum prima erit* ἐπιπλοκὴ δυαδικὴ τρίσημος, *id eſt, cum iambicis Trochaica connexa variantur in ſpecies duas, utraſque Triſemas, ut diximus, temporum trium: in conjugatione vero ſunt* ἑξάσημοι, *id eſt, temporum ſex. Nam Iambico verſui, ut eſt,*

Paratus omne Cæſaris periculum,

ſi adjeceris longam, efficies trochaicum, ut,

O paratus omne Cæſaris periculum.

Rurſus, Trochaico ſi detrahas primam ſyllabam, Iambicum efficies, velut eſt,

Celer Phaſelus ille quem videtis.

Aut cum Dactylicis Anapæſtica ſociantur, ſimiliter ἐπιπλοκὴν δυαδικὴν τετράσημον *faciunt, ut,*

Arma virumque cano.

Huic ſi acceſſerint duæ breves, fiet Anapæſticus, ut,

Ades arma virumque cano.

Rurſus adjecta longa fiet Dactylicus, ut,

Proh! ades arma virumque cano.

Quod adæque ut ſupra per duas ſpecies variatum eſt Dactylici et Anapæſtici, et ideo δυαδικὴ, *id eſt, duarum amplexio, Tetraſemos autem propter quatuor tempora, quibus uterque pes extenditur, appellatur, qui in conjugationem copulati Octaſemi fiunt. Obſervabis autem in hac ſpecie ſemper duas breves aut adjicere, aut detrahere longam unam, quod eſt uterque pes triſyllabos. Tertia* ἐπιπλοκὴ *eſt in Ionicis duobus, et Choriambico, et Antiſpaſto, quæ* τετραδικὴ *hexaſemos dicitur, id eſt, amplexio quadra, quatuor enim pedes ſibi mutuo connectuntur. Temporibus autem ſex conſtant. Nam cum ſit hic verſus Ionici minoris,*

Dea fecit, dea belli dominatrix Phrygas.

Adjecta longa fit Choriambicon, ut,

Cur dea fecit, dea belli dominatrix Phrygas.

Rurſus, adjecta alia, efficiet Ionicum majorem, ſic,

Hoc cur dea fecit dea belli dominatrix Phrygas.

Item adjectio brevis quartam ſpeciem in pede Antiſpaſto procreabit, ita,

Et hoc cur dea fecit dea belli dominatrix Phrygas.

Adæque et hic verſus apud Horatium,

Miſerarum eſt neque amori dare ludum neque dulci.

Conſtat ex Ionico minore, huic ſi copulaveris longam, erit Choriambicum,

Quam miſerarum eſt neque amori dare ludum neque dulci.

Item longa alia appoſita facit Ionicum majorem, ut,

O quam miſerarum eſt neque amori dare ludum neque dulci.

Brevis autem prælata antiſpaſtum informabit, ſic,

Et o quam miſerarum eſt neque amori dare ludum neque dulci.

Ad ſummum, omnis ἐπιπλοκὴ *propriis pedibus nulla intermixtione aliorum ſubſiſtens, ſuis uſque ad ultimum pedibus, terminabitur : ſin autem alios admiſerit, variabitur. Nam familiare eſt utriuſque Ionici Trochaicas ſibi baſes admiſcere. Ergo ſincerum* μονοειδὲς, *mixtum autem* ὁμοειδὲς *vocabitur.*

ΕΚ ΤΗΣ ΠΡΟΚΛΟΥ

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΙΑΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΣ

ΦΩΤΙΟΥ ΕΚΛΟΓΑΙ.

EX PROCLI

CHRESTOMATHIA GRAMMATICA

PHOTII PATRIARCHÆ C. P.

EXCERPTA.

CUM NOTIS

A. SCHOTTI, P. J. NUNNESII, ET F. SYLBURGII.

ACCEDUNT

INTEGRIORIS OPERIS FRAGMENTA

EX

TYCHSENII BIBLIOTHECA LITT. VETT. ET NOV.

CUM ANIMADVERSIONIBUS

C. G. HEYNII.

ANDREÆ SCHOTTO

ANTIQUITATIS PROPAGATORI DILIGENTISSIMO

FRID. SYLBURGIUS

S. P. D.

QUAS ad Xiphilini et Herodiani editionem ſuppetias miſiſti, SCHOTTE præſtantiſſime, ſerius quidem accepi; tum ſcilicet cum meas in auctores iſtos notationes abſolviſſem. Tamen ne beneficio tuo fraudaretur reſpublica, telam redorſus, effeci, ut quæ mecum communicaſti, ſuis quæque locis digeſta, cum ceteris in publicum prodirent; et quidem nonnuſquam cum aliqua acceſſione. Cum ergo id eſſet reliquum, ut etiam Procli χρηστομαθία, quam Græce ac Latine in Hiſpania editam ἐν προσθήκης μέρει ad me cum ceteris mittebas, per has citeriores regiones diffunderetur, commodiorem ei locum non inveniri poſſe judicavi, quam ſi Apollonio, quem eodem tempore præ manibus habebam, annexa, una cum eodem in lucem exiret. Atque ut hoc ipſum plenius ac luculentius a me præſtaretur, pervolutatis chartis meis, ejuſdem χρηστομαθίας quæſivi exemplum, quod a me ante XX annos, e magiſtri mei Henrici Stephani bibliotheca deſcriptum memineram. Quo reperto, et collatione inſtituta, deprehendi Stephani exemplum, quod ad duos codices vetuſtos collatum eſſet, tuo et plenius eſſe multo, et emendatius. Itaque per iſtam exemplarium ἀντεξέτασιν, quæ in tua editione deerant, ſupplevi; uncis

tamen, ut eo facilius discerni possint, inclusa; quæ vero διττογραφίαι occurrebant, eas in marginem Græci textus retuli; sicut tu ad Latini textus oram tua et Nunnesii apposueras scholia; idque ea religione feci, ut quædam etiam mendi vel suspecta, vel plane rea, non prætermiserim; quippe quod talia vestigia veræ lectionis viam τοῖς εὐστόχοις sæpenumero patefaciant. Eam opellam ut publicæ studiosorum utilitati navandam esse duxi, ita tuæ imprimis censuræ subjicere volui, et qualecumque ad te ἀντίδωρον remittere. Tu pro tua humanitate id in meliorem partem interpretare, et ad alias etiam editiones, quas moliri me intelligis, pari promtitudine, quæ vel in tuis thesauris habes, vel ex amicorum bibliothecis impetrare potes, communicare perge. Vale. Francof. III Non. April. anno Christi MDXC.

SYLBURGII PRÆLOQUIUM AD SUAS IN PROCLUM NOTATIONES.

STEPHANI exemplar, e quo meum me descripsisse supra sum præfatus, cum duobus vett. codd. collatum erat; quorum alter cum Schotti editione consonat; alter ab ea non paucis in locis discrepat. Ad quas diversitates quod attinet, quæ Schotti editioni deerant, ea inde supplevi, uncis, ut discerni possent, inclusa: quæ vero diversam scripturam habebant, pleraque omnia in marginem retuli. Itaque hic ea tantum attingentur, quæ marginis angustia capere istic non poterat. Principio igitur, Stephani codicum alter hoc habet initium; Ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ ἐπιγραφομένου βιβλίου Πρόκλου χρηστομαθίας γραμματικῆς. Ἔστι δὲ τὸ βιβλίον εἰς τέσσαρας διῃρημένον λόγους. λέγει μὲν ἐν τῷ πρώτῳ, ὡς αἱ αὐταί εἰσιν ἀρ. et quæ sequuntur. Et exordio huic præfixus numerus λδ'. XXXIIII. forsan Photianæ collectionis ordinem significans: hoc sensu, *Trigesima quarta collectio, excerpta est ex eo Procli libro, qui* χρηστομαθία γραμματικὴ

inſcribitur. Nam Photii Bibliotheca (ea enim libri eſt inſcriptio) ex cxc ſcriptoribus congeſta eſt, ut e catalogo, quem ad me Schottus miſit, numerando cognoſcitur. Præterea in Stephanei exemplaris margine adnotatum, in indice Bibliothecæ Photianæ, pro Πρόκλου χρηστομαθίας γρ. legi Πρόκλου πολυμαθίας γρ. quæ lectio et ipſa ferri poteſt; quia verum grammaticum πολυΐστορα et fere πανίστορα eſſe oportet; eum videlicet qui cum laude veterum ſcriptorum enarrationem profiteri velit. Χρηστομαθίας autem vocabulum probat is libellus, qui χρηστομαθεῖαι ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν inſcribitur, videnturque eo nomine ſignificari *utiliores doctrinæ ex auctoribus excerptæ:* hoc eſt, *Notatu digniora cujuſque ſcriptoris capita;* quæ alibi generalius ἐκλογαὶ nominantur.

DE PROCLO JUDICIUM HEN. VALESII *DE CRITICA* I. xx.

PROCLUS quoque Platonicus Philoſophus Criticus fuit non ignobilis: docet id commentarius in Homeri Iliadem et Odyſſeam, cujus meminit Suidas, et commentarius in Heſiodi opera et dies, qui etiamnum exſtat. Quod vero Suidas γραμματικῆς χρηστομαθείας libros eidem Proclo Philoſopho tribuit, in eo, mea quidem ſententia, graviter labitur. Sunt enim hi libri alterius [a] Procli longe antiquioris, ut didici ex commentariis Alexandri Aphrodiſienſis in

---

[a] Hoc primus, quod ſciam, obſervavit Valeſius. Erravit igitur Andreas Schottus, a quo hæc Procli Chreſtomathia cum illius et Nunneſii notis edita legitur poſt ejus Obſervationes Humanas, qui p. 15. in notis, ubi ex Suida recenſet Procli ſcripta, et hoc opus etiam ad Proclum Philoſophum retulit; in qua ſententia etiam eſt Fabric. B. G. V. c. 26. p. 521. Caſaubonus autem in notis ad Diogenem Laert. III. p. 37. teſtatur penes ſe exſtare χρηστομαθείας ἐκ τῆς Φωτίου βιβλιοθήκης non adſpernandas, quas lucem non vidiſſe putat. Sed forte eædem fuerint cum Procli aut Helladii Chreſtomathiis ex Photii Bibliotheca excerptis. *P. Burmannus Secundus.*

Ariſtotelis Elenchos. Hic enim non procul ab initio illius commentarii utitur teſtimonio Athenæi Grammatici et Procli in Chreſtomathia. Cum igitur conſtet Alexandrum Aphrodiſienſem diu ante Procli Philoſophi cognomento Diadochi ætatem vixiſſe, Proclum, qui Chreſtomathiam ſcripſit, a Proclo Philoſopho differre neceſſe eſt. Suppetunt etiam alia argumenta, ut Proclum Philoſophum in Criticis exercitatum fuiſſe credamus. Nam quicumque commentarios illius in Timæum et in Remp. Platonis attente perlegerit, eum Criticum fuiſſe minime dubitabit. Solet enim primo quidem exponere, quod ſit argumentum operis, deinde quis character, et quæ forma dicendi, quod Critici munus eſſe nemo eſt qui ignorat. Præterea cum in libris Theologicis et Myſticis, cujuſmodi ſunt Platonis libri, duo fere ſint ſenſus, alter ſimplicior et apertior, qui ex verbis elicitur, alter ſecretior et profundior, qui vulgo anagogicus et allegoricus vocatur: Proclus quidem hunc ubique ſectari ſe profitetur, et Longinum Philoſophum, alioſque reprehendit interpretes, qui verbis Platonis nimium erant addicti, et res ipſas, ſic enim loqui ſolet, id eſt arcana myſteria, negligebant. Idem tamen ſenſum illum verborum exponit diligentiſſime, tametſi illum ſpernere videatur, ac præ altero nihili ducere; et quoties aliqua vox occurrit obſcurior, quæ lectorem antiquitatis ignarum poſſit morari, eam ſtudioſe explicat. Argumento ſit quod de Bendidiis et de Apaturiis ac de ſolemnitate, quæ κουρεῶτις ab Athenienſibus dicebatur, obſervat in Timæum.

ΠΡΟΚΛΟΥ

ΧΡΗΣΤΟΜΑΘΙΑ.

[a] ἈΝΕΓΝΩΣΘΗΣΑΝ ἐκ τῆς Πρόκλου χρηστομαθίας γραμματικῆς ἐκλογαί.

Τὸ παρὸν βιβλίον διαιρεῖται εἰς δ΄· καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λέγει, ὡς αἱ αὐταί εἰσιν ἀρεταὶ [b] τοῦ λόγου καὶ ποιήματος, παραλλάσσουσι δὲ ἐν τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον· καὶ ὅτι τοῦ πλάσματος, τὸ μέν ἐστιν ἰσχνόν· τὸ δὲ, ἁδρόν· τὸ δὲ, μέσον· καὶ τὸ μὲν ἁδρὸν, ἐκπληκτικώτατόν ἐστι, καὶ κατεσκευασμένον μάλιστα, καὶ ποιητικὸν [c] ἐμφαῖνον κάλλος· τὸ δὲ ἰσχνὸν, τὴν τροπικὴν μὲν καὶ φιλοκατάσκευον σύνθεσιν μεταδιώκει· ἐξ ἀνειμένων δὲ μᾶλλον [d] συνήρτηται· ὅθεν ὡς ἐπίπαν τοῖς γοεροῖς ἀριστά πως [e] ἐφαρμόζει. Τὸ δὲ μέσον, καὶ τοὔνομα μὲν δηλοῖ, ὅτι μέσον ἐστὶν ἀμφοῖν· ἀνθηρὸν δὲ κατ᾽ ἰδίαν οὐκ ἔστι

ϑ

[a] Incipit MS. H. ἀνεγνώ ἐκ τοῦ ἐπιγραφομένου βιβλίου Πρόκλου χρηστομαθίας γραμματικῆς, omiſſo ἐκλογαί. Deinde, Ἔστι δὲ τὸ βίβλιον εἰς τέσσαρας διῃρημένον λόγους. Λέγει μὲν ἐν τῷ πρώτῳ, ὡς αἱ αὐταί εἰσιν κ. τ. λ.

[b] τοῦ deeſt R.

[c] ἐπιφαῖνον H. in textu.

[d] συνῆρται H. marg. Mox pro γοεροῖς Schottus conjicit γεωργικοῖς.

[e] ἐφαρμόττει H. textu.

πλάσμα, ἀλλὰ συνεκφέρεται [f] καὶ συμμέμικται τοῖς εἰρημένοις· ἁρμόζει δὲ τοπογραφίαις, καὶ λειμώνων [g] καὶ ἀλσῶν ἐκφράσεσιν. Οἱ δὲ τῶν εἰρημένων ἀποσφαλέντες [h] εἰδῶν, ἀπὸ μὲν τοῦ ἁδροῦ, εἰς τὸ σκληρὸν καὶ ἐπηρμένον ἐτράπησαν· ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσχνοῦ, εἰς τὸ ταπεινόν· ἀπὸ δὲ τοῦ μέσου, εἰς τὸ ἀργὸν καὶ ἐκλελυμένον.

β. Διαλαμβάνει δὲ [i] καὶ περὶ κρίσεως ποιήματος· ἐν ᾧ παραδίδωσιν ἤθους καὶ πάθους διαφοράν. Καὶ ὅτι ΤΗΣ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ, ΤΟ ΜΕΝ ΕΣΤΙ ΔΙΗΓΗΜΑΤΙΚΟΝ, ΤΟ ΔΕ ΜΙΜΗΤΙΚΟΝ· καὶ τὸ μὲν διηγηματικὸν ἐκφέρεται ΔΙ' ΕΠΟΥΣ, ΙΑΜΒΟΥ τε, καὶ [k] ΕΛΕΓΕΙΑΣ καὶ ΜΕΛΟΥΣ· τὸ δὲ μιμητικὸν, ΔΙΑ ΤΡΑΓΩιΔΙΑΣ, ΣΑΤΥΡΩΝ τε, καὶ ΚΩΜΩιΔΙΑΣ.

γ. Καὶ ὅτι τὸ [l] ΕΠΟΣ πρῶτον μὲν ἐφεῦρε [m] Φημονόη

---

[f] καὶ συμμέμικται ex H. marg. qui hoc amplectitur deleto συνεκφέρεται.

[g] ἢ ἀλσῶν H. textu.

[h] ἰδεῶν H. marg.

[i] καὶ περὶ κρίσεως ποιήματος desunt H. textu, et R. Nunnesius conjicit Διαλαμβάνει δὲ ἐν τῷ β, καὶ παραδίδωσιν.

[k] ἐλεγείου H. textu, R.

[l] H. ἔπος cum μέλος marg. Mox Φημονόη repositum pro Φιμονόη Schotto auctore. Eustathius Proem. ad Il. p. 2.=3, 12. ἰδίως ἔπος, ὁ ἔμμετρος λόγος. οὕτω καὶ ποιεῖν ὅλως μὲν τὸ πράττειν. καὶ ἔστιν ἡ χρῆσις παρὰ τῷ ποιητῇ πολλαχοῦ. ἰδιάζεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τῶν ῥαψῳδούντων, κατά τι ἐξαίρετον, διὰ τὸ τῆς ἐν αὐτοῖς πράξεως ταύτης ἐξέχον ὡς θεῖον καὶ ἔλλογον. ὅθεν καὶ συνθέμενοί τινες τὸ ἔμμετρον ἔπος, καὶ τὸ ῥαψῳδικῶς ποιεῖν, ὠνόμασαν συνθέτως ἐποποιοὺς, τοὺς ἐν ἁπλότητι λεγομένους καὶ ποιητάς. μάλιστα δὲ τοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ ἡρωΐζοντας. ὧν κατάρξαι λέγεταί τις Φημονόη γυνὴ προφῆτις Ἀπόλλωνος, ἐφευροῦσα, φασὶν, αὐτὴ πρώτη τὸ ἔπος, κληθὲν οὕτως κατὰ τοὺς παλαιοὺς, οὐ μόνον καθ' ὑπεροχὴν δι' ἣν τὸ ἑξάμετρον ἰδιώσατο τὴν κοινὴν προσηγορίαν τοῦ λόγου, ἀλλὰ καὶ διότι ἕπονταί φασι τὰ πράγματα τοῖς χρησμοῖς. εἰ δὲ ἡ τοιαύτη ἐτυμολογία δασύνεσθαι ἀπαιτεῖ τὸ ἔπος, ἀλλ' ἔστι συνηγορῆσαι καὶ τῇ ψιλώσει τούτου πιθανῶς εἴ τις βουληθείη. τίς δὲ ἡ ἐποποιΐα, καὶ ὅτι ποιήσεως εἶδος καὶ αὐτὴ ὡς καὶ ἡ τραγῳδία καὶ ἡ κωμῳδία καὶ ἡ τῶν κυκλίων ποιημάτων, καὶ ἡ λυρικὴ καὶ ἕτεραι,

ἡ Ἀπόλλωνος προφῆτις, ἑξαμέτροις χρησμοῖς χρησαμένη· καὶ ἐπειδὴ τοῖς χρησμοῖς τὰ πράγματα εἵπετο καὶ σύμφωνα ἦν, ἔπος τὸ ἐκ [n] τῶν μέτρων κληθῆναι. Οἱ δέ φασιν, ὅτι διὰ τὴν κατασκευὴν καὶ τὴν ἄγαν ὑπεροχὴν, τὴν ἐν τοῖς ἑξαμέτροις θεωρουμένην, τὸ κοινὸν ὄνομα παντὸς τοῦ λόγου, τὸ ἑξάμετρον ἰδιώσατο, καὶ ἐκλήθη ἔπος· καθάπερ καὶ ὁ Ὅμηρος τὸν ποιητὴν, καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν ῥήτορα [o] ᾠκειώσατο· ἐπεὶ καὶ [p] τὰ τρίμετρα ἔπη προσηγόρευον. (A.) Γεγόνασι δὲ τοῦ ἔπους ποιηταὶ, [q] κράτιστος μὲν Ὅμηρος, Ἡσίοδος, [r] Πίσανδρος, Πανύασις, Ἀντίμα-

---

ζητητέον ἐν ἄλλοις. καὶ οὕτω μὲν κατέστη τὸ ποιεῖν, ἐξ οὗ καὶ ὁ ποιητὴς καὶ ἡ ποίησις· καὶ δῆλον ὅτι ποιεῖν παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὡς καὶ ὁ κωμικὸς ἐμφαίνει, τὸ ποιητικῶς, ἤγουν ἐμμέτρως, ἀείδειν καὶ γράφειν. ὡς τὸ, ἐποίησάς ποτε, ὦ Εὐριπίδη, ἀντὶ τοῦ, ἔγραψας ἐν τῇ ποιήσει σου. καὶ τοίνυν καὶ ποιητὴς, ὁ οὕτω γράφων, ὁποῖος ἂν καὶ εἴη εἴτε κωμικὸς, εἴτε ὁστισοῦν ἕτερος. ἐξόχως δὲ, Ὅμηρος. ὡς γὰρ εἴ τις εἴπῃ ὁ ῥήτωρ, ὁ Δημοσθένης εὐθὺς ὑπερεχόντως ἐνοήθη, κἂν τὸν λυρικὸν ἀκούσωμεν, εἰς τὸν Πίνδαρον ἀναγόμεθα, οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν ἀκούσας τις μετὰ τοῦ ἄρθρου, τὸν Ὅμηρον ἐνόησε. διὰ τί; ὅτι ἐν αὐτῷ ἀρετὴ πᾶσα ποιήσεως. καὶ διότι σπερματικῶς ἀρχὴ καὶ καθηγητὴς αὐτὸς πᾶσι γέγονε ποιηταῖς τοῦ εἶναι ὅπερ λέγονται. Nonnumquam vero voce ἔπος ad alia carminum genera denotanda utebantur Grammatici, ut Galenus T. V. p. 457. ed. Basil. τὸ παρὰ τῷ Σιμωνίδῃ γεγραμμένον ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν· Οὐκ ἄν τις οὔτω δασκίοις ἐν οὔρεσιν Ἀνὴρ λέοντ' ἔδεισεν, οὐδὲ πάρδαλιν, Μοῦνος στενυγρῇ συμπεσὼν ἐν ἀτραπῷ. Legi merentur Diomedes p. 480. Marius Victorinus p. 2493.

[m] De Phœmonoe satis dabit Fabricius Bibl. Gr. Lib. I. 25, 4.

[n] Forte leg. τὸ ἐκ τῶν ἑξαμέτρων, quod ex hexametris constat. *Sylburgius.*

[o] ᾠκειώσατο om. H. in textu.

[p] τὰ om. H. marg. R.

(A.) Vide Excerpta ex Procli opere dum adhuc integrum esset a nobis recusa ad calcem hujus libri.

[q] κράτιστοι H. in textu.

[r] Πίσανδρος deest H. marg. et R. De Pisandro vide Fabricii Bibl. Gr. ed. Harles. T. I. p. 590. IV. p. 265. VIII. p. 63. De Panyasi ibid. I. p. 734. De Antimacho ibid. II. p. 104. Plura dabunt Scaliger ad Catullum p. 99. Pierson. ad Herodian. p. 439.

χος. Διέρχεται δὲ τούτων, ὡς οἷόν τέ ἐστι, γένος τε [s]καὶ πατρίδας, καί τινας ἐπὶ [t]μέρους πράξεις.

δ. Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου [u]ΕΠΙΚΟΥ ΚΥΚΛΟΥ, ὃς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως, ἐξ ἧς [x]αὐτῷ καὶ τρεῖς παῖδας γεννῶσιν ἑκατοντάχειρας, καὶ τρεῖς ἑτέρους ἀποτίκτουσι Κύκλωπας. [y]Διεξέρχεται δὲ περὶ θεῶν, τά τε
341 ἄλλα τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα, καὶ εἴ πού τι καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐξαληθίζεται. Καὶ περατοῦται [z]ὁ ἐπικὸς κύκλος ἐκ διαφόρων ποιητῶν συμπληρούμενος, [a]μέχρι τῆς ἀποβάσεως Ὀδυσσέως τῆς εἰς Ἰθάκην· ἐν ᾗ καὶ ὑπὸ τοῦ παιδὸς [b]Τηλεγόνου, ἀγνοοῦντος ὡς πατὴρ εἴη, κτείνεται. Λέγει δὲ ὡς τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα διασώζεται, καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς, οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων. [c]Λέγει καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰς πατρίδας τῶν πραγματευσαμένων τὸν ἐπικὸν κύκλον.

ε. (B) Λέγει δὲ καὶ περί τινων [d]ΚΥΠΡΙΩΝ ποιημάτων· καὶ ὡς οἱ μὲν ταῦτα εἰς Στασῖνον ἀναφέρουσι Κύ-

---

[s] καὶ πατρίδας om. H. marg. et R.

[t] ἐπιμέτρους R. edd. Sylburg. et Schott.

[u] Vide Fabricii Bibl. Gr. II. 2, 24. T. I. p. 378. ed. Harles.

[x] αὐτοὶ pro αὐτῷ Heynius, qui et γεννῶσιν probavit. Editi habent γινώσκουσιν, ut et H. in marg. qui tamen in textu vocem omittit, et mox pro τρεῖς ἑ. ἀποτίκτουσι fubftituit τρεῖς γεννῶσι.

[y] H. in textu διαπορεύεται δὲ τά τε ἄλλως περὶ θεῶν τοῖς E. cum vulg. in marg.

[z] Sic H. in textu. Alii ὁ ἐπικὸς λόγος σ. ε. δ. π.

[a] Sic H. in textu. Alii μέχρι τῆς εἰς Ἰθάκην ἀποβάσεως Ὀδυσσέως.

[b] Sic H. textu. Alii Τηλέγονος ἀγνοούμενος.

[c] Λέγει καὶ τὰ—ποιημάτων. Defunt H. marg. R.

[d] Fabricii Bibl. Gr. II. 2. 16. T. I. p. 382. ed. Harles.

πριον, οἱ δὲ [e]Ἡγησίαν τὸν Σαλαμίνιον αὐτοῖς ἐπιγράφουσιν· οἱ δὲ Ὅμηρον· δοῦναι δὲ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς Στασίνῳ· καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ πατρίδα, [f]Κυπρία τὸν πόνον ἐπικληθῆναι· ἀλλ' οὐ [g]τίθεται ὁ συγγραφεὺς τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ· μηδὲ γὰρ Κύπρια προπαροξυτόνως ἐπιγράφεσθαι τὰ ποιήματα.

ς. Τὴν δὲ ΕΛΕΓΕΙΑΝ συγκεῖσθαι μὲν ἐξ ἡρῴου καὶ πενταμέτρου στίχου· ἁρμόζειν δὲ τοῖς κατοιχομένοις· ὅθεν καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε. Τὸ γὰρ ΘΡΗΝΟΣ [h]ΕΛΕΓΟΝ ἐκάλουν οἱ παλαιοί· καὶ τοὺς τετελευτηκότας δι' αὐτοῦ εὐλόγουν. Οἱ μέντοι μεταγενέστεροι [i]τῇ ἐλεγείᾳ πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις ἀπεχρήσαντο. Λέγει δὲ καὶ ἀριστεῦσαι τῷ μέτρῳ [k]Καλλῖνόν τε τὸν Ἐφέσιον, καὶ [l]Μίμνερμον τὸν Κολοφώνιον· ἀλλὰ καὶ τὸν Τηλέφου [m]Φιλητᾶν τὸν Κῷον· καὶ Καλλίμαχον τὸν Βάττου. Κυρηναῖος δὲ οὗτος ἦν.

ζ. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν ΙΑΜΒΟΝ τάττεσθαι μὲν ἐπὶ λοιδορίας τὸ παλαιόν· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἰαμβίζειν κατά 342
τινα γλῶσσαν λοιδορεῖν ἔλεγον· οἱ δὲ ἀπό τινος Ἰάμβης θεραπαινίδος Θρᾴττης τὸ γένος. Ταύτην φασὶ, τῆς Δήμητρος ἀνιωμένης ἐπὶ τῇ τῆς θυγατρὸς ἁρπαγῇ, προσελ-

---

[e] H. Ἡγησῖνον, alii Ἡγησίον. Sylburgius.

[f] Margo H. ſic: "In Alt. "κύπρία legitur utrobique." In altero Stephani codice Κύπρία ſcriptum, accentu gemino, in prima pariter et ſecunda, qua duplicatione alibi quoque notari ſolent ambigua; et accentus variationem hic probant quæ mox ſequuntur. *Sylburgius.*

[g] τίθεσθαι pro *aſſentiri*, frequens eſt etiam apud Zoſimum. *Sylburgius.*

[h] ἔλεγος H. in marg.

[i] τοῖς ἐλεγείοις H. marg.

[k] Vide Fabricii Bibl. Gr. T. I. p. 726. IV. p. 468. ed. Harles.

[l] Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 733. ed. Harles.

[m] φίλητα H. marg. et edd. v. Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 874. IV. p. 490. ed. Harles.

θεῖν [n] ἐπὶ τὸν Ἐλευσῖνα ἐπὶ τῇ νῦν Ἀγελάστῳ καλουμένῃ πέτρᾳ καθημένην· καὶ διά τινων χλευασμάτων εἰς γέλωτα προαγαγέσθαι τὴν θεόν. Ἔοικε δὲ ὁ ἴαμβος τὸ μὲν παλαιὸν ἐπὶ τῶν εἰς ψόγον καὶ ἔπαινον γραφομένων ὁμοίως λέγεσθαι· ἐπεὶ δέ τινες ἐπλεόνασαν ἐν ταῖς κακολογίαις τὸ μέτρον, ἐκεῖθεν τὸ ἰαμβίζειν εἰς τὸ ὑβρίζειν ὑπὸ τῆς συνηθείας ἐκπεσεῖν· ὥσπερ ἀπὸ τῶν κωμικῶν, τὸ κωμῳδεῖσθαι. Ἰάμβων δὲ ποιηταὶ, [o] Ἀρχίλοχός τε ὁ Πάριος ἄριστος, καὶ [p] Σιμωνίδης ὁ Ἀμόργιος, ἢ, ὡς ἔνιοι, Σάμιος· καὶ Ἱππῶναξ ὁ Ἐφέσιος· ὧν ὁ μὲν πρῶτος, ἐπὶ Γύγου· ὁ δὲ, ἐπ' [q] Ἀνανίου τοῦ Μακεδόνος· ὁ δὲ [r] Ἱππῶναξ, κατὰ Δαρεῖον ἤκμαζεν.

η. Περὶ δὲ ΜΕΛΙΚΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ, φησὶν, ὡς πολυμερεστάτη τε, καὶ διαφόρους ἔχει τομάς. ἃ μὲν γὰρ αὐτῆς, μεμέρισται θεοῖς· ἃ δὲ ἀνθρώποις· ἃ δὲ, εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις. Καὶ εἰς θεοὺς μὲν ἀναφέρεσθαι ΥΜΝΟΝ, ΠΡΟΣΩΙΔΙΟΝ, ΠΑΙΑΝΑ, ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΝ, ΝΟΜΟΝ, ΑΔΩΝΙΔΙΑ, ΙΟΒΑΚΧΟΝ, ΥΠΟΡΧΗΜΑΤΑ· εἰς δὲ ἀνθρώπους, ΕΓΚΩΜΙΑ, [s] ΕΠΙΝΙΚΙΑ, ΣΚΟΛΙΑ, ΕΡΩΤΙΚΑ, ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΑ, ΥΜΕ-
343 ΝΑΙΟΥΣ, ΣΙΛΛΟΥΣ, ΘΡΗΝΟΥΣ, ΕΠΙΚΗΔΕΙΑ· εἰς θεοὺς δὲ καὶ ἀνθρώπους ΠΑΡΘΕΝΙΑ, ΔΑΦΝΗΦΟΡΙΚΑ, ΟΣΧΟΦΟΡΙΚΑ, ΕΥΚΤΙΚΑ. Ταῦτα γὰρ, εἰς θεοὺς γραφόμενα, καὶ ἀνθρώπων περιείληφεν ἐπαινούς.

---

[n] περὶ H. in textu.

[o] Fabric. Bibl. Gr. II. 15, 16. T. II. p. 107. ed. Harles.

[p] Fabric. Bibl. Gr. II. 15. 55. T. II. p. 142. ed. Harles.

[q] leg. Ἀμύντου ex Eusebii Chronico. *Sylburgius.*

[r] Fabric. Bibl. Gr. II. 15, 32. T. II. p. 122. ed. Harles. Ἱππώναξ δὲ H. in textu.

[s] ἐπινίκιοι. Congruentius ἐπινίκια, vel potius ἐπινίκιον sc. ὕμνον, ut infra. *Sylburgius.* Edidi ἐπινίκια.

Τὰ δὲ εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις, οὐκ ἔστι μὲν εἴδη τῆς μελικῆς, ὑπ᾽ αὐτῶν δὲ τῶν ποιητῶν ἐπικεχείρηται. Τούτων δέ ἐστι ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΑ, ΕΜΠΟΡΙΚΑ, ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΑ, ΓΝΩΜΟΛΟΓΙΚΑ, ΓΕΩΡΓΙΚΑ, ΕΠΙΣΤΑΛΤΙΚΑ.

θ. Καί φησι τὸν ΥΜΝΟΝ ὠνομάσθαι ἀπὸ τοῦ [t] ὑπόμνησίν τινα εἶναι, καὶ οἱονεὶ εἰς μνήμην τινὰ καὶ ὑπόμνησιν ἄγειν τὰς πράξεις τῶν ὑμνουμένων· ἢ ἀπὸ τοῦ ὕδειν αὐτὰς, ὅπερ ἐστὶ λέγειν. Ἐκάλουν δὲ καθόλου πάντα τὰ εἰς τοὺς [u] ὑπηρέτας γραφόμενα, ὕμνους· διὸ καὶ τὸ προσῴδιον καὶ τὰ ἄλλα τὰ προειρημένα φαίνονται ἀντιδιαστέλλοντες τῷ ὕμνῳ, ὡς εἴδη πρὸς γένος· καὶ γάρ ἐστιν [x] αὐτῶν ἀκούειν γραφόντων ὕμνους προσῳδίους, καὶ ὕμνους ἐγκωμίους, καὶ ὕμνους παιᾶνας, καὶ τὰ ὅμοια.

ι. Ἐλέγετο δὲ τὸ ΠΡΟΣΩιΔΙΟΝ, ἐπειδὰν προσίασι τοῖς βωμοῖς ἢ ναοῖς· καὶ ἐν τῷ προσιέναι, ᾔδετο πρὸς αὐλόν· ὁ δὲ κυρίως ὕμνος, πρὸς κιθάραν ᾔδετο [y] ἑστώτων.

ια. Ὁ δὲ ΠΑΙΑΝ, ἔστιν εἶδος ᾠδῆς εἰς πάντας νῦν γραφόμενος θεούς· τὸ δὲ παλαιὸν, ἰδίως ἀπενέμετο τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἀρτέμιδι, ἐπὶ καταπαύσει λοιμῶν καὶ

---

[t] H. ſic. * ὑπὸ μῶμον τινα εἶναι καὶ τοῦτον εἰς μνήμην ∧ καὶ ὑπόμνησιν ἄγειν. * γρ. ὑπόμνησιν τινα ∧ οἱονεὶ τινα. Sylburgius in margine ſic: ὑπόμονόν τινα εἶναι, καὶ οἷον εἰς μν. Et in notis: In marginali lectione, alter Stephani codex habet ὑπόμωμον τινα, quæ ſcriptura, quoniam contrarium quendam ſenſum habet, ego ex Etymologo ὑπόμονον repoſui; quamquam aptius fortaſſis ὑπόμνημον.

[u] f. ἐναρέτους. *Sylburgius.*

[x] Alter Stephani codex habet, αὐτῶν ἀκούειν γραφόντων, Ὕμνος προσῳδίου, Ὕμνος ἐγκωμίου, Ὕμνος παιᾶνος, abſolute ſcilicet poſitis titulis. Προσῴδιον autem etſi unanimi conſenſu per ω habent exemplaria, auctorem tamen προσόδιον per omicron ſcripſiſſe innuit etymologia quæ mox ſequitur. *Sylburgius.*

[y] ἑστῶσαν H. in textu.

νόσων ᾀδόμενος· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ προσῴδια τινὲς παιᾶνας λέγουσιν.

344 ιβ. Ὁ δὲ ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΣ, γράφεται μὲν εἰς Διόνυσον, προσαγορεύεται δὲ ἐξ αὐτοῦ, ἤτοι διὰ τὸ κατὰ τὴν Νύσαν ἐπ' ἄντρῳ διθυράμβῳ τραφῆναι τὸν Διόνυσον· ἢ διὰ τὸ, λυθέντων τῶν ῥαμμάτων τοῦ Διὸς, εὑρεθῆναι αὐτόν· ἢ διότι δὶς δοκεῖ γενέσθαι· [z] ἅπαξ ἐκ τῆς Σεμέλης, καὶ δεύτερον ἐκ τοῦ μηροῦ. Εὑρεθῆναι δὲ τὸν διθύραμβον Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει· τὸν δὲ ἀρξάμενον τῆς ᾠδῆς, Ἀριστοτέλης [a] Ἀρίωνα [b] λέγει· ὃς πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν.

ιγ. Ὁ μέντοι ΝΟΜΟΣ, γράφεται μὲν εἰς Ἀπόλλωνα, ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ· [c] νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων ἐπεκλήθη· ὅτι τῶν ἀρχαίων χοροὺς ἱστάντων, καὶ πρὸς αὐλὸν ἢ λύραν ᾀδόντων τὸν νόμον, Χρυσόθεμις ὁ Κρὴς, πρῶτος στολῇ χρησάμενος ἐκπρεπεῖ, καὶ κιθάραν ἀναλαβὼν, εἰς μίμησιν τοῦ Ἀπόλλωνος, μόνος ᾖσε νόμον. [d] Εὐδοκιμήσαντος δὲ αὐτοῦ διαμένει ὁ τρόπος τοῦ ἀγωνίσματος. Δοκεῖ δὲ [e] Τέρπανδρος μὲν πρῶτος τελειῶσαι τὸν νόμον, ἡρῴῳ μέτρῳ χρησάμενος· ἔπειτα Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος οὐκ ὀλίγα συναυξῆσαι, αὐτὸς καὶ ποιητὴς καὶ κιθαρῳδὸς γενόμενος. [f] Φρύνις δὲ ὁ Μιτυληναῖος ἐκαινοτόμησεν αὐτόν· τό τε γὰρ ἑξάμετρον τῷ

---

[z] ἅπαξ μὲν—δεύτερον δὲ H.

[a] Fabric. Bibl. Gr. II. 15, 16. β. T. II. p. 110. ed. Harles.

[b] φησὶν εἶναι Margo Sylb.

[c] H. in textu, νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων· νόμιμος δὲ ἐκλήθη. Pro νόμιμος alibi legitur νόμιος, cujus vocabuli varias rationes e Græcis pariter et Latinis auctoribus affert Giraldus in Deorum historia. *Sylburgius.*

[d] καὶ εὐδοκιμήσαντος H.

[e] Fabric. B. G. T. I. p. 292. II. p. 158. ed. Harles.

[f] Fabric. B.G. T. II. p. 134. ed. Harles.

λελυμένῳ συνῆψε, καὶ χορδαῖς τῶν ἑπτὰ πλείοσιν ἐχρήσατο. [g]Τιμόθεος δὲ ὕστερον [h]εἰς τὴν νῦν ἤγαγε τάξιν.

ιδ. [i]Ἔστι δὲ ὁ μὲν διθύραμβος, κεκινημένος, καὶ 345 πολὺ τὸ ἐνθουσιῶδες μετὰ χορείας ἐμφαίνων, εἰς πάθη κατασκευαζόμενος, τὰ μάλιστα οἰκεῖα [k]τοῦ θεοῦ· καὶ σεσόβηται μὲν καὶ τοῖς ῥυθμοῖς, καὶ [l]ἁπλουστέραις δὲ κέχρηται ταῖς λέξεσιν. Ὁ δὲ νόμος τοὐναντίον διὰ τῶν [m]θεῶν ἀνεῖται τεταγμένως καὶ μεγαλοπρεπῶς, καὶ τοῖς ῥυθμοῖς ἀνεῖται, καὶ [n]διπλασίαις ταῖς λέξεσι κέχρηται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἁρμονίαις οἰκείαις ἑκάτερος χρῆται. Ὁ μὲν γὰρ [o]τὸν Φρύγιον καὶ Ὑποφρύγιον ἁρμόζεται· ὁ νόμος δὲ, τῷ συστήματι τῷ τῶν κιθαρῳδῶν Λυδίῳ. Ἔοικε δὲ ὁ μὲν διθύραμβος, ἀπὸ τῆς κατὰ τοὺς ἀγροὺς παιδιᾶς, καὶ τῆς ἐν τοῖς πότοις εὐφροσύνης εὑρεθῆναι· ὁ δὲ νόμος, δοκεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ παιᾶνος ῥυῆναι. Ὁ μὲν γάρ ἐστι κοινότερος, εἰς κακῶν παραίτησιν γεγραμμένος· ὁ δὲ ἰδίως εἰς [p]Ἀπόλλω· ὅθεν τὸ μὲν ἐνθουσιῶδες οὐκ ἔχει ὡς ὁ διθύραμβος. Ἐκεῖ μὲν γὰρ [q]μέθη καὶ παιδιά· ἐνταῦθα δὲ ἱκετεῖαι, καὶ πολλὴ

---

[g] Vide Fabric. B. G. T. II. p. 158. ed. Harles. Tyrwhittum, Twiningium, et Hermannum ad Aristot. Poet. cap. 2.

[h] εἰς τὴν νῦν αὐτὸν ἤ. τ. H.

[i] ἔστιν οὖν H. in textu.

[k] τῷ θεῷ H. textu.

[l] ἁπλουστέρως omisso δὲ H.

[m] θεῶν deest H. marg. θεῶν alter Stephani codex agnoscit, alter pro eo vacuum habet spatium, ut et Schotti editio: Schottus ipse legit ἠθῶν, ut supra. *Sylburgius.*

[n] διπλασίοις H.

[o] Etsi cum masc. τὸν Φρύγιον καὶ Ὑποφρύγιον subaudiri potest ῥυθμόν: fortassis tamen rectius fœm. gen. legemus τὴν Φ. subaudito e præcedentibus ἁρμονίας vocabulo. *Sylburgius.*

[p] Ἀπόλλωνα H. textu.

[q] μέθαι καὶ παιδιαὶ H. textu.

τάξις· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ [r] θεὸς ἐν τάξει καὶ [s] συστήματι κατεσταλμένῃ περιέρχεται τὸν κρουσμόν.

ιε. [t] ΑΔΩΝΙΔΙΑ δὲ λέγεται, τὰ εἰς Ἄδωνιν ἀναφερόμενα.

ις. Ἤιδετο δὲ ὁ ΙΟΒΑΚΧΟΣ ἐν ἑορταῖς καὶ θυσίαις Διονύσου, βεβαπτισμένος πολλῷ φρυάγματι.

ιζ. ΥΠΟΡΧΗΜΑ δὲ, τὸ μετ' ὀρχήσεως ᾀδόμενον μέλος ἐλέγετο. καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τὴν ΥΠΟ ἀντὶ τῆς ΜΕΤΑ πολλάκις ἐλάμβανον. Εὑρετὰς δὲ τούτων [u] φασὶν οἱ μὲν Κουρῆτας· οἱ δὲ Πύῤῥον τὸν Ἀχιλλέως· ὅθεν καὶ Πυῤῥίχην [x] τὶ εἶδος ὀρχήσεως λέγουσιν.

346 ιη. Ὁ δὲ [y] ΕΠΙΝΙΚΙΟΣ, ὑπ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς νίκης τοῖς [z] πρωτεύουσιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐγράφετο.

ιθ. Τὸ δὲ ΣΚΟΛΙΟΝ μέλος, ᾔδετο [a] παρὰ τοὺς πότους· διὸ καὶ ΠΑΡΟΙΝΙΟΝ αὐτὸ ἔσθ' ὅτε καλοῦσιν· ἀνειμένον δέ ἐστι τῇ κατασκευῇ, καὶ ἁπλούστατον μάλιστα. Σκολιὸν δὲ εἴρηται, οὐχ ὡς ἐνίοις [b] ἤρεσε, κατὰ ἀντίφρασιν· [c] τὰ γὰρ κατὰ ἀντίφρασιν, ὡς ἐπίπαν, τοῦ εὐφημισμοῦ στοχάζεται, οὐκ εἰς κακοφημίαν [d] μεταλαμβάνει τὸ εὔφημον· ἀλλὰ διὰ τὸ, προκατειλημμένων ἤδη τῶν αἰσθητηρίων, καὶ παρειμένων οἴνῳ τῶν ἀκροατῶν, τηνικαῦτα εἰσφέρεσθαι τὸ βάρβιτον εἰς τὰ συμπόσια· καὶ διονυσιάζοντα ἕκαστον ἀκροσφαλῶς, συγκύπτεσθαι περὶ

---

[r] ὁ θεὸς deeſt H. marg.

[s] Hermannus ad Ariſtot. Poet. p. 90. legit σχήματι κατεσταλμένῳ *modeſto ornatu.*

[t] Ἀδωνίδεια Bentleius ad Horatii Serm. I. iii.

[u] λέγουσιν H.

[x] εἶδός τι H.

[y] ἐπίνικος H. textu.

[z] προτεροῦσιν H. textu.

[a] παρά. Sic H. Alii περί.

[b] ἔδοξε H.

[c] τὰ κ. ἀντίφρασιν deſet H. marg.

[d] μεταβάλλει H.

τὴν προφορὰν τῆς ᾠδῆς. Ὅπερ οὖν ἔπασχον αὐτοὶ διὰ τὴν μέθην, τοῦτο τρέψαντες εἰς τὸ μέλος, σκολιὸν ἐκάλουν τὸ ἁπλούστατον.

κ. Τὰ δὲ ΕΡΩΤΙΚΑ, δῆλον ὅτι γυναικῶν, καὶ παίδων, καὶ παρθένων ἐρωτικὰς ᾄδει περιστάσεις.

κα. Καὶ τὰ ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΑ δὲ τοῖς ἄρτι θαλαμευομένοις ἅμα οἱ ἠΐθεοι καὶ αἱ παρθένοι ἐπὶ τῶν θαλάμων ᾖδον.

κβ. ΥΜΕΝΑΙΟΝ δὲ ἐν γάμοις ᾄδεσθαί φησι, κατὰ πόθον καὶ ζήτησιν Ὑμεναίου τοῦ Τερψιχόρας· ὅν φασι γήμαντα, ἀφανῆ γενέσθαι· οἱ δὲ, κατὰ τιμὴν τοῦ Ἀττικοῦ Ὑμεναίου. τοῦτον γάρ φησι ποτὲ διώξαντα ἀφελέσθαι κούρας Ἀττικὰς λῃστῶν. Ἐγὼ δὲ οἶμαι βίου
[e]τινὸς εὐτυχοῦς προαναφώνησιν ὑπάρχειν, καὶ συνεύχεσ- 347
θαι τοῖς [f]συνοῦσι πρὸς γάμου κοινωνίαν μετὰ φιλοστοργίας, Αἰολικῇ παραπλέκοντας τὴν εὐχὴν διαλέκτῳ, οἷον ὑμεναίειν καὶ ὁμονοεῖν τούτους, ἀεὶ ὁμόσε [g]μένοντας.

κδ. Ὁ δὲ ΣΙΛΛΟΣ [h]πεφασμένως λοιδορίας καὶ διασυρμοὺς ἀνθρώπων ἔχει.

κε. Διαφέρει δὲ τοῦ ἐπικηδείου ὁ θρῆνος· ὅτι τὸ μὲν ΕΠΙΚΗΔΕΙΟΝ, παρ' αὐτὸ τὸ κῆδος, ἔτι τοῦ σώματος [i]προκείμενου, λέγεται· ὁ δὲ ΘΡΗΝΟΣ, οὐ περιγράφεται χρόνῳ.

κς. Τὰ δὲ λεγόμενα ΠΑΡΘΕΝΕΙΑ, χοροῖς παρθένων ἐνεγράφετο· οἷς καὶ τὰ ΔΑΦΝΗΦΟΡΙΚΑ, ὡς εἰς γένος, πίπτει· δάφνας γὰρ [k]ἐν Βοιωτίᾳ δι' ἐνναετηρίδος εἰς τὰ

---

[e] τινὰ H.

[f] συνιοῦσι H.

[g] ναίοντας H. textu.

[h] πεφεισμένως H. cum Etymolog. M. p. 713, 13.

[i] προκειμένου Sic H. in textu. In marg. ut alii, κειμένου.

[k] ἐν Βοιωτίᾳ desunt H. marg.

τοῦ Ἀπόλλωνος κομίζοντες οἱ ἱερεῖς, ἐξύμνουν αὐτὸν διὰ χοροῦ παρθένων· καὶ ἡ αἰτία· τῶν [l] Αἰολέων ὅσοι κατῴκουν Ἄρνην καὶ τὰ [m] ταύτῃ χωρία, κατὰ χρησμὸν ἀναστάντες ἐκεῖθεν, καὶ προσκαθεζόμενοι, Θήβας ἐπόρθουν [n] προκατεχομένας ὑπὸ Πελασγῶν. [o] κοινῶς ἀμφοῖν ἑορτῆς Ἀπόλλωνος ἐνστάσης, ἀνοχὰς ἔθεντο. καὶ δάφνας [p] τέμνοντες, οἱ μὲν, ἐξ Ἑλικῶνος· οἱ δὲ, ἐγγὺς τοῦ Μέλανος ποταμοῦ, ἐκόμιζον τῷ Ἀπόλλωνι. Πολεμάτας δὲ, ὁ τῶν Βοιωτῶν ἀφηγούμενος, ἔδοξεν ὄναρ νεανίαν τινὰ πανοπλίαν αὐτῷ διδόναι· καὶ εὐχὰς ποιεῖσθαι [q] προστάττειν τῷ Ἀπόλλωνι, δαφνηφοροῦντας διὰ ἐνναετηρίδος· μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν ἐπιθέμενος, κρατεῖ τῶν πολεμίων· καὶ αὐτός
348 τε τὴν δαφνηφορίαν ἐτέλει, καὶ τὸ ἔθος ἐκεῖθεν διατηρεῖται. Ἡ δὲ δαφνηφορία· ξύλον ἐλαίας καταστέφουσι δάφναις καὶ ποικίλοις ἄνθεσι· καὶ ἐπ' ἄκρου μὲν χαλκῆ ἐφαρμόζεται σφαῖρα, ἐκ δὲ ταύτης μικροτέρας ἐξαρτῶσι· κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῦ ξύλου, περιθέντες [r] ἐλάσσονα τῆς ἐπ' ἄκρου σφαίρας, καθάπτουσι πορφυρᾶ στέμματα· τὰ δὲ τελευταῖα τοῦ ξύλου περιστέλλουσι κροκωτῷ. Βούλεται δ' αὐτοῖς ἡ μὲν ἀνωτάτω σφαῖρα τὸν ἥλιον, ᾧ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα ἀναφέρουσιν· ἡ δὲ ὑποκειμένη, τὴν σελήνην· τὰ δὲ προσηρτημένα τῶν σφαιρίων, ἄστρα τε καὶ ἀστέρας· τὰ δέ γε στέμματα, τὸν ἐνιαύσιον δρόμον· καὶ γὰρ καὶ τξέ ποιοῦσιν αὐτά. Ἄρχει δὲ τῆς δαφνηφο-

ut mox διὰ χοροῦ παρθένων. Paullo fupra edendum curavi παρθενεῖα. Conf. Arift. Av. 920.

[l] Sic H. ἑώων ut al. marg.

[m] ταύτῃ fic H. cum ταύτης fuprafcripto.

[n] προκατεχομένας H. textu. προσκαθεζομένας marg.

[o] κοινῆς alii.

[p] τεμόντες H. marg.

[q] προστάττειν poft ἐνναετηρίδος H.

[r] Sic H. in textu. In marg. ἐλάσσονας τῆς ἐπ' ἄκρου τοῦ ξύλου.

ρίας παῖς ἀμφιθαλής· καὶ ὁ μάλιστα αὐτῷ οἰκεῖος βαστάζει τὸ κατεστεμμένον ξύλον, ὃ [s] κωπὼ καλοῦσιν· αὐτὸς δὲ ὁ δαφνηφόρος ἑπόμενος, τῆς δάφνης ἐφάπτεται· τὰς μὲν κόμας καθειμένας, χρυσοῦν δὲ στέφανον φέρων, καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα ποδήρη ἐστολισμένος, [t] ἰφικρατίδας τε ὑποδεδεμένος· ᾧ χορὸς παρθένων ἐπακολουθεῖ, προτείνων κλῶνας πρὸς ἱκετηρίαν τῶν ὕμνων· παρέπεμπον δὲ τὴν δαφνηφορίαν εἰς Ἀπόλλωνος [u] Ἰσμηνίου καὶ Γαλαξίου.

κζ. Τὸ δὲ ΤΡΙΠΟΔΙΦΟΡΙΚΟΝ μέλος, τρίποδος προηγουμένου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς ᾔδετο. Ἔσχε δὲ καὶ τοῦτο αἰτίαν τοιαύτην. Πελασγῶν τινες Πάνακτον τῆς Βοιωτίας ἐπόρθουν· Θηβαῖοι δὲ ἤμυνον· καὶ πέμψαντες 349
εἰς Δωδώνην, περὶ τῆς τοῦ πολέμου νίκης ἐχρῶντο· χρησμὸς δὲ τοῖς Θηβαίοις ἐξέπεσεν, ὡς, εἰ μέγιστον ἀσέβημα ἀσεβήσουσι, νικήσουσιν. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἀσεβημάτων εἶναι μέγιστον, [x] τὸ τὴν χρησμῳδήσασαν αὐτοῖς τὸν χρησμὸν ἀνελεῖν· καὶ ἀνεῖλον. Αἱ δὲ περὶ τὸ τέμενος συνιε-

---

[s] κοπῶ H. κόπω non satis clare legebatur in altero Stephani codice; nec κωπὼ, quod in altero est, evidentem habet nominis rationem. *Sylburgius.*

[t] ἐπικρατίδας H. textu.

[u] ἰσυνίου καὶ χαλαζίου H. Ismenii Apollinis meminit etiam Giraldus in Deorum historia: sed γαλαξίου, sive χαλαζίου nulla ibi mentio; quamquam illud, a lacteo candore; hoc a grandinis immissione tribui ei potuit. Nam ut lacteum candorem, ita et grandines interdum spargit: et ἑκηβόλος atque ἑκατηβελέτης cum aliis, tum hac ipsa de causa dictus videri potest. *Sylburgius.* Hesychius, Γαλάξια, ἑορτὴ ἐν ᾗ ἕψουσι γαλαξίαν. ἔστι δὲ πόλτος κρίθινος ἐν γάλακτι. Hoc festum Apollinis τοῦ γαλαξίου fuisse opinatur Meursius Gr. Feriat. p. 68. Sed frustra; ut ex MS. Rhet. apud Ruhnken. in Auctar. ad Hesych. abunde liquet. Γαλάξια· ἑορτὴ Ἀθήνησι ΜΗΤΡΙ ΘΕΩΝ ἀγομένη.

[x] τὸ τὴν χ. α. desunt H. marg.

ρειαι, δίκην λαβεῖν ἀπῄτουν τοῦ φόνου τοὺς Θηβαίους. Θηβαῖοι δὲ, οὐκ ἐπιτρέπουσι γυναιξὶ μόναις τὴν περὶ αὐτῶν [y] δίκην· κοινῆς δὲ κρίσεως ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν γεγενημένης, καὶ τῶν ἀνδρῶν λευκὰς αὐτοῖς ἐπενεγκόντων ψήφους, ἀπέφυγον οἱ Θηβαῖοι· ὕστερον δὲ ἐπιγνόντες αὐτοῖς τὸ ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ προστασσόμενον, βαστάσαντες τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν ἱερῶν [z] τριπόδων ἕνα, καὶ κατακαλύψαντες, ὡς ἱερόσυλοι, ἀνέπεμψαν εἰς Δωδώνην· εὐπραγήσαντες δὲ ἐξ ἐκείνου, τοῦ λοιποῦ τὴν πρᾶξιν ἑορτὴν ἐποίουν.

κη. [a] ΟΣΧΟΦΟΡΙΚΑ δὲ μέλη, παρὰ Ἀθηναίοις ᾔδετο· τοῦ χοροῦ δὲ δύο νεανίαι, κατὰ γυναῖκας ἐστολισμένοι, [b] κλῆμα ἀμπέλου κομίζοντες μεστὸν εὐθαλῶν βοτρύων, (ἐκάλουν δὲ αὐτὸ ὄσχην· ἀφ' οὗ καὶ τοῖς μέλεσιν ἡ ἐπωνυμία) τῆς ἑορτῆς καθηγοῦντο. Ἄρξαι δὲ Θησέα φασὶ πρῶτον τοῦ ἔργου· ἐπεὶ γὰρ ἑκούσιος ὑποστὰς τὸν εἰς Κρήτην πλοῦν, ἀπήλλαξε τὴν πατρίδα τῆς κατὰ τὸν δασμὸν συμφορᾶς, χαριστήρια ἀποδιδοὺς Ἀθηνᾷ καὶ
350 Διονύσῳ, οἳ αὐτῷ κατὰ τὴν νῆσον τὴν Δίαν ἐπεφάνησαν. ἔπραττε τοῦτο δυσὶ νεανίαις ἐσκιατραφημένοις χρησάμενος πρὸς τὴν ἱερουργίαν ὑπηρέταις. ἦν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἡ παραπομπὴ ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἱεροῦ, εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς [c] Σκιριάδος τέμενος. εἵπετο δὲ τοῖς νεανίαις ὁ χορὸς, καὶ ᾖδε τὰ μέλη· ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἔφηβοι διημιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους δρόμῳ· καὶ τούτων ὁ πρότερος ἐγεύετο ἐκ τῆς πενταπλῆς λεγομένης φιάλης· ἣ συνε-

[y] δίκην ἀξιοῦν H. sed deest marg.

[z] τριπόδων Sic H. al. τρίποδα.

[a] ὠσχοφορικὰ H. et mox ὤσχην.

[b] κλήματα——μεστῶν. Alii. κλῆμά τε—μεστὸν Meursius Gr. Fer. p. 220.

[c] κειριάδος H. in textu.

κιρνᾶτο ἐλαίῳ, καὶ οἴνῳ, καὶ μέλιτι, καὶ τυρῷ, καὶ ἀλφίτοις.

κθ. ΕΥΚΤΙΚΑ δὲ μέλη ἐγράφετο τοῖς αἰτουμένοις τι παρὰ θεοῦ γενέσθαι.

λ. ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΑ δὲ, ἃ τινῶν περιεῖχε πράξεις.

λα. ΕΜΠΟΡΙΚΑ δὲ, ὅσα κατὰ τὰς ἀποδημίας καὶ [d] ἐμπορίας ἐπιδεικνύμενά τισιν ἐγράφη.

λβ. ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΑ δὲ, ὅσα [e] διαπεμπόμενοι πρός τινας ἐποίουν.

λγ. Τὰ δὲ ΓΝΩΜΟΛΟΓΙΚΑ, δῆλον ὅτι παραίνεσιν ἠθῶν ἔχει.

λδ. Καὶ τὰ ΓΕΩΡΓΙΚΑ δὲ, χώρας καὶ φυτῶν καιροὺς καὶ [f] ἐπιμελείας.

λε. Καὶ τὰ ΕΠΙΣΤΑΛΤΙΚΑ δὲ, ὅσα κατ' ἐντολὰς πρός τινας ποιοῦντες, [g] διέπεμπον.

Οἱ δὲ δύο λόγοι τῆς Πρόκλου γραμματικῆς χρηστομαθίας, ἐν [h] τούτοις.

---

[d] ἐμπορείας H.

[e] διαπεμπόμενα H. marg.

[f] Post ἐπιμελείας subaudiendum ἔχει, aut aliud hujusmodi verbum. *Sylburgius.*

[g] Sic H. textu. ἐξέπεμπον marg.

[h] Post clausulam hujus ἐκλογῆς in altero Stephani codice nihil vacabat; in altero vacabat pagina integra; deinde sequebatur, Ἀνεγνώσθη τοῦ ἁγίου Μεθοδίου ἐπισκόπου. Imperfectam sane hanc ἐκλογὴν esse id declarat, quod cum Procli χρηστομαθία γραμματικὴ in quatuor λόγους divisa dicatur initio, hic duorum dumtaxat summa exposita esse perhibetur. Nisi forte pro δύο Photius scripsit δὴ, *ergo.* *Sylburgius.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

IN PROCLUM

ANNOTATIONES.

IN PROCLUM

ANNOTATIONES.

P. 375. ΑΝΕΓΝΩΣΘΗ *lectum est*, vel ἀνεγνώσθησαν *lecta sunt.* Sic de singulis a se cum judicio lectis Photius Constantinop. ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ τῶν ἀνεγνωσμένων αὐτῷ βιβλίων loquitur, ut oculato testi fides habeatur. Nec enim ex aliorum sermone, vel obiter, et tanquam per transennam inspecto opere, de toto opere judicium sibi ferendum existimabat, sed a capite ad calcem perlecto, libere judicat censor et Criticus gravissimus, summi et ingenii et judicii de scriptoribus ducentis amplius et septuaginta *Philologis, Poetis, Historicis, Oratoribus, Philosophis,* et *Theologis:* qui maximam partem, temporumne injuria, an majorum incuria, perierunt: et quidem de styli charactere, scriptorum numero, et titulis: quæ γνήσια, quæ ψευδεπίγραφα: quid laude, et imitatione, quid contra vituperatione dignum in singulis deprehendisset, sine fuco et odio, more majorum enumerat. Denique qua quisque tempestate floruerit, cæteraque (longum esset enim ire per singula) audacter dijudicat. *Bibliothecam* autem inscripsisse putant, exemplo Diodori Siculi, de quo in Præf. Plinius major, et Agellius in extremo Noctium Attic. Tertullianus in Apologet. et Eusebius de Præp. Evang. Apollodori item Atheniensis exemplo, cujus extat *Deorum Bibliotheca. Schottus.*

Ibid. Χρηστομαθίας.] *Electa* verti: nam et *Electorum* commentarios 160 reliquit Plinius major Plinio sororis F. ut ipse ait Lib. iii. Ep. 5. et *Laudabilia* potius reddidi, quam *Epitomen* vel *utilem doctrinam:* ne erres. Χρηστὰ enim et χρήσιμα erant in Scriptoribus loca non oscitanter legenda, quod utilia essent, quæ et X figura, decussatim scripta, notabantur. Latini *Laudabilia* vocabant, et his signulis L L. hoc est *Locus Laudabilis,* ut Valer. Probus ait, designabant. Contra, quæ culpanda, damnandave videbantur, Græci ferali litera Θ, et utrinque obelo fodiebant, quod ὀβελίζειν erat; ut monuit vir doctissimus Pet. Pithoeus Lib. 2. Adversariorum subsecivorum c. 3. et in M. Varronem de Re Rus-

tica Pet. Victorius, se L literam, vel τὸ *laudabilia* in vett. libris persæpe reperisse; quæ et Jos. Scaliger argute explanavit (ad Varron. p. 210. ed. H. Steph. 1581.) et ad Laertium (III. 66.) If. Casaubonus, ac denique in Polymathia Joannes a Wouwere, Belga. *Schottus.*

Ibid. Φωτίου. Nomen hoc semel iterumque ex nominis affinitate apud sæculum prius in Photini hæretici degenerarat, librariorum vitio, cum Photii reponendum sit, in Gratiano c. 1. et 2. 63. distinct. *Schottus.*

Ibid. Χρηστομαθία.] Ut Epitoma Strabonis est Χρηστομαθία ἐκ τοῦ Στράβωνος, id est, *Loci laudabiles ex Strabonis Geographicis collecti*; sic quatuor hi libri Procli inscribuntur Χρηστομαθία Γραμματικῆς Πρόκλου, hoc est, *Selecta aurea a Proclo ex Grammaticis.* Nam quod Grammaticorum fuerit illa disputatio de generibus Poematum, unus Diomedes * testis erit ἀξιόπιστος, qui tertium librum suarum Institutionum Grammaticarum magna ex parte ex eo consumpsit. His accessit opera Photii, qui ex illis Grammaticorum selectis a Proclo, hæc ipse quoque sepofuit. Fuerat autem Proclus studiosissimus τῶν Ἐπιτομῶν, ut ejus auditor, et in professione Platonicæ scholæ successor, Marinus Neapolitanus in ejus vita observavit. Nec mirum: didicerat enim a puero studiosissime Mathematicas apud Heronem, quæ contentæ suo pulvere erudito τὰ περιττὰ repudiant: et Hero ipse, ut ex ejus monumentis apparet, brevitatis fuit amantissimus. Hinc illa Procli στοιχείωσις admirabilis Theologiæ Platonicæ, qua nihil brevius, nihil in eo genere perfectius. Simillima huic et illa ejusdem, quæ vulgo circumfertur, et a Themistio primo de Anima (p. 68, 14 ed. Ald.) videtur citari, σύνοψις τῶν περὶ κινήσεως εἰρημένων Ἀριστοτέλει, μαθηματικωτέρα tamen: qua nil aptius ad librum VI. Physicorum Aristotelis, et alia ejusdem de motu Theoremata plane percipienda, et memoriter retinenda: quin et ad omnes scientias certo cognoscendas et firmiter memoria conservandas, nulla Epitomæ ratio accuratior, nec sensibus Aristotelis intimis congruentior. Sed hæc alibi copiosius. De generibus Poematum Aristoteles et Horatius vulgo noti, præter Diomedem cujus supra meminimus. Nam illa Tulliana initio Præfationis, quam adhibuit orationibus Demosthenis et Æschinis a se conversis, exilia sunt, neque satis integra: plura Fabius Quinctilianus libro X. multo plura Donatus aut quicunque ille interpres Terentio prælucet. Ex Græcis posterioribus aliqua ἐν τοῖς προλεγομένοις Scholiorum ad Poetas; omnium tamen copiosissime Tzetzes in Lycophronem. Hephæstio alia genera Poematum persecutus est, quæ ad Metricam spectant. Satis præfati pergamus ad Proclum. *Nunnesius.*

* [Operæ pretium existimavi locum Diomedis integrum, etsi in nonnullis aperte mendosum, oculis lectorum subjicere.

De Poematibus.

POEMATIS genera ſunt tria. Aut enim activum eſt vel imitativum, quod Græci δραματικὸν, *vel* μιμητικόν: *aut enarrativum vel enunciativum, quod Græci* ἐξηγητικὸν *vel* [a] ἀπαγγελτικὸν *dicunt: aut commune vel mixtum, quod Græci* κοινὸν *vel* μικτὸν *appellant.* Δραματικὸν *vel activum eſt, in quo perſonæ agunt ſolæ, ſine* [b] *ulla Poetæ interlocutione, ut ſe habent Tragicæ* [c] *et Comicæ fabulæ; quo genere* [d] *ſcripta eſt prima Bucolicon, et ea cujus initium eſt,*

Quo te Mœri pedes?

Ἐξηγητικὸν *eſt vel enarrativum, in quo Poeta ipſe loquitur, ſine perſonæ ullius interlocutione, ut ſe habent tres Georgicæ, et prima pars quarti. Item* [e] *Lucretiana carmina, et cætera his ſimilia.* Κοινὸν *vel* [f] μικτὸν *eſt, in quo Poeta ipſe loquitur, et perſonæ loquentes introducuntur, ut eſt ſcripta Ilias* [c] *et Odyſſea tota Homeri,* [g] *et Æneis Virgilii, et cætera his ſimilia.*

De Generibus Poematos Dramatici vel Activi.

Poematos [h] *Dramatici vel Activi genera ſunt quatuor. Apud Græcos, Tragica, Comica, Satyrica, Mimica. Apud Romanos, Prætextata, Tabernaria, Atellana, Planipes.*

Exegetici vel enarrativi ſpecies ſunt tres, Angeltice, Hiſtorice, Didaſcalice. Angeltice eſt, qua ſententiæ ſcribuntur, ut eſt Theognidis liber: item [i] *Chriæ. Hiſtorice, qua narrationes et genealogiæ componuntur, ut eſt Heſiodi* [k] Γυναικῶν κατάλογος, *et ſimilia. Didaſcalice eſt, qua comprehenditur philoſophia,* [l] *ut libri Varronis, Empedoclis et Lucretii. Item aſtrologia, ut* φαινόμενα *Arati, et Ciceronis, et Georgica Virgilii, et his ſimilia.*

De Specie Poematos Communis.

Κοινοῦ *vel communis poematos ſpecies prima eſt Heroica, ut eſt Iliados et Æneidos. Secunda Lyrica, ut eſt Archilochi et Horatii* [m].

Epos dicitur Græce [n] *carmine hexametro divinarum rerum et heroicarum humanarumque comprehenſio; quod a Græcis ita definitum eſt:* [o] ἔπος ἐστιν ἐμπεριοχὴ θείων καὶ ἡρωικῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. *Latine paulo* [p] *communius Carmen auditur. Epos* [q] *Latinum primus*

---

[a] ἀπολογητικὸν Med.

[b] Sic Med. *ullius* Putſch.

[c] *vel* Med.

[d] *ſcripta eſt Bucolicon ea.* Med.

[e] *Lucretica* Med.

[f] *Commune* Med.

[g] *Vel activi et exegetici vel enarrativi.* Med. pro Putſchianis *et Æneis —ſimilia.*

[h] *Grammatici* Med.

[i] deeſt Med.

[k] *Theogonia* Med.

[l] Voces *ut libri Varronis* ex Med.

[m] H. l. addit Med. *poematos characteres ſunt quatuor.*

[n] *carmen oxametron* Med.

[o] Corrupte Med. νεπεριοχηθειων κοι ηρωικων.

[p] *communis* Med.

[q] *Latine* Med.

digne scripsit [r] *Livius is, qui* [s] *res Romanorum decem et octo complexus est libris, qui et Annales* [t] *inscribuntur, quod singulorum fere annorum actus contineant, sicut* [u] *publici annales, quos Pontifices scribæque conficiunt de Romanis,* [x] *quod Romanorum res gestas declarant. Epos autem appellatur, ut Græcis placet,* παρὰ τὸ ἕπεσθαι ἐν αὐτοῖς τὰ ἑξῆς [y] μέρη τοῖς πρώτοις. *Præcipue vero Hexameter versus Epos dicitur, quoniam quidem hoc versu, verba responsi in mutuam, ut sic dixerim, consequentiam primus Deus vates comprehendit, unde postea abusive verbum, et solutæ orationis ipsa scriptura consequens, ab aliis Epos dictum.*

Ῥαψῳδία *dicitur Græce* ποιήσεως [z] μέρος, *aliqua particula discreta atque divulsa; dicta* παρὰ τὸ ῥάπτειν, *quod versus in unum volumen velut* [a] *consuantur et comprehendantur, vel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo, id est, virga pronunciabant, qui ab eodem Homero dicti sunt Homeristæ.*

Poematos characteres sunt hi, μακρὸς, βραχὺς, μέσος, ἀνθηρός. Μακρὸς [b] *est,* [c] *ut apud Virgilium cum* [d] *narratione character, ut in* [e] *undecimo ubi de Metabo facit narrationem sic:*

Pulsus ob invidiam regno viresque superbas.

Aut ut se habent secundi et tertii libri. Βραχὺς *est ut in quinto, ubi de Ganymede strictim narrat sic:*

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura mæandro duplici Melibœa cucurrit,
Intextusque puer frondosa regius Ida
Veloces jaculo cervos.

Μέσος *est, ut in primo,*

Huic conjunx Sichæus erat ditissimus agri
Phœnicum, et magno miseræ dilectus amore.

Est enim castigata narratio, sic tamen ut omnia complexa sit.

Ἀνθηρὸς, *ut in septimo, ubi amœnitatem luci ac fluminis describendo facit narrationem sic:*

—Hunc inter fluvio Tyberinus amœno
Vorticibus rapidis et multa flavus arena,
In mare prorumpit, variæ circumque supraque
Assuetæ ripis volucres et fluminis alveo,
Æthera mulcebant cantu, lucoque sonabant.

---

r *Livius* deest Putsch.
s *Romanorum gesta* Med.
t *scribuntur* Med.
u *puta* Med.
x *quidem* Med.
y Ita Scaliger. Putsch. μέτροις. Totus locus in Med. sic: παρα το επω το λεγω. *Proprie enim* επος *est* εμμετρος λογος *vel* ακλουιω. *Præcipue vero hexameter versus epos dicitur, quoniam hoc versu verba respondent mutuo, ut sic dixerim.* Deinde exhibet *Poematos characteres—fluminis alveo*—quæ exhibemus paullo infra ex Putschio.
z om. Med.
a *consumantur* Med.
b om. Med.
c *cum* Med.
d tres voces om. Med.
e *decimo de Camilla* Med.

De Poematis Generibus.

Elegia est carmen compositum, hexametro versu pentametroque [f] *ad invicem positis : ut,*

Divitias alius fulvo sibi congerat auro,
Et teneat culti jugera [g] multa soli.

Quod genus carminis præcipue scripserunt apud Romanos, Propertius et Tibullus et Gallus, imitati Græcos Callimachum et Euphorionem. Elegia autem dicta, sive παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνειῶτας (*fere enim defunctorum laudes hoc carmine* [h] *comprehendebantur*) *sive* ἀπὸ τοῦ ἐλέους, *id est, miseratione, quod* [i] θρήνους *Græci isto metro scriptitaverunt. Cui opinioni consentire videtur Horatius, qui ad Albium Tibullum elegiarum auctorem scribens, ab ea, quam diximus, miseratione,* elegos miserabiles *dicit, hoc modo :*

Neu miserabiles
Decantes elegos.

Apud Romanos autem id carmen quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo accinitur, Nenia dicitur, [k] παρὰ τὸ νείατον, i. ἔσχατον : [l] *unde et in chordis* [m] *extremus nervus appellatus est* νήτη. [n] *Nam et Elegia extrema mortuo accinebatur, sicut nenia, ideoque ab eodem Elegia videtur* [o] *cognominari tractum, quod mortuis vel morituris adscribitur novissimum.*

Iambicum est carmen maledicum, plerunque trimetro versu et epodo sequente compositum : ut,

Mala soluta navis exit alite,
Ferens olentem Mævium.

Appellatum est παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, *quod est maledicere. Cujus carminis præcipui scriptores apud Græcos Archilochus et Hipponax, apud Romanos Lucilius, et Catullus, et Horatius, et Bibaculus.*

[p] *Epodi dicuntur versus quolibet modo scripti, et sequenteis clausulas habentes particularum, quales sunt* [p] *Epodi Horatii, in quibus singulis versibus singulæ clausulæ adjiciuntur, ut,*

Nox erat, et cælo lucebat luna sereno.

Deinde,

Inter minora sidera.

et,

Altera jam bellis teritur civilibus ætas.

Deinde,

Suis et ipsa Roma viribus ruit.

et quicunque sunt similes. Dicti autem [p] *Epodi* συνεκδοχικῶς, *a parti-*

---

[f] Sic Med. *alternis vicem* Putsch.
[g] *magna* Med.
[h] *comprehendebant* Med.
[i] *tyrenus Græcique* ἐλεγείας Med. θρήνους *Græci aea eia* Putsch.
[k] παρατονητον τεισχατον Med.
[l] om. Med.
[m] *extremis* Med.
[n] desunt Med. *Nam et—eodem.*
[o] *tractum cognominari* Med.
[p] *Epodos* Med. in eodem mox desunt *Deinde—*ætas.

bus verſuum, quæ legitimis et integris verſibus ἐπᾴδονται, *id eſt, accinuntur.*

[q] *Satyra dicitur carmen apud Romanos, nunc quidem maledicum, et ad carpenda hominum vitia archææ Comœdiæ charactere compoſitum, quale ſcripſerunt Lucilius et Horatius et Perſius. Et olim carmen, quod ex variis poematibus conſtabat, Satyra vocabatur, quale ſcripſerunt Pacuvius et Ennius. Satyra autem dicta; ſive a Satyris, quod ſimiliter in hoc carmine ridiculæ res pudendæque dicuntur, quæ velut a Satyris proferuntur et fiunt: ſive a ſatyra lance, quæ referta variis multiſque primitiis,* [r] *in ſacro apud priſcos Diis inferebatur,* [s] *vel a copia et ſaturitate rei Satyra vocabatur; cujus generis lancium et Virgilius in Georgicis meminit, cum hoc modo dicit,*

Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

et,

Lanceſque et liba feremus

ſive a quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum, [t] *Satyram dicit Varro vocitatam. Eſt autem hoc poſitum in II. libro Plautinarum quæſtionum.* Satyra eſt, [u] uva paſſa et polenta et nuclei pinei [x] mulſo conſperſi. *Ad hæc alii addunt et de malo punico grana. Alii autem dictam putant a Lege Satyra, quæ uno rogatu multa ſimul comprehendat; quod ſcilicet et Satyra, carmina multa ſimul et poemata comprehenduntur, cujus legis Lucilius meminit in primo,*

Per Satyram ædilem factum, qui legibu' ſolvat.

et Salluſtius in Jugurtha, Deinde quaſi per Satyram ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur.

Bucolica dicuntur poemata [y] *ſecundum carmen paſtorale compoſita. Inſtituta autem ſunt, ſicut quidam putant, in Laconia, vel, ut alii, in Sicilia. Nam inter Lacedæmonios et Siculos varia fuit conditio. Sed* [z] *quod ad Laconas pertinet, hæc eorum fuit origo. Quo tempore adventante Xerxe in Græciam, omnes, deſerta Laconia, metu barbarorum perterriti, in diverſas partes fugiſſe creduntur, et cum virgines timore laterent, ex hoc eveniſſe, ut eo die, quo ſolitus erat chorus virginum Dianæ Caryatidi hymnum canere, nemo ad ſolenne ſacrum inveniretur. Tunc itaque paſtores ex rure in urbem convenerunt, et ne ritus ſacrorum interrumperetur, paſtorali carmine compoſito Deæ honorem celebraverunt, unde etiam* βουκολισμὸς *dictus. A Siculis autem origo quæ trahitur, hæc eſt. Antequam Hiero rex Syracuſas expugnaret, morbo Sicilia laborabat: variis et aſſiduis ceremoniis Dianam placantes, finem malis invenerunt, eandem Lyen cognominaverunt, quaſi ſolutricem malorum. Inde res in conſuetudinem tracta eſt, ut greges ruſticorum theatrum ingrederentur, et* [a] *de victoria canerent. Habitus vero hujuſmodi*

---

[q] *Satyra eſt carmen apud Romanos, nunc quidem apud Græcos* Med.

[r] *in ſacris diſcordis inferebatur* Med.

[s] *et* Med.

[t] *Satyram Varro vocitat* Med.

[u] *ubi* Med.

[x] *ex mulſo conſparſi* Med.

[y] *carmine paſtorali* Med.

[z] *quid hoc* Med.

[a] *victoriam* Med.

videbatur. Erat panis magnus omnium ferarum imagine [b] *completus, et* [c] *uter cum vino, et* [d] *follis cum omnium leguminum genere: inerat* [c] *et corona in capite, et in manu pedum clavatum; atque ita victorum omnium fores multitudo* [e] *circuibat, carmen in victoriam, quam adepti fuerant, canebant, et de eo folle limina frugibus spargebant: nonnulli et in Italiam, et in Lydiam et Ægyptum transisse creduntur, quos Lydiastas et Bucolistas appellaverunt. Quanquam est et alia opinio, circum pagos et oppida solitos fuisse pastores, composito carmine precari* [f] *pecorum et frugum omniumque* [g] *rerum proventum, atque inde in hunc diem manere nomen et ritum Bucolicorum. Putant autem quidam hoc genus carminis primum Daphnim composuisse, deinde alios complures, inter quos Theocritum Syracusanum, quem noster imitatur.*

Tragœdia est heroicæ fortunæ in adversis comprehensio. A Theophrasto ita definita est. Tragœdia est ἡρωϊκῆς τύχης περίστασις. *Tragœdia, ut quidam dicunt, a* τράγος *et* ᾠδὴ *dicta, quoniam olim actoribus Tragicis* τράγος, *id est, hircus, præmium cantus proponebatur, qui Liberalibus, die festo Libero patri ob hoc ipsum immolabatur, quia, ut ait Varro, depascunt vitem: et Horatius in arte poetica,*

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.
Mox etiam agrestes Satyros nudavit.

et Virgilius Georgicorum secundo, cum et sacri genus monstrat, et [h] *caussam talis hostiæ reddit his versibus,*

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur.

Alii putant a fæce, quam Græcorum quidam τρύγα *appellant, Tragœdiam nominatam, permutatione literarum* υ *in* α *versam, quoniam olim nondum personis a Thespide repertis, tales fabulas peruncti ora fæcibus agitabant, ut rursum est Horatius testis, sic,*

Ignotum tragicæ genus invenisse Camenæ
Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora.

Alii a vino arbitrantur, propterea quod olim vinum dictitabatur τρὺξ, *a quo* τρύγητος *hodie quoque vindemia est, quia Liberalibus apud Atticos, die festo Liberi patris, vinum cantoribus pro corollario dabatur, cujus rei testis est Lucilius in XII.*

Comœdia est privatæ civilisque fortunæ, sine periculo vitæ, comprehensio, apud Græcos ita definita: κωμῳδία ἐστιν ἰδιωτικῶν [i] καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. *Comœdia dicta* ἀπὸ τῶν κωμῶν. κῶμαι *enim appellantur pagi, id est, conventicula rusticorum. Itaque juventus, ut ait Varro, Attica circum vicos ire solita fuit, et quæstus sui causa, hoc genus carminis pronunciabat. Aut certe a* [k] *ludis vici-*

---

[b] *complexus* Med.
[c] om. Med.
[d] *foliis omnium* Med.
[e] *carmen circuibat, victoriam.* Med.
[f] *corporum* Med.
[g] om. Med. Mox Putschius *Tragœdia, ut quidam, dicitur a* τράγῳ *et* ᾠδῇ.
[h] *carmen* Med. Mox idem, *permutatione literarum in adversum.*
[i] duæ voces ex Med.
[k] *vicibus* Med.

nalibus. Nam poſteaquam ex agris Athenas commigratum eſt, et hi ludi [l] *inſtituti ſunt, ſicut Romæ Compitalitii, ad canendum prodibant, et ab urbana* [m] *comice oda comœdia dicta eſt,* [n] *vel quod in ea viculorum, id eſt, humilium domuum fortunæ comprehendantur, non ut in Tragœdia publicarum regiarumque. Vel* ἀπὸ τοῦ κώμου, *id eſt, comeſſatione,* [o] *quod olim in hujuſmodi fabulis amantium juvenum* κῶμοι *canebantur.*

Comœdia a Tragœdia differt, quod in Tragœdia introducuntur duces, heroes, reges: in Comœdia humiles atque privatæ perſonæ. In illa luctus, exilia, cædes: in hac amores, virginum raptus. Deinde quod in illa frequenter et pene ſemper lætis rebus exitus triſtes, et liberorum fortunarumque priorum in [p] *pejus agnitio.* [q] *In hac triſtibus lætiora ſuccedunt. Quare varia definitione diſcretæ ſunt. Altera enim* [r] ἀκίνδυνος περιοχὴ, *altera* τύχης περίστασις *dictæ ſunt. Triſtitia namque Tragœdiæ proprium. Ideoque Euripides petente Archelao rege, ut de ſe Tragœdiam ſcriberet, abnuit, ac precatus eſt, ne accideret Archelao aliquid Tragœdiæ proprium, oſtendens nihil aliud eſſe Tragœdiam quam miſeriarum comprehenſionem.*

Poetæ primi Comici fuerunt, Suſarion, [s] *Mullus, et Magnes. Hi veteris diſciplinæ joculatoria quædam minus ſcite et venuſte pronunciabant, in quibus hi verſus fuerunt:*

[t] Ἀκούετε λέξιν, Σουσαρίων λέγει τάδε.
Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οὐσίαν ἄνευ κακοῦ.

Secunda ætate fuerunt Ariſtophanes, Eupolis, et Cratinus: qui et principum vitia [u] *inſectati, acerbiſſimas Comœdias compoſuerunt.*

Tertia ætas fuit Menandri, et Philemonis, qui omnem acerbitatem Comœdiæ mitigaverunt, atque multiplicia argumenta Græcis [x] *autoribus ſecuti ſunt. Ab his Romani fabulas tranſtulerunt, et conſtat apud illos primo, Latino ſermone Comœdiam Livium Andronicum ſcripſiſſe. Sunt qui velint Epicharmum in inſula* [y] *Co exulantem, primum hoc carmen frequentaſſe, et ſic a* [y] *Co Comœdiam dici.*

Antea itaque galeris non perſonis utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret ætatis, cum eſſent aut albi, aut nigri, aut ruſi. Perſonis vero uti primus cœpit Roſcius Gallus præcipuus hiſtrio, [z] *quod oculis obverſis erat, nec ſatis decorus in perſonis niſi paraſitus pronunciabat.*

Initio Togatæ Comœdiæ dicebantur, quod omnia in publico honore confuſa cernebantur, quæ Togatæ poſtea in Prætextatas et Tabernarias dividebantur. Togatæ fabulæ dicuntur, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum

---

[l] *conſtituti* Med.
[m] *come et odo* Med.
[n] *vel απο των viculorum* Med.
[o] *quæ* Med.
[p] *pœnis* Med.
[q] *In hac—ſuccedunt* deſunt Med.
[r] διινων περιοχη Med.
[s] *Nullus* Med.
[t] Ita exhibet Med. *Suſſarion cantalogica enigine cecalimoſo odemate nt eſti euratimiana neutatu.*
[u] *ſectati* Med.
[x] *erroribus* Med.
[y] *Ceo* Med.
[z] *qui* Med.

ritus et habitus hominum togatorum, id eſt, Romanorum. Toga namque Romana eſt, ſicut Græcas fabulas ab habitu æque Palliatas Varro ait nominari. Togatas autem, cum ſit generale nomen, ſpecialiter tamen pro Tabernariis, non modo communis error uſurpat, quia [a] *Fauni togatas appellant, ſed et Poetæ, ut Horatius, qui ait,*

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Togatarum fabularum ſpecies tot fere ſunt, quot et Palliatarum. Nam prima ſpecies eſt togatarum, quæ Prætextatæ dicuntur, in quibus imperatorum negotia agebantur, et publica, et reges Romani vel duces inducuntur, perſonarum dignitate et [b] *argumentorum ſublimitate Tragœdiis ſimiles. Prætextatæ autem dicuntur, quia fere regum vel magiſtratuum, qui prætexta utuntur, in hujuſmodi fabulis acta comprehenduntur.*

Secunda ſpecies togatarum, quæ Tabernariæ dicuntur, humilitate perſonarum et argumentorum ſimilitudine, Comœdiis pares, in quibus non magiſtratus regeſque, ſed humiles homines et privatæ domus inducuntur; quæ, quod olim tabulis tegerentur, communiter Tabernariæ vocabantur.

Tertia ſpecies eſt fabularum Latinarum, quæ a civitate Oſcorum Atella, in qua primum cœptæ, Atellanæ dictæ ſunt, argumentis dictiſque jocularibus, ſimiles ſatyricis fabulis Græcis.

Quarta ſpecies eſt planipedis, qui Græce dicitur Μῖμος. *Ideo autem latine* [c] *Planipes, quod actores planis pedibus, id eſt, nudis, proſcenium introirent, non ut Tragici actores cum cothurnis, neque ut Comici cum* [d] *ſoccis, ſive quod olim, non in ſuggeſtu ſcenæ, ſed in plano orcheſtræ poſitis inſtrumentis mimicis* [e] *actitabant. Cujus planipedis* [f] *Atta togatarum ſcriptor ita in Ædilitia fabula meminit:*

[g] Daturin' eſtis aurum, exultat planipes.

Si quas tamen ex ſoccis fabulas fecerant, palliati pronunciabant.

Togata prætextata, a Tragœdia differt, [h] *quod in Tragœdia heroes* [i] *inducuntur. Pacuvius Tragœdias nominibus heroicis ſcripſit* [k] *Doloreſten, Chryſen, et his ſimilia. Item Accius. In Prætextata autem ſcribitur Brutus, vel Decius,* [l] *vel Marcellus. Togata tabernaria a Comœdia differt, quod in Comœdia Græci ritus inducuntur, perſonæque Græcæ, Laches, Soſtrata. In illa vero Latinæ. Togatas tabernarias in ſcenam* [m] *ductaverunt præcipue duo, Afranius et* [n] G. *Quintius. Nam Terentius et Cæcilius Comœdias ſcripſerunt.*

Latina Atellana, a Græca Satyrica differt, quod in Satyrica fere Satyrorum perſonæ inducuntur, aut ſi quæ ſunt ridiculæ ſimiles Satyris, Autolycus, Burris. In Atellana, [o] *oſcæ perſonæ, ut Maccus.*

---

[a] *Fannius t. appellat* Med.
[b] *perſonarum* Med.
[c] *Planipedes,* Med.
[d] *ſocios olim* Med.
[e] *agitabant* Med.
[f] *Actius* Med.
[g] *datum ineſt aurum* Med.
[h] tres voces om. Med.
[i] *introducuntur ut* Med.
[k] *Horeſtem, Chyſoem* Med.
[l] *item* Med.
[m] *dictaverunt* Med.
[n] *Quintus Ennius* Med.
[o] *obſcenæ* Med.

Dramata autem dicuntur Tragica aut Comica παρὰ τὸ δρᾷν, id eſt, agere. Latine Fabulæ appellantur, ſive fatibulæ. In Latinis enim fabulis plura ſunt cantica, quæ canuntur. Vel a faciendo, nam et agi *fabula, non* referri ab actoribus *dicitur. Itaque Horatius utraque ſignificatione interpretatur, cum ita de fabula dicit,*

Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur,

[p] *ſicut in chorum. In Græco dramate fere tres perſonæ ſolæ agunt. Ideoque Horatius ait,*

Nec quarta loqui perſona laboret.

quia quarta ſemper muta. At Latini ſcriptores, complures perſonas in fabulas introduxere, ut ſpecioſiores frequentia facerent.

Satyrica eſt apud Græcos fabula, in qua item Tragici [q]*Poetæ, non reges aut heroas, ſed Satyros induxerunt, ludendi cauſa jocandique ſimul, ut ſpectator inter res Tragicas ſeriaſque, Satyrorum quoque jocis et luſibus delectaretur, ut et Horatius ſentit his verſibus:*

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agreſtes Satyros nudavit, et aſper
Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod
Illecebris erat, et grata novitate morandus
Spectator.

Mimus eſt ſermonis cujuſlibet motus ſine reverentia, vel factorum [r] *et turpium cum laſcivia imitatio.* [s]*A Græcis ita definitus:* Μῖμος ἐστιν μίμησις βίου, τάτε συγκεχωρημένα, καὶ ἀσυγχώρητα περιέχων. *Mimus dictus παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, quaſi ſolus imitetur, cum et alia poemata idem faciant; ſed ſolus, quaſi privilegio quodam, quod fuit commune, poſſedit. Similiter atque is, qui verſum facit, dictus* ποιητής; *cum* [t] *tamen artifices,* [u] *qui æque quid faciunt, non dicantur poetæ.*

Membra Comœdiarum tria ſunt, diverbium, canticum, chorus. Membra Comœdiæ diverſa ſunt, definito tamen numero continentur, a quinque uſque ad decem. Diverbia ſunt partes Comœdiarum, in quibus diverſorum perſonæ verſantur. Perſonæ autem diverbiorum, aut duæ, aut tres, [x]*raro autem quatuor eſſe debent, ultra augere numerum non licet. In Canticis autem una tantum debet eſſe perſona: aut ſi duæ fuerint, ita debent eſſe, ut ex occulto una audiat, nec* [y] *conloquatur, ſed* [z] *ſecum, ſi opus fuerit, verba faciat. In Choris vero numerus perſonarum definitus non eſt, quippe junctim omnes loqui debent, quaſi voce confuſa, et concentum in unam perſonam reformantes. Latinæ* [a] *vero Comœdiæ chorum non habent, ſed duobus tantum membris conſtant, diverbio et cantico. Primis autem temporibus, ut aſſerit Tranquillus, omnia quæ in ſcena verſantur in Comœdia agebantur. Nam Pantomimus* [b] *et*

---

[p] *Sicut Græco in choro. Dramate vero tres perſonæ ſolum a.* Med.

[q] *poteſt* Med. et mox *Satyros ornavit* et *Illecebris ſpectator erat et novitate movendus.*

[r] *et turpium* deſunt Med.

[s] *a Græcis—περιέχων.* et mox *παρὰ τὸ μιμεῖσθαι* om. Med.

[t] *et* Med.

[u] *cum* Med.

[x] *aut raro* Med.

[y] *loquatur* Med.

[z] ita Med. *ſecus* Putſch.

[a] *igitur* Med.

[b] *et Pithaules* om. Med.

Pithaules et Choraules in Comœdia canebant. [c]*Sed quia non poterant omnia simul apud omnes artifices pariter excellere, si qui erant inter actores Comœdiarum pro facultate et arte potiores, principatum sibi* [d]*artificii vendicabant. Sic factum est, ut, nolentibus cedere mimis* [e]*in artificio suo cæteris, separatio fieret reliquorum. Nam dum potiores inferioribus, qui in omni* [f]*ergasterio erant, servire dedignabantur, seipsos a Comœdia separaverunt: ac sic factum est, ut exemplo semel sumpto, unusquisque artis suæ rem exequi cœperit, neque in Comœdiam venire: cujus rei indicia produnt nobis antiquæ Comœdiæ, in quibus invenimus,* acta tibiis paribus, aut imparibus, aut sarranis. *Quando enim Chorus canebat, Choricis tibiis, id est, choraulicis, artifex concinebat. In Canticis autem Pithaulicis respondebat. Sed quod* paribus tibiis, *vel* imparibus *invenimus scriptum, hoc significat, quod si quando monodio agebat unam tibiam inflabat, si quando synodio* [g]*utramque.*]

P. 375, 3. διαιρεῖται εἰς δ'.] Εἰς δύω legendum reor, itaque scripsisse Photium arbitror; nam ex duobus tantum Procli libris hoc fragmentum concinnatum est: et Suidas tres duntaxat libros χρηστομαθίας agnoscit: et vero in numerorum notis singulis facilis errandi ansa librariis objici solet, ut β in δ commutarit, vel primam in δύω literam oscitans scriba reliquisse contentus, properarit. Sexcenta id genus σφάλματα in ipso Suida, et Laertio, ut reliquos taceam, deprehendas. Non procul abiero: in eo ipso Suida, Μουνυχιὼν, δεύτερος μὴν παρ' Ἀθηναίοις: reponendum enim δέκατος. Natum mendum suspicor, ex compendio δεκ quod in δεύ migravit. Munichion enim mensis, quem Martio respondere putant, decimus a Junio, qui primus erat Atticorum mensium, in quem solstitium æstivum caderet, ut Theod. Gaza observavit. Sed quoniam in manibus Suidæ liber est, non pigebit de [h]Procli scriptis reliqua describere, sed Latine: *Proclus Lycius Syriani discipulus, auditor item et Plutarchi Nestorii F. Philosophi, Philosophus et ipse Platonicus. Hic Scholæ Athenis præfuit: ipsius discipulus et successor fuit Marinus Neapolitanus. Scripsit plurima tam Philosophica, quam Grammatica. Commentarium in integrum Homerum, in Opera item et Dies Hesiodi. Laudabilium locorum Libros γ'. De educatione lib. duos. In Platonem de Rep. lib. iv. in Orphei Theologiam, et de consensu Orphei, Pythagoræ, et Platonis. De Oraculis libros* 10. *De Diis apud Homerum, aliaque.* Hæc Suidas. Exstant et in Euclidem, et Ptolomæum comment. ut Mathematicum summum agnoscas: in Peripatetica vero disciplina, libellus de motu, quo Aristotelem a libro 3. Physic. et deinceps in compendium redegit. Platonicæ vero doctrinæ, Platonis Theologica elementa, et Physica nuper edita.

---

[c] *Sed quia—qui erant* om. Med.
[d] *artificia* Med.
[e] *cum* Med.
[f] *magisterio* Med. et mox *Seranis.*
[g] Sic Med. *utriusque* Putsch.
[h] Plura de Proclo dabit Fabricius Bibl. Gr. Lib. V. cap. 26.

In Italicis vero Bibliothecis, in Timæum, in primum Alcibiadem, in Cratylum, in Parmenidem dialogos commentarii adhuc latent. *Schottus.*

P. 375, 4. Ὡς αὗται εἰσὶν ἀρεταὶ λόγου καὶ ποιήματος.] Quænam? Non ſunt hæc genera τοῦ πλάσματος, quæ, Procle, proxime ſubjungis? neque enim diceres καὶ ὅτι &c. Suſpicor locum mutilum et decurtatum a Photio de quatuor virtutibus παντὸς λόγου καὶ ποιήματος: de quibus Tzetzes Chil. XII. c. 428. et alibi, et ἀνώνυμος Græcus in extrema συνόψει Rhetoricæ, et alii. Anonymus addit auctoribus quos laudat Tzetzes hujus ſententiæ Jamblichum, niſi locus depravatus, et ſapientiores ex recentioribus. Jamblicho autem magiſtro in Philoſophia quidem uſum Proclum legimus apud Ammonium: quin et idem Proclus in Euclidem hoc ipſum profitetur, quamvis apud Marinum nulla ejus mentio. Leonam audiverat quidem in Rhetoricis, ſed publica illa erat opinio de quatuor virtutibus orationis; quæ ſunt συντομία, σαφήνεια, μεγαλοπρέπεια, καὶ πιθανότης: cum quibus fortaſſe conſentiunt illæ Peripateticorum, quas ex Theophraſto commemorat M. Tullius: Ἑλληνισμὸς ſcilicet, σαφήνεια, κόσμος, καὶ τὸ οἰκεῖον. Nam τὴν συντομίαν accommodabo τῷ Ἑλληνισμῷ, quia, ut docet Ariſtoteles Rhetor. III. 5. μὴ τοῖς περιέχουσι (quod pugnat τῇ συντομίᾳ) ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις δεῖ γίγνεσθαι τὸ ἑλληνίζειν. Ὁ κόσμος reſpondebit τῇ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ τῷ πιθανῷ τὸ οἰκεῖον. Aliter recenſent quatuor virtutes τοῦ διηγήματος, aut certe τοῦ μυθικοῦ διηγήματος Hermogenes et Apthonius in Progymnaſmatis; illi tamen non de omni Oratione, ſed de Narratione tantum loquuntur. *Nunneſius.*

Ibid. 6. Καὶ ὅτι τοῦ πλάσματος] Plutarchus in Homeri vita (cap. LXXII. T. V. p. 751. B. ed. Wyttenbach. 4to.) Ἐπεὶ δὲ καὶ χαρακτῆρες εἰσὶ τῶν λόγων τὰ καλούμενα πλάσματα, ὧν τὸ μὲν ἁδρὸν, τὸ δ' ἰσχνὸν, τὸ δὲ μέσον λέγεται. Vides hic aperte, τοῦ πλάσματος nomen pro χαρακτῆρος poſitum, quod eſt inſigne. Nam quod χαρακτῆρες et Ideæ vocentur, plena teſtium antiquitas, et de tribus illis etiam generibus: quamquam ab ea ſententia diſſentiunt Demetrius Phalereus, aut quicumque auctor libelli περὶ ἑρμηνείας, et Dionyſius Halicarnaſſeus ἐν τῷ περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, et Macrobius Saturn. V. 1. Sed de his alii viderint: nos ad Proclum. *Nunneſius.*

Ibid. 8. καὶ κατεσκευασμένον μάλιστα] Quam belle his reſpondent illa Plutarchi, quamque illuſtriora! Ἁδρὸν πλάσμα ἐκεῖνό ἐστι τὸ καὶ τῇ τῶν λέξεων, καὶ τῇ τῶν νοημάτων κατασκευῇ μεγάλας ἔχον ἐμφάσεις. Nam τὸ κάλλος non accipio hoc loco pro una idea Orationis, quam ſeparatim docuit Hermogenes, ſed de ea venuſtate, quæ toti Poemati adſperſa eſt: quam τῷ μεγέθει καὶ τῇ γλυκύτητι voluit idem Hermogenes temperari. *Nunneſius.*

Ibid. 9. ἰσχνόν.] De tribus dicendi formis, humili, mediocri, et ſublimi, Cornificius lib. iv. Rhetoricorum ad Herennium, M. Tullius de Oratore, et Agellius Noct. Attic. VII. 14. qui cum

tribus Athenienſium legatis comparat, Carneade Academico, Critolao Peripatetico, et Diogene Stoico (de quibus legatis idem XVII. 21. Plinius VII. 30.) De Græcis vero Hermogenes Libro *De Ideis:* et Περὶ Ὕψους Dionyſius Longinus, valde ab Eunapio Sardiano laudatus, libro ſingulari; omnis denique Rhetorum Schola. *Is enim eloquens eſt,* inquit Cicero, *qui poterit parva ſubmiſſe, modica temperate, magna graviter dicere.* Cumque omnis oratio vel ad docendum, vel delectandum, vel denique ad incitandum ſit comparata, attenuato generi propoſitum docere, mediocri delectare, ſublimi vero animos impellere, rapere, et inflammare. Eadem vero in Poetica, tamquam numeris vincta oratione, ratio, quod illi ἀντίστροφος eſſe videatur. Nam, *Aut prodeſſe volunt, aut delectare Poetæ, Aut ſimul et jucunda, et idonea dicere vitæ.*

Eſt igitur omnis oratio, vel	*Humilis,* tenuis, ſeu attenuata, *Mediocris,* media ſeu æqualis, *Sublimis,* gravis, ſeu grandis.	Contrarium et propinquum vitium, Cornificio,	Exile, humi ſerpens, aridum, et exſangue, Fluctuans et diſſolutum, Turgidum, inflatum, et horridum.

Dionyſius Halicarnaſſeus, lib. ἐσχηματισμένων, Harmoniam orationis ſic dividit, et auctores ſingulis attribuit:

Harmoniæ communis.	*Floridæ.*	*Duræ.*
Homerus Epic.	Heſiodus Epicus.	Antimachus Colophonius } Epici.
Steſichorus, Alcæus } Melici.	Sappho Melica.	Empedocles Phyſicus } Epici.
Sophocles Trag.	Anacreon, Simonides } Melici.	Pindarus Melicus.
Herodotus Hiſt.	Euripides Trag.	Æſchylus Trag.
Demoſthenes Orat.	Ephorus, Theopompus } Hiſtorici.	Thucydides Hiſt.
Democritus, Plato, Ariſtoteles } Philoſophi.	Iſocrates Orator.	Antiphon Politicus.

Sed hic minuenda opinio eſt minutorum Rhetorum, qui, dum grave, paucíſque cognitum dicendi et dijudicandi munus ſuſcipiunt, nimium quantum onus ſuſtinent, et in quot ſe errorum laqueos induunt. De quo genere toto recte dividendi, quanta inter Platonem et Ariſtotelem concertatio? quanta a Theophraſto, ut illud perficiat, contentio adhibetur? ut ante nos diligenter Galenus, Medicorum princeps, admonuit. Sic enim vulgares illi:

> Humilis oratio, ut Philoſophorum, et Comicorum,
> Mediocris, ut Hiſtoricorum,
> Sublimis, ut Tragœdiarum, et invectivarum.

At Platonis, Philoſophorum prope Dei, oratio, ita aſſurgit, ut M. Tullio, et Halicarnaſſeo poema potius, quam oratio ſoluta videatur. Sic enim Dionyſius, Criticorum maximus, eleganti illa Epiſtola ad Cn. Pompeium, (T. VI. p. 764. ed. Reiſke.) qui de reprehenſo

Platonis ſtylo queſtus erat, cenſet, exemplis ex Phædro allatis, a Dithyrambicis minime Platonem abhorrere: ἐν τούτοις γὰρ τῆς λέξεώς τι μόριον τὸ περὶ τὴν τροπικήν τε καὶ διθυραμβικὴν φράσιν ἐκπίπτον· ἐν οἷς οὐ κρατεῖ τοῦ μετρίου κ. τ. λ. quia et apud Laërtium in Platone, Ariſtoteles orationis ejus ideam inter poeticam et ſolutam collocat. Phrynichus vero apud Photium noſtrum: Εἰλικρινοῦς τε καὶ καθαροῦ καὶ Ἀττικοῦ λόγου κάνονας καὶ σταθμὰς καὶ παράδειγμά φησιν ἄριστον Πλάτωνά τε καὶ Δημοσθένην. De Comicis autem nemini dubium, quin Terentio, ut refert Agellius, tribuerit τὸν μέσον χαρακτῆρα M. Varro, cui et Julius Cæſar gravitatem adſcripſerat, ut legimus ἐν προλεγομένοις Donati. In Hiſtoricis vero, de Thucydide ἐπισκεπτέον, legenduſque Suidas in χαρακτῆρες. Nam τὸ ἀξίωμα in illo elucet, ut obſervant Critici; quod unum genus eſt idearum magnitudinis Hermogeni Rhetorum acutiſſimo. *Schottus.*

Ibid. ἰσχνόν.] Τὸ ἰσχνὸν video Diomedem βραχὺ appellare, ut τὸ ἁδρὸν, μακρόν. Hoc autem intelligendum videtur de Tropis, quos et plebeios agnoſcunt Rhetores, non de illis qui plus juſto efferuntur. Notum etiam in Bucolicis, quæ hujus generis ſunt, multa eſſe Allegorica. *Nunneſius.*

P. 375, 11. φιλοκατάσκευον σύνθεσιν.] Videtur appellare τὴν φιλικὴν, quæ neceſſario ἁπλῆ eſſe debet, ut in Epiſtolis fieri oportere Demetrius præter alios docuit. Huic repugnat τὸ μεγάλας ἔχειν ἐμφάσεις. *Nunneſius.*

Ibid. 11. τοῖς γοεροῖς.] Luctus enim non patitur κατασκευὴν illam accuratam Iſocratis, nec granditatem illam Pindari. *Nunneſius.*

Ibid. τοῖς γοεροῖς.] Non video hoc qui verum ſit, niſi fortaſſe quia luctus curam minuit. Sed γοεραὶ multæ elegiæ, et tamen graves, ut et τὰ παραμυθητικά. Equidem epiſtolas M. Tullii conſolatorias et γοερὰς eſſe agnoſco, nec tamen ἰσχνῷ genere, ſed grandi pleraſque ſcriptas. Cenſeo itaque hoc in loco legendum potius inverſis literis γεωργικοῖς, aut certe γεωργοῖς, quibus, ut paſtoriciis et piſcatorum poematis, nihil aptius tenui genere. Quapropter Virgilius, cum aſſurgendum illi contra conſuetudinem ejus carminis eſſet, præfatus eſt, *Sicelides Muſæ, paullo majora canamus. Schottus.*

Ibid. ult. ἀνθηρὸν δὲ κατ᾽ ἰδίαν οὐκ ἔστι.] Hoc in Plutarchum appoſite dicetur, qui in Homeri vita hoc genus ἀνθηρὸν a ceteris ſeparavit. In eadem hæreſi ſunt Macrobius et Diomedes. Quin et Demetrius ille auctor περὶ ἑρμηνείας hoc, et τὸ δεινὸν a duobus contrariis ſejunxit; affirmat tamen, cum utroque τὸ γλαφυρὸν et χαρίεν, quod idem eſt atque ἀνθηρὸν, poſſe copulari. M. certe Tullius libro *De optimo genere dicendi*, videtur medium illud, quod ipſe *modicum* nominat, ἀνθηρὸν intellexiſſe; nam illi tribuit multa ornamenta et lumina orationis; in quo Demetrium Phalereum floruiſſe ſcribit, atque illud expers utriuſque contrarii facit. *Nunneſius.*

P. 376, 2. τοπογραφίαις καὶ λειμώνων καὶ ἀλσῶν.] Floridum etiam inter Poematis charactceres (sic enim vocat Plutarchus in vita Homeri) numerat Diomedes lib. iii. Instit. Gramm. p. 481. *Poematis*, inquit, *characteres*, βραχὺς, μέσος, καὶ ἀνθηρός. Sed hic auctor magno alioqui subsidio futurus, monstrose nimis, in Græcis præsertim, depravatus est. Ceterum et hæc Poetarum fuisse argumenta, his auctoribus discere licet: Virgil. Eclog. IV. 3. Horat. A. P. 14. sqq. Persius Sat. I. 68. seqq. Juvenal. Sat. I. 7. sq. *Schottus.*

Ibid. 3. ἀποσφαλέντες.] Auctor ad Herennium lib. iv. Rhetoricorum: *Erit et attenuata verborum constructio quædam, et item alia in gravitate, alia posita in mediocritate. Est autem cavendum ne, dum hæc genera consectamur, in finitima et propinqua vitia veniamus &c. Schottus.*

Ibid. 4. εἰς τὸ σκληρὸν καὶ ἐπηρμένον.] Demetrius hoc vitium ψυχρὸν nominat. Auctor ad Herenn. *turgentem et inflatam orationem* hanc dicit, et verbis duriter aliunde translatis eam fieri voluit. Dionysius Longinus et alii his finitima afferunt. *Nunnesius.*

Ibid. 5. εἰς τὸ ταπεινόν.] Demetrius ξηρὸν vocat. Auctor ad Herennium, *Aridum* et *exangue*, quod et *exile* nominari non esse alienum ait. *Nunnesius.*

Ibid. 6. ἀργὸν καὶ ἐκλελυμένον.] Sic auctor ad Herennium, *Fluctuans et dissolutum. Nunnesius.*

Ibid. 7. διαλαμβάνειν δ' ἐν ᾧ.] Corruptus locus. Quid si διαλαμβάνει δ' ἐν τῷ β. quasi superiora sint ex lib. i. Procli: quæ sequuntur ex secundo excerpta; nam ex tertio et quarto nihil repetitum. *Nunnesius.*

Ibid. 9. καὶ ὅτι τῆς ποιητικῆς τὸ μέν ἐστι διηγηματικὸν, τὸ δὲ μιμητικόν.] At Plato de Repub. III. p. 394. B. ed. H. St. cujus tu, Procle, sectam sequeris, tria facit genera Poeseos. Unum, διὰ μιμήσεως, qualis Comœdia et Tragœdia: alterum, δι' ἐπαγγελίας μόνης τοῦ ποιητοῦ, tale Dithyrambicum: tertium, ex utroque genere conflatum, cujusmodi Epicum. Aristoteles etiam in Poeticis tres differentias facit Poeseos, ex modo vario quo fit imitatio; unam, ἀπαγγελτικήν: alteram, in qua omnes qui imitantur πράττοντες καὶ ἐνεργοῦντες inducuntur, quæ recte a Grammaticis Græcis et Latinis δραματικὴ nominatur; tertiam, ex utraque concretam. Mitto gregem Grammaticorum, qui eandem sententiam sequuntur; quamquam in eo videntur ab Aristotele multum dissentire, quod suo Dramatico, aut Exegetico subjiciunt παραγγελτικὴν ποίησιν (sic enim apud Diomedem reponendum puto) Historicam, et Didascalicam, quas diserte negat Aristoteles Poemata esse, quia non imitantur, quod proprium est Poetæ, sed monent tantum, aut narrant, aut docent. Ex his perspicuum fit, frustra torqueri explanatores Poeticorum Aristotelis, quasi a magistro Platone in his discesserit; cum Plato genus ἀπαγγελτικὸν, ut Dithyrambum, videatur imitatione privasse, Aristoteli autem non sit Poeta, nisi is qui imitatur. Non

enim vident μίμησιν a Platone vocari κατ' ἐξοχὴν eam tantum quæ fit παρὰ τῶν δρώντων: apud Ariſtotelem vero latius patere: cui imitatio etiam eſt ea quæ fit rhythmo tantum, ut ψιλὴ ὄρχησις, et quæ fit Rhythmo et Harmonia: cujuſmodi erant chori Dithyrambici, quamquam non inducerentur πράττοντες. Hæc genera Characteres vocantur in prolegomenis Theocriti. Quanto prudentius Ariſtoteles, qui nec genera quidem illa nominavit, ſed differentias. Sed o miſeros ἀμεθόδους, quam multis laqueis irretiti tenentur, quibus nullo ſe conſilio explicare poſſunt! quam vere dignum immortalitate ingenium Ariſtotelis! qui vidit, τὰ γένη καὶ εἴδη κατὰ τὴν συνήθειαν τῶν πολλῶν ſumi oportere, tum differentiis diſtinguenda eſſe. Sic ille in Animalium diſputatione Piſcem, Avem, Hominem, et cetera propoſuit; quorum differentias poſt perſequitur. Sic et Theophraſtus in ſtirpibus quatuor illa ſumit, δένδρα, θάμνους, φρύγανα, πόας. Ita Ariſtoteles in Poeticis πρῶτα καὶ μέγιστα tantum illa tria adfert vulgo nota, Epopœiam, Tragœdiam, et Comœdiam. Reliqua namque verius horum μέρη, ἢ ἀποσπασμάτια, aut certe ex his concreta: ſed de his alibi. Dixerit aliquis, quorſum hæc diſputatio? Quorſum? Primo, ne quis ſibi falſo perſuadeat hæc genera eſſe Poeticæ, ut videtur Proclus ſignificare, qui in multos errores eum induceret: deinde, quod permagni hoc loco interſit, aliter τὸ διηγηματικὸν a Proclo atque a reliquis accipi. Proclo etenim Diegematicum eſt κατ' ἀπόφασιν, quod non eſt Mimeticum, ſive Dramaticum: ceteris quod nec Dramaticum eſt, neque miſtum aut commune. Quam recte Ariſtoteles irridet in Platonicis ſtudium illud τῆς διχοτομίας lib. I. de partibus Animalium. Ut illuderet, ſi reviviſceret, idem τοῖς πανσόφοις hujus ſeculi, qui omnium artium explicationem ταῖς ἀλληλουχίαις τῶν διαιρέσεών τε καὶ ὑποδιαίρεσεων, tamquam σκελετὸν quoddam a Medicis conglutinatum oculis ſubjiciunt. Sed quid σκελετὸν dico? immo ut monſtrum illud Horatianum, aut ſi quid deformius poteſt excogitari. Sed ne longius a Proclo abeamus. *Nunneſius.*

P. 376, 9. τὸ μέν ἐστι διηγηματικόν.] Eadem fere apud Diomedem lib. iii. Gramm. diviſio poeticæ. Ariſtoteles vero diſerte, ex differentiis modorum, quibus imitantur Poetæ, elicit hæc tria genera: ἀπαγγελματικὸν, μιμητικὸν, atque tertium illud ex utroque concretum. *Schottus.*

Ibid. 10. τὸ μὲν διηγηματικὸν ἐκφέρεται.] Species diegematicæ quatuor facit, Epicam, Iambicam, Elegiacam, et Melicam; quam recte aliorum eſto judicium. Diomedes has ſubjicit generi communi, ſeu miſto, et præterea Satyram Latinorum, et Bucolica. In ſcholiis Theocriti Bucolica ad tria genera referuntur, quod etiam Servius ſequi videtur. Quam diſcrepantes hominum ſententiæ! Tzetzes uterque cautius, qui innumerabilia genera Poematum fecerunt. *Nunneſius.*

Ibid. 12. διὰ τραγῳδίας σατύρων τε καὶ κωμῳδίας,] De Tragœdia

atque Comœdia, qua conveniunt, qua discrepant inter se, et a Satyris, multa apud Aristotelem, (quamquam magna ejus pars intercidit) in Poeticis legas, et nonnulla in prolegom. If. Tzetzæ in Lycophronis Alexandram, et interprete Terentii. Ceterum de Satyra, nemo, quem viderim, legerim, audierim, satis accurate. Errant enim, et vehementer errant, qui nuperam illam Latinorum Satyram, quæ in manibus est puerorum, ex prisca Comœdia natam, cum veteri Satyra, de qua hic sermo, et Sicinnis olim etiam vocabatur, temere confundunt. Disces de veteri Satyra ex Julio Polluce Onomast. IV. 14. 18. 19. ex Athenæo I. c. 16. XIV. c. 12. Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. III. extr. Plutarch. v. Caton. Arrian. de rebus Indicis p. 523. ed. Blanc. Laertio in Platon. III. 56. Menedem. II. 133. de Achæo. Eustath. Od. Σ. p. 1850, 35=673, 17. Inter Latinos vero, ut et hi symbolam conferant, ex Livio VII. init. Valerio Max. II. 4. Vitruvio V. 8. Diomede lib. III. Gramm. p. 482. et priscis Horatii interpretibus in Artem Poeticam.

Qui vero Satyram fabulam docuerint, hos fere Athenæus suggessit: Achæus Eretriensis, Anaxandrides, Astydamas, Chamæleon Heracleotes Ponticus, Ecphantides, Lycophron Chalcidicus, (de quo Gul. Canterus Nov. Lect. VI. 17.) Phrynichus, Sophocles, Sophron, Sulla Rom. Imperator, Timocles, et Alexander Rex (XIII. p. 586. D.) Unum Pratinam nominat Satyricum Isacius Tzetza in Prolegom. ad Cassandram Lycophronis. Ælianus V. H. II. 8. de Euripidis satyris (cujus et Cyclops extare in hoc genere creditur) et Xenoclis: idem et de Satyris, Tityris, et Silenis V. H. III 40. Cum hoc pridem adnotassem, comperi post If. Casaubonum præclare multa de Satyra Græca et Latina observasse. *Schottus.*

Ibid. De Tragœdia quædam protulit Villoisonus Anecd. Gr. p. 178. ex Diomedis MS. Commentario in Dionysium Thracem. Ipsi nonnulla dabimus de Comœdia ad fidem MS. Barocciani 116. fol. 29. b. Κωμῳδία λέγεται τὰ τῶν Κωμικῶν ποιήματα, ὡς τὰ τοῦ Μενάνδρου καὶ Ἀριστοφάνους καὶ Κρατίνου, καὶ τῶν ὁμοίων· εὑρέθη δὲ ἡ Κωμῳδία ὥς φασιν ἔκ τινος τοιαύτης αἰτίας. βλαπτόμενοι τινὲς γεωργοὶ παρὰ τῶν πολιτῶν τῶν ἐν Ἀθήνησι, καὶ θέλοντες ἐλέγχειν αὐτοὺς, κατῄεσαν ἐν τῇ πόλει, καὶ περὶ τὸν καιρὸν τοῦ καθεύδειν περιϊόντες περὶ τὰς ἀγυιὰς, ἔλεγον ἀνωνύμως τὰς βλάβας αὐτῶν. ἵνα δὲ σαφέστερον εἴπωμεν, τοιαῦτα τινὰ ἐβόων· ἐνταῦθα μένει τις, τάδε καὶ τάδε καὶ τάδε ποιῶν τισὶ τῶν γεωργῶν, καὶ οὐ μικρὰς τινὰς βλάβας ἐπιφέρων αὐτοῖς, ὥστε τοὺς γειτνιῶντας ἀκούοντας, ἡμέρας γενομένης, πρὸς ἀλλήλους λέγειν, ἃ νύκτωρ παρὰ τῶν γεωργῶν ἤκουσαν. ἐπονείδιστον δὲ ἦν τῷ ἀδικοῦντι. τὸν δὲ ἐμφανιζόμενον τοῖς ἐπὶ τῆς πόλεως αἰδεῖσθαι, καὶ παύεσθαι τῆς τοιαύτης ἀδικίας. τούτοις πολλάκις παρακολουθήσαντες πολλοὶ τῶν ἀδικούντων ἀνέστειλαν. Ὅθεν τοῖς τῆς πόλεως ἔδοξεν ἐπ᾽ ἀγαθῷ γεγονέναι τὸ ἐγχείρημα τῶν Κωμικῶν. καὶ ἀναζητήσαντες αὐτοὺς, ἠνάγκασαν καὶ ἐπὶ θεάτρου τοῦτο ποιεῖν. οἱ δὲ αἰδούμενοι, μᾶλλον δὲ φοβούμενοι, τρυγὶ

περιχρίοντες αὐτῶν τὰς ὄψεις, οὕτως εἰσίεσαν. καὶ ἔτι μᾶλλον ἐλεγχομένων τῶν ἀδικούντων ἐπὶ θεάτρῳ, ἀνοχὴ τῶν ἀδικιῶν ἐγένετο, τῆς αἰδοῦς ἔτι συνοικούσης τοῖς ἀνδράσιν· ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, τῆς πόλεως τὸ ἐγχείρημα καλῶς ὑπάρχειν, καὶ λογίους ἄνδρας αὐτὸ μετιέναι. πρῶτον οὖν [1] Σουσαρίων τὶς τῆς ἐμμέτρου Κωμῳδίας ἀρχηγὸς ἐγένετο. οὗ τὰ μὲν δράματα λήθῃ κατανεμήθησαν· δύο δὲ ἢ τρεῖς ἴαμβοι τοῦ δράματος ἐπὶ μνήμῃ φέρονται· εἰσὶ δὲ οὗτοι·

ἀκούετε λέξεως, Σουσαρίων τάδε λέγει
υἱὸς Φιλίνου Γεγαρόθου τριποδίσκος.
κακὸν γυναῖκες· ἀλλ᾽ ὅμως ὦ δημόται
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

ἀρχὴν οὖν δεξαμένου τοῦ πράγματος πολλοὶ γεγόνασι κωμῳδοὶ, ἐλέγχοντες τοὺς κακῶς βιοῦντας, καὶ τοὺς ταῖς ἀδικίαις χαίροντας, ἀναστέλλοντες τὰς ἀκαίρους καὶ ἀδίκους αὐτῶν πράξεις, καὶ ὠφέλουν κοίνῃ τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων. Ἐπειδὴ δὲ τὸ μὲν παράνομον ἐπὶ τὰ χερείονα νικᾷ, τὸ δὲ καλὸν τάχεως ἀφίπταται τῆς τῶν ἀνθρώπων πολιτείας, οὐ μετὰ πόλυν χρόνον, οἱ ἄρχοντες Ἀθήνησιν ἤρξαντο κωλύειν τοὺς Κωμικοὺς τοὺς φανερῶς οὕτως καὶ ὀνομαστὶ ἐλέγχειν τοὺς ἀδικοῦντας. αὐτοὶ γὰρ θέλοντες ἀδικεῖν καὶ μὴ ἐλέγχεσθαι τούτου χάριν ἐπετίμων αὐτοῖς. ὅθεν ὥσπερ αἰνιγματωδῶς καὶ οὐ φανερῶς ἠλέγχοντο ὑπὸ τῶν κωμικῶν· ἔτι δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖον προϊούσης καὶ κρατούσης τῆς κακίας, ἐκωλύθησαν τοῦ καὶ αἰνιγματωδῶς ἐλέγχειν, καὶ ὑβρίζειν τοὺς ἄρχοντας τῆς πόλεως. Διὸ καὶ τρεῖς διαφορὰς ἔχειν ἔδοξεν ἡ κωμῳδία. καὶ ἡ μὲν καλεῖται παλαιὰ, ἡ ἐξ ἀρχῆς φανερῶς ἐλέγχουσα. ἡ δὲ μέση τὶς καὶ αἰνιγματώδης. ἡ δὲ νέα μηδόλως τοῦτο ποιοῦσα πλὴν ἐπὶ δούλων ἢ ξένων. Καὶ τῆς μὲν παλαιᾶς πολλοὶ γεγόνασι. Ἐπίσημος δὲ Κρατῖνος, ὃ καὶ πραττόμενος· μετέσχον δέ τινος χρόνου· τῆς δὲ παλαιᾶς κωμῳδίας Εὔπολις τε καὶ Ἀριστόφανης. τῆς δὲ μέσης καὶ αὐτοὶ μὲν πολλοὶ γεγόνασιν. ἐπίσημος δέ τις Πλάτων, οὐχ ὁ φιλόσοφος, ἀλλ᾽ ἕτερός τις. ὁμοίως κἀκείνου τὰ δράματα οὐ φαίνεται. τῆς δὲ νέας ὁμοίως πολλοὶ γεγόνασιν· ἐπίσημος δὲ ὁ Μένανδρος, ὃς ἄστρον ἐστὶ τῆς νέας κωμῳδίας, ὡς μεμαθήκαμεν. Εἴρηται δὲ κωμῳδία οἱονεὶ ἐπὶ τῷ κώματι ᾠδὴ, καὶ γὰρ περὶ τὸν καιρὸν τοῦ ὕπνου

---

[1] Bentleius Differt. Phalarid. p. 202. five p. 109. verfionis Lennepianæ: "Sunt, fateor, quinque verfus "iambici, qui Sufarioni adfcriban- "tur, et forte revera funt ejus:

ἀκούετε λεώς· Σουσαρίων λέγει τάδε,
υἱὸς Φιλίνου Μεγαρόθεν Τριποδίσκιος·
κακὸν γυναῖκες, ἀλλ᾽ ὅμως, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
καὶ γὰρ τὸ γῆμαι, καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.

"Exftant quatuor verfus antecedentes in commentario Diomedis Scholaftici in Dionyfium Thracem MS. "qui nunc eft in bibl. Regia; ultimus, cum tribus aliis apud Stobæum tit. LXVII. primus, tertius, "et quartus, apud Diomedem, III. "p. 486. ac tertius et quartus apud "Suidam v. οὔτε σύν. Secundum v. "emendavit Pearfonus, Vind. Ignat. "ii. 11. nam valde corruptus eft in "MS. Sed in primo verfu, ut edidit "ille,

Ἀκούετε λέξεως, Σουσαρίων τάδε λέγει,

"duo vitia funt, contra numerum "verfus iambici. Quod mendum ut "elueretur, pro λέξεως in Diomede "repofitum eft λέξιν. Sed verum eft, "Ἀκούετε λεώς, ut eft apud Stobæum, i. e. *Audite, populus, &c.* "&c."

ἐφευρέθη· ἢ ἡ τῶν κωμητῶν ᾠδή· κῶμαι γὰρ λέγονται οἱ μείζονες ἀγροί· ταύτην οὖν τὴν κωμῳδίαν δεῖ βιωτικῶς ἀναγινώσκειν. τουτέστιν ὡς ἐν τῷ βίῳ μιμουμένους τὸ παρείσαγον πρόσωπον, καὶ τὴν ἐκείνου σχέσιν ἀναματτομένους. Δεῖ δὴ οὖν τῷ τὴν κωμῳδίαν ὑποκρινομένῳ μετὰ γέλως καὶ πολλῆς ἀστειότητος, καὶ πολλοῦ τοῦ προσώπου φέρεσθαι· ἢ βιωτικῶς, κατὰ μίμησιν τοῦ βίου, ἵνα, ἐαν μὲν ὑπόκειται γέρων, μιμησόμεθα τὴν φωνὴν τοῦ γέροντος, ἡ (l. εἰ) δὲ γυνὴ, μιμησόμεθα τὴν φωνὴν τῆς γυναῖκος. Διαφέρει δὲ κωμῳδία τραγῳδίας ὅτι ἡ μὲν τραγῳδία ἱστορίαν καὶ ἐπαγγελίαν ἔχει πράξεων γινομένων· ἡ δὲ κωμῳδία πλάσματα περιέχει βιωτικῶν πραγμάτων.]

P. 376, 12. Recte Proclus, ſed Ariſtot. rectius, qui Κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ὡς μέγιστα μέρη καὶ πρῶτα ſepoſuit. De Satyro vero, qui Tragœdia παίζουσα eſt, ut de concreto ex utraque in extremo fortaſſe libro ſecundo diſputavit: ſed, quod dolendum vehementer eſt, et illa Ariſtotelica de Comœdia et Satyro, atque hæc Procli de eodem argumento perierunt; quæ ſi extarent, minuti iſti Philologi Satyram Romanam non confunderent turpiter cum Satyro Græcorum. Nam primo Satyra apud Romanos fuit carmen ex variis poematibus, ut ait Diomedes: quale ſcripſerunt Pacuvius, Ennius; ſimile fortaſſe Chæremonis Hippocentauro. Deinde carmen illud maledicum, imago parva antiquæ Comœdiæ, ſed quæ pulpita non conſcendit, et ornatu incedit graviori, Heroico ſcil. Satyrus autem Græcorum plane eſt Cyclops Euripidis: licet multæ ejuſmodi fabulæ a Græcis Tragicis editæ legantur, quorum tantum nomina apud Grammaticos legimus. De hoc Satyri genere Græco Horatius, et ex Horatio Diomedes. *Nunneſius.*

Ibid. ult. καὶ ὅτι τὸ μέλος πρῶτον μὲν] Hic diſputat de quatuor generibus diegematici, eo ordine quem propoſuerat. Ordo quidem legitimus, ſi originem metricam ſpectemus. Nam cum duo capita ſint et quaſi fontes omnium Metrorum, Heroicum, et Iambicum, ut Metrici diſputant, ex heroica penthemimeri iterata, nata eſt Elegia: ex Epodis autem Iambicis Lyricorum carminum varietas profecta videtur. Eundem ordinem, et cauſam illius præfert auctor illius fragmenti, quod Cenſorini de die Natali libello adhæret, tibi, mi Schotte, a Lud. Carrione I. C. inſcriptum, et a nobis etiam illuſtratum. Sed quid de Diomede? qui primam item facit Epicam, ſecundam tamen Lyricam: (etſi totus ille locus depravatus et mutilus pleriſque locis videtur) tertiam Elegiacam; quartam Iambicam. Metrici alii alium ordinem ſecuti. Sed quid metris cum Poemate? Poematis enim vis et natura non in metro, ſed in imitatione conſiſtit, ut docet Ariſtot. qui propterea prudentius de Tragœdia prius diſſeruit: e qua detractis duabus partibus, intelligitur, ut fiat Epopœia: tum de Comœdia, quæ numero partium ſimillima Tragœdiæ. Ad extremum de ceteris, ut ſuſpicor: quia ex illis tribus, qualia ſint facillime percipitur, cum aut illorum ἀποσπασμάτια ſint, aut certe ex illis fiant, et proficiſcantur. Ac de ordine ſatis. *Nunneſius.*

P. 376. ult. τὸ μέλος πρῶτον μὲν ἐφεῦρε Φημονόη] Libenter reponerem Ἔπος: nisi quis dicat, τὸ μέλος ἀντὶ τοῦ Ἔπους γενικῶς positum: quod vix mihi umquam probabitur, quia prisci τοὺς ἐποποιοὺς maxime opponebant Lyricis, ut refert Eustathius. Phemonoes nescio quod κυνοσόφιον olim legi circumferri: numquam in illud incidi, nec in aliquem qui illud carmen laudaret. Cetera nota ex Philologis, et aliis scriptoribus. *Nunnesius.*

Ibid. Φιμονόη ἡ Ἀπόλλωνος] Sic erat in veteri cod. Plurima enim, licet exiguum sit ἀποσπασμάτιον, κακ' ἀράχνια ἔχειν deprehendi. Restituo tamen Φημονόη per η in prima, etymon et Pausaniæ fidem secutus, qui de hac in Phocicis: X. 5. p. 809. μεγίστη καὶ παρὰ πλείστων ἐς Φημονόην δόξα ἐστὶν, ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὰ ἑξάμετρα ᾖσε. Mox ejusdem oraculum hoc consulentibus datum senariis longioribus apponit, ἀγχοῦ δὴ βαρὺν ἰὸν ἐπ' ἀνέρι Φοῖβος ἐφήσει Σίντῃ Παρνησσοῖο· φόνου δὲ Κρήσιοι ἄνδρες Χεῖρας ἁγιστεύουσι, τὸ δὲ κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται. Donatianus vero sic in re Metrica: *Hexametrum carmen, quod Ennius longum vocat, Græci Deliacon*; *quia hoc genere Phemonoe, Apollinis vates, vaticinata est.* De Ennio vero idem refert M. Tullius Legg. II. 27. Heroicos versus *longos* appellasse, et Ovid. Eleg. III. *et longis versibus adde breves.* Servius in Virgil. Æn. III. 46. et ex eo Isidorus Etymol. VIII. 8. inter Sibyllas hanc numerat, et Horatii interpres vetus in illud Artis Poeticæ, *Dictæ per carmina sortes.* Quo refero et illud Tibulli II. 5. *Te duce, Romanos numquam frustrata Sibylla est, Addita quæ senis fata canit pedibus.* Plinius vero Apollinis non fatidicam tantum vatem, sed et filiam facit, X. 3. et 8. quæ primum hexametrum carmen commenta sit: idemque Pythio oraculo Heroïcum carmen acceptum referri debere, VII. 56. auctor est: in cujus codd. male quoque *Phœmonoe* cum œ dipthongo in prima legitur. Eusebius in Chronicis, annis xxv ante Linum, et Orpheum, Acrisio oracula cecinisse refert. Huic certe Pythii illud quidam attribuunt, γνῶθι σεαυτόν: quod e cœlo descendisse Satyricus (Juvenal. XI. 27.) ait, laudatque M. Tullius Legg. I. 22. Tuscul. I. 22. Meminit et Phemonoes Strabo IX. p. 642=608. in Pythii oraculo his verbis: πρώτην Φημονόην φασὶ γενέσθαι Πυθίαν, κεκλῆσθαι δὲ καὶ τὴν προφῆτιν οὕτω, καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι. Synesius item, et Tatianus adversus gentes. Latinorum quoque Poetæ, Lucanus V. 126. et Statius Papinius Silv. II. ii. 39. sed non pigebit Hieron. Vidæ elegantes versus huc transferre, Poet. I. *Sed nullum e numero carmen præstantius omni Quam quo post divos Heroum facta recensent: Versibus unde etiam nomen fecere minores, Munere concessum Phœbi venerabile donum, Phemonoes, quæ prima dedit, si vera vetustas Ex adyto haud aliis numeris, responsa per orbem. Schottus.*

P. 377, 1. ἑξαμέτροις χρησμοῖς] *Hexametris* reddidi, retenta voce Græca, potius quam *Senariis*, quibus fere Iambica designantur: et Cicero ab illa voce non abhorret. Sic enim De Oratore III. 50.

Antipater ille Sidonius ſolitus eſt verſus hexametros, alioſque variis modis numeriſque fundere ex tempore. Schottus.

P. 377, 3. ἔπος κληθῆναι] Ab εἰπεῖν, ἔπος, ut et Latini a *dicere, dictionem* derivant. Propria quidem Oratorum *dictio*, eſt enim bene dicendi facultas; ſed et Juriſconſultorum eſt, *jus dicere:* Geographorum pro *deſcribere*. Pomponius Mela ſic orditur: *Orbis ſitum dicere aggredior, impeditum opus, et facundiæ minime capax.* Tum et Poetarum eſt: Horat. Carm. I. *Diceris Vario fortis &c.* Idem alibi, *Prima dicte mihi, ſumma dicende Camœna.* Homerus Ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα, et Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, *Dic mihi Muſa virum.* Et apud Agellium XVIII. 9. Ennius: *Inſeque Muſa manu Romanorum induperator,* ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι καὶ εἰπεῖν. Maro: *cui non dictus Hylas. Diductum dicere carmen.* Dictio ergo quod τὸ ῥητὸν, aut ῥῆσις Græce: cui accidit, aut, quod Græce melius dicitur, κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχει, eſſe oraculum, ut, ſpecies generi συμβαίνει, ut animali hominem eſſe. Horat. *Dictæ per carmina ſortes.* Et Poeta vetus in Armorum judicio, apud auctorem ad Herennium II. 26. *Aperte fatur dictio, ſi intelligas: Tali dari arma, qualis, qui geſſit, fuit, Jubet, potiri ſi ſtudeamus Pergamo.* Lege, ſi vacat, J. C. Scaliger. Poet. I. 41. Turnebi Adverſar. XXX. 1. *Schottus.*

Ibid. 7. ὁ Ὅμηρος ποιητὴν] Nimirum κατ' ἐξοχήν. Seneca Ep. 58. Theophilus anteceſſor lib. I. Inſtitut. tit. de Jure nat. Gentium, et Civili: ἡνίκα ποιητὴν εἰπόντες, καὶ μὴ προσθέντες τὸ κύριον ὄνομα, παρ' Ἕλλησι μὲν δηλοῦμεν τὸν Ὅμηρον, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις τὸν Βιργίλλιον. Eadem fere de Epicis Poetis Iſacius in Alexandram Lycophronis. *Schottus.*

Ibid. 8. Ἐπεὶ καὶ τρίμετρα ἔπη προσηγόρευον] Quin et omne genus carminis hoc nomine olim appellatum obſervat interpres Ariſtophanis ἐν Ἱππεῦσι, 39. et Euſtathius quoſvis poetas vulgo ἐποποιοὺς nominatos: ab elegantioribus autem ſolos Heroicos eo nomine comprehendi. Idem tamen Scholiaſtes Ariſtophanis ἐν βατράχοις obſervat, cum de Euripide loquitur, ἐπῶν nomen poſitum ἀντὶ τῶν Ἰαμβείων, quod hoc nomine Iambi etiam appellarentur. Ex his illuſtrari poſſe videtur locus ille Ariſtotelis in Poeticis, cum diſputat de nominibus Poetarum, quæ vulgus Græcum ἐκ τοῦ ποιεῖν καὶ τοῦ μέτρου componens, quoſdam Ἐλεγειοποιοὺς, alios Ἐποποιοὺς vocabat, cum proxime τῶν τριμέτρων etiam meminiſſet, qui κατ' ἐξοχὴν Iambici ſunt. *Nunneſius.*

Ibid. ult. Πίσανδρος] Sic amplius eſt in ſchedis F. Sylburgii. Quinque autem, non quatuor, Heroici carminis principes numerat uterque Tzetzes, Scholiaſtæ diligentiſſimi. Joannes quidem proleg. Heſiodi, Iſacius vero in Caſſandram Lycophronis; Homerum, puta, Heſiodum, Antimachum Colophonium, Panyſim (lego Panyaſim) et Πείσανδρον Καμιρέα, cujus etiam meminit Stephanus in Κάμιρος. De Antimacho et M. Tullius in Bruto, ubi *Clarium* emendavit Lambinus pro *Clarum*, nam Claros in inſula Colophone

urbs eſt. Ovid. Triſt. I. vi. 1. *Nec tantum Clario Lyde eſt dilecta poetæ: Nec tantum Coo Battis amata viro. Schottus.*

P. 378, 2. τινὰς ἐπιμέτρους πράξεις] Quale illud certamen vulgo notum Homeri et Heſiodi. *Nunneſius.*

Ibid. 3. ἐπικοῦ κύκλου] Τὸ κύκλου nomen ambigue dici ἐπὶ τῶν ἐπῶν Ariſtoteles teſtis Anal. Poſter. I. 9. [p. 215. ed. Sylb.] et alibi. Philoponus lib. I. Poſter. [p. 34. b.] multa colligit de ſignificatione hujus nominis in carminibus, ſed quod ad hunc locum pertinet illud eſt: ἔστι δὲ καὶ ἄλλοτι κύκλος ἰδίως ὀνομαζόμενον ὁ ποίημα τινὲς μὲν εἰς ἑτέρους, τινὲς δὲ εἰς Ὅμηρον ἀναφέρουσι. Κυκλία apud Ariſtophanem plerumque pro Dithyrambicis tantum, propter genus chori quo utebantur; unde et κυκλιοδιδάσκαλοι Cineſias, Philoxenus, et alii Dithyrambici ab illo appellati. Sed hæc ſignificatio nil ad hunc locum: licet illam ad omnia Lyrica producat Tzetzes in Chil. quam et maxime propriam τῶν ἐγκυκλίων ſignificationem eſſe voluit. Multo autem magis ab hoc loco aliena, quæ idem docet ex Porphyrio de Vitis Philoſophorum, nomine iſto contineri ἐγκυκλοπαιδείαν, hoc eſt, quas vulgus *Liberales* appellat ſeptem artes, et præterea philoſophiam. De hac ἐγκυκλοπαιδεία edidit libellum elegantiſſimum flos patriæ et ornamentum Octavianus Ferrarius, de quo quid ſentiam, alibi exponam. Ita interpres Ariſtoph. Nub. 638. κύκλια μαθήματα vocat Metricam, et Rhythmicam, et alias. Sed videndum, an apud eundem ἐν ταῖς ὄρνισι 919. intelligi poſſit hoc genus poematis, de quo nunc loquitur Proclus, cum ait, κύκλια δὲ καλοῦνται μέλη τὰ ἐπεκτεταμένα, ἐστὶ δὲ διηγηματικόν. Nam hoc genus poematis, ut hic ait Proclus, a Chao ad reditum uſque Ulyſſis perpetua ſerie hiſtoriarum et temporum perducebatur, atque erat διηγηματικόν. Illud torquet, quod μέλη appellet, ſed potuit γενικώτερον τὸ μέλη uſurpari. Alia item erant ἐγκύκλια φιλοσοφήματα, de quibus Ariſtoteles de Cœlo. I. [9. p. 25.] et Simplicius. Domum redeamus. Utinam extaret hoc genus poematis Epici. Videtur Ovidius illud adumbraſſe ἐν ταῖς μεταμορφώσεσι: progreditur tamen ultra reditum Ulyſſis, et multa intermittit. Poſſent hæc expleri a viris doctis ex Apollodori et Diodori Bibliothecis, et aliis. Hoc optare eſt, non notas adſcribere. *Nunneſius.*

Ibid. 6. ἑκατοντάχειρας] Æolicῶs, ut annotat incertus Homeri Scholiaſtes. Familiare namque Æolibus ἐπένθεσιν adhibere, ut docent qui de Dialectis ſcripſerunt. Ἑκατόγχειρον vocat Briareum Homerus, unum ex tribus Gigantibus, Cœli, Terræque filiis, de quo Virgil. Æn. VI. *Et centumgeminus Briareus.* Heſiodus Theog. 149. Apollodorus init. Horatius Od. II. 17. Ovid. Triſt. IV. vii. 18. *Centimanumque Gyen, ſemibovemque virum.* De quo Naſonis carmine, ſimilibuſque, nuper diſſerui notis uberioribus in Suaſorias Senecæ Patris. Illud ἐν παρόδῳ admonebo, in libris, qui in vulgus editi circumferuntur, depravate fere legi in his locis *Gyges* pro *Gyes,* ut Lambinus et Muretus admonent. Κοῖος item pro

Κόττος, et Γύης leg. ex Apollodori Bibliothecæ principio apparet. Torrentius vero noſter *Gigas* etiam ſuo in Horatium commentario tuetur. *Schottus.*

P. 378, 6. καὶ τρεῖς ἑτέρους Κύκλωπας] Quorum nomina ibidem recenſet Heſiodus. Virgil. Æn. VIII. 425. *Schottus.*

Ibid. 8. τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα] Græcia enim fabuloſos deos primum ſuperſtitioſe coluit: et quidem quos ex hominibus natos, vitiiſque diffluere non ignoraret. Hinc Juvenal. Sat. 10. *Et quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.* Hinc et Cretenſes mendaces habiti, vel Epimenide Cretenſi teſte, quod Jovem apud ſe natum jactarent, ſepulchrumque oſtenderent. De horum fide, vanitate, Cicero ad Q. Fratrem: *Totque proverbia in mundo ſunt. Sed in Diis fingendis poetis uſa eſt, tamquam figulis peritiſſimis:* qua de re qui adverſus Gentes, pro Chriſtianorum fide decertarunt, multi multa: Tertullian. Apologet. c. 14. B. Cyprianus, Arnobius libris ſeptem, totidemque Lactantius, ejus diſcipulus, ſtylo tamen præſtantior, Minutius Felix in Octavio, octavus Arnobii liber falſo olim habitus, et alii. De Græcis vero, Clemens Alexandrinus, quem ſtudioſe imitatur Arnobius: Juſtinus, Philoſophus et Martyr, Gregor. Naz. in στηλιτευτικοῖς contra Julianum Imperatorem παραβάτην: Tatianus, Euſebius Pamphili, Theodoretus, Theophilus, ceterique. Plutarchus item in Erotico, deorum architectos fuiſſe Poetas, Philoſophos, et Legiſlatores diſerte docet. Apud illos vero Scriptores Græcos hodie paſſim peccatur, dum τοὺς Ἕλληνας *Græcos* potius vertunt, quam *Gentes*, vel *Gentiles*, quibuſcum digladiantur ipſi Græci; quod propter imperitiores moneo. In hoc genere fictorum Deorum opus conſcripſit, ut ſuo ipſi gladio confodiantur, (Lucianum enim, ut impium, prudens prætereo) [k] Palæphatus Parius, vel ut quidam malunt, Prieneus, περὶ ἀπίστων, hoc eſt, incredibilium hiſtoriarum: de quo Virgil. in Ciri, 87. *Infamem tali meritorum more fuiſſe Docta Palæphatia teſtatur voce papyrus.* Priorem verſum emendat Paullus Léopardus Belga X. 24. *Infamem tali merito rumore fuiſſe.* In altero vero Fabricius et Joſ. Scaliger *Pachynus* reponunt, pro poemate aliquo Palæphati; ego vero editam lectionem retineo reſtituta in poſſeſſionem ſuam, ex edicto *unde vi*, vera et priſca ſcriptura, *papyrus.* Palæphatum enim poetam fuiſſe, ſuperſtitibus præſentibus, non facile evincent: ſed Grammaticum unum, Hiſtoricum alterum, et neſcio utrum χρησμολόγον, hoc eſt, μάντιν, vatem: tertium denique Philoſophum Peripateticum, vel, ſi Iſacio Tzetzæ in Lycophronem fidem habebimus, Stoicum: ut idem huic accidiſſe videatur, quod Phormioni, quem M. Tullius de Oratore II. 18. in Peripateticam familiam refert, Stobæus in Stoicam. Τὰ μυθολογικὰ ſunt ἄπιστα, de quibus ille ſcripſit; atque in fragmento quod exſtat illius,

---

[k] Vide Fabricii Bibl. Gr. I. 21.

Scyllæ fabula legitur. Citant, ut idoneum auctorem, Athenæus, Suidas, et Euſtathius in Od. Τ. p. 1859=688. Theon item in Progymnaſm. Παλαιφάτῳ τῷ Περιπατητικῷ ἔστιν ὅλον βιβλίον ϖερὶ τῶν ἀπίστων ἐπιγραφόμενον, ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα ἐπιλύεται. *Schottus.*

P. 378, 12. ὑπὸ τοῦ ϖαιδὸς Τηλέγονος] Male erat in veteri Τελέγονος, qui imprudens patrem Ulyſſem interemit, paſtinacæ piſcis telo, a Circe matre venefica accepto. Qua autem ratione, variæ ſunt et repugnantes Græcorum ſententiæ; quas hic colligam: Sextus Empiricus adv. Mathematicos I. 16. (adv. Grammat. I. 12. p. 273. ed. Fabric.) εἰ συστατικὸν τὸ ἱστορικὸν, inquit: τινὸς μὲν λέγοντος ὅτι Ὀδυσσεὺς ὑπὸ Τηλεγόνου ϖαιδὸς κατὰ ἄγνοιαν ἀνῄρηται· τινὸς δὲ ὅτι λάρου κέντρον θαλασσίας τρυγόνος ἀφέντος αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ διεφώνησεν· ἄλλοι δὲ ὅτι εἰς ἵππον μετέβαλε τὴν μορφὴν, θέλειν ἐν οὕτως ἀπερρωγόσι ϖράγμασιν εὑρεῖν τἀληθές. Homeri quoque Scholiaſtes, ſeu Didymus, ſeu quiſquis eſt, ut Euſtathium omittam, in illud Odyſſ. Λ. 133. θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ, hæc notat: Οἱ νεώτεροι τὰ ϖερὶ Τηλέγονον ἀνέπλασαν τὸν Κίρκης καὶ Ὀδυσσέως, ὃς δοκεῖ κατὰ ζήτησιν τοῦ πατρὸς εἰς Ἰθάκην ἐλθὼν, ὑπ' ἀγνοίας τὸν ϖατέρα διαχρήσασθαι τρυγόνος κέντρῳ. Αἰσχύλος δὲ ἐν Ψυχαγώγοις ἰδίως λέγει· Ἐρρωδιὸς γὰρ ὑψόθεν ϖοτωμένος[1] Ὄνθῳ σε ϖλήξει, νηδύος χειλώμασιν· Ἐκ τοῦδ' ἄκανθα ϖοντίου βοσκήματος Σήψει ϖαλαιὸν δέρμα καὶ τριχορρυές. Ariſtoteles quoque in Poetica, Tragœdiam citat Ulyſſis vulnerati, in qua Telegonus inducitur, ubi doctiſſimus P. Victorius notat, citari ab antiquis Grammaticis Sophoclis Tragœdiam, quæ inſcribitur Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλὴξ, quod ſpina ictus materiem dederit Poetis ſcribendæ Tragœdiæ. Habes et in Euripidis Rheſo, meminitque Parthenius Erot. III. p. 349. Schol. Ariſtoph. Plut. 303. Denique Oppianus Halieut. II. 497. ſic canit de Trygonis piſcis venenoſo oſſe, quo cæſus ſit Ulyſſes: Κεῖνό ϖοτ' αἰγανέῃ δολιχήρεϊ κωπηέσσῃ Κίρκη Τηλεγόνῳ ϖολυφάρμακος ὤπασε μήτηρ, Αἰχμάζειν δήοις ἅλιον μόρον· αὐτὰρ ὁ νήσῳ Αἰγιβότῳ ϖροσέκελσε, καὶ οὐ μάθε ϖώεα ϖέρθων Πατρὸς ἑοῦ, γεραρῷ δὲ βοηδρομέοντι τοκῆϊ Αὐτῷ, τὸν μάστευε, κακὴν ἐνεμάξατο κῆρα. Ἔνθα τὸν αἰολομήτιν Ὀδυσσέα μυρία πόντου Ἄλγεα μετρήσαντα ϖολυκμήτοισιν ἀέθλοις, Τρυγὼν ἀλγινόεσσα θοῇ κατενήρατο ῥιπῇ. Hunc et Tuſculum, oppidum in Latio, condidiſſe ferunt Propertius II. 32. 4. Ovid. Faſt. [III. 92.] IV. 71. Pont. III. i. 123. Hor. Carm. III. 29. *Et Telegoni juga parricidæ.* ubi vetus interpres, quiſquis is eſt, *Tuſculum* interpretatur. Plutarchus vero Præneſte ab illo conditum ait in Parallelis, (T. II. p. 316. A.) cujus tamen originem Maro ad *Cæculum* refert Æn. VII. 681. unde Cæciliorum gentile nomen manavit. Sic *Formiæ* a *Lamo* quodam conditæ, ut Hom. Od. Κ. 81. idemque Horat. Carm. III. xvii. ad Ælium Lamiam. Tuſculanus autem Octavus Mamilius fuit, qui Tarquinium Superbum ſocerum urbe

---

[1] Sic edidi ad Valckenærii mentem in Diatrib. Euripid. p. 286.

exactum reſtituere tentavit, de quo T. Livius I. 49. *Qui, ſi famæ credimus, ab Ulyſſe, deaque Circe oriundus.* Clarius vero Dionyſ. Halicarn. Antiq. IV. 45. p. 753. ed. Reiſkii. Ὀκτάϊος Μαμίλιος ἀνέφερε τὸ γένος εἰς Τηλέγονον, τὸν ἐξ Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης, κατῴκει δὲ ἐν πόλει Τύσκλῳ. Sed in utroque *Octavus* triſyllabum prænomen, ut *Tullus*, *Marcus*, non *Octavius* quatuor ſyllabis legendum eſt; nam *Octavius* gentis nomen, ut *Mamilius*. Feſtus Pompeius: *Mamiliorum familia a Mamilia Telegoni filia, quam Tuſculi procreaverat, quando id oppidum ipſe condidiſſet.* In nummis apud Ant. Auguſtinum Archiep. Tarrac. omnis eruditionis promum condum, ſcriptum vidi C. MAMILIUS. LIMETANUS. Quo nomine quidam apud Salluſtium Tr. Pleb. in Jugurthino. In averſa parte Ulyſſes cum ſcipione et pileo (de quo Plinius XXX. x.) cum cane qui eum ſolus agnovit, cum domum ab Ilio ceſſim, ut Varronianis utar, revertiſſet. *Schottus.*

P. 378, 13. τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα.] Quæſitum a nonnullis obſervavi, quænam apud Proclum noſtrum ἐν χρηστομαθείᾳ, quæ in Photii C. P. legitur Bibliotheca, τὰ ἐπικοῦ κύκλου ποιήματα vocentur. Κύκλια *carmina*, quaſi trivialia, quæ in triviis canebantur. Iſidorus lib. VI. Originum c. XVII. An forte quia orbem efficiunt, et in corona hominum accinebantur? Unde et artes *Cyclicæ* dictæ, Græce, κύκλια quidem ſemper apud Ariſtophanem pro Dithyrambicis ſumuntur tantum, propter genus chori, quo utebantur. Unde et κυκλιοδιδάσκαλοι Cineſias et Philoxenus et alii Dithyrambici ab eo appellati: et *pueri Cyclici* Plutarcho in Ariſtide fortaſſe pro choro, qui dithyrambos canebat; ſed hæc ſignificatio nihil ad Procli locum, licet illam ad omnia Lyrica traducat Jo. Tzetzes in Chil. quam et maxime propriam τῶν ἐγκυκλίων ſignificationem eſſe voluit. Multo autem magis ab hoc loco aliena, quibus idem docet ex Porphyrio *de vitis Philoſophorum*, iſto nomine contineri τὴν ἐγκυκλοπαιδείαν, hoc eſt, quas vulgus *liberales* appellat *ſeptem artes*, et præterea Philoſophiam. Ita interpres Ariſtophanis in Nebulis, κύκλια μαθήματα vocat metricam et rhythmicam, et alias: ſed videndum an apud eundem ἐν ταῖς ὄρνισι intelligi poſſit hoc genus Poematis, de quo loquitur Proclus, dum ait, κύκλια δὲ καλοῦνται μέλη τὰ ἐπεκτεταμένα, ἔστι δὲ διηγηματικόν. Nam hoc genus poematis, ut ait Proclus, a Chao ad reditum uſque Ulyſſis, perpetua ſerie hiſtoriarum et temporum perducebatur, atque erat διηγηματικόν. Illud torquet, quod μέλη appellat; ſed potuit γενικώτερον τὸ μέλη uſurpari. Veriorem tamen ſententiam exiſtimo Joannis Philoponi, in lib. I. Analyt. Poſter. Ariſtotelis, [p. 34. b.] cujus verba, non Græce, (ſunt enim plurima) neque ut vulgo inepte verſa circumferuntur, ſed ut ipſe reddenda cenſeo, apponam: Κύκλον *ait Ariſtoteles* τὰ ἔπη, *Carmina, hoc eſt Epigrammata ſic conſcripta, non ut ultima primi verſus voce inchoet ſequens, et tertius, ſicque deinceps, ſed ut liceat idem carmen, nunc initio, nunc in fine, collocare. Quale eſt illud:*

> Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι.
> ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
> ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρά τε σελήνη,
> αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ
> ἀγγελέω παριοῦσι Μίδης ὅτι τῇδε τέθαπται.

Vides enim tanquam in circulo, licere a quolibet verſu initium ducere, hoc modo:

> αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ.

Deinde χαλκῆ παρθένος, *et deinceps. Vel ſic,* χαλκῆ παρθένος, *deinde* αὐτοῦ τῇδε μένουσα, *mox* ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, *et quod inde excurrit. Refert autem in Homeri vita Herodotus, Homeri eſſe hoc carmen in Midam Phrygiæ Regem conſcriptum. Unde nunc talia Epigrammata* κύκλον *appellant. Eſt et aliud* κύκλος, *poema proprie dictum, quod alii aliis tribuunt, nonnemo Homero &c.* Hæc Philoponus, e quorum extremis verum ſenſum Procli eruo, de quodam certo poemate et opere ſic dicto. Themiſtius item eruditus Ariſtotelis explanator, in eundem librum: εἰ δὲ λέγεται καὶ ἔπη τινα κύκλος, ἀλλ' οὐκ ἐᾷ ταῦτα κύκλον ὑπολαβεῖν τὸν γεωμέτρην ὁ τοῦ κύκλου λόγος. *In Ethicis Nicom.* idem Philoſophus *Encycliorum* a ſe ſcriptorum meminit, lib. I. 5. ibidemque, et in *Analyticis* Homero *Cyclica* tribuit; in ποιητικοῖς vero ἀνωνύμου eſſe ait. Et in libro *de Cælo,* ubi Simplicius, ἐγκύκλια φιλοσοφήματα laudat. Hoc etiam nomine *artes liberales* comprehenduntur; ut in Oppiani vita incerti auctoris; καὶ ἐγκύκλιον ἅπασαν παίδευσιν καὶ τὰ λοιπὰ τῶν μαθημάτων ἐκπαιδεύσας. Idcirco fortaſſe, quod univerſim totum artium κύκλον, ab ovo, quod dicunt, ad mala, hoc eſt, a Grammatica et Logicis, quas in ſcholis vocant, diſciplinis, et deinceps Mathematicas complecterentur. Has ſimul connexas Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς p. 7. C. ἐγκύκλια παιδεύματα appellat. M. Fabius I. 10, 1. orbem *diſciplinarum* vertit. Seneca Epiſt. LXXXVIII. ἐλευθερίας *artes* nominat. Reponit vero ibidem M. A. Muretus, haud ſcio an de veteri libro, ἐγκυκλίους. Προβλήματα item *Encycliorum* citat Agellius Lib. XX. c. 3. quæ hodieque reperiuntur ad verbum in Ariſtotele Probl. IX. ſect. xxx. qui et Politic. c. IV. ἐγκύκλια διακονήματα et mox διακονίας ἐγκυκλίους dicit, *Encyclia miniſteria.* Item in Ethicis Nicomachiis, hærente ibi aqua Dion. Lambino, cætera accurato. Hinc etiam planius intelligi queat, quod eſt a grege interpretum Horatii diligenter quæſitum, a pauciſſimis tamen hactenus intellectum, quem in Arte Poetica *patulum orbem* nominet, cum ait,

> *Nec circa vilem patulumque moraberis orbem.*

Nam per *orbem patulum* poema κύκλος dictum intelligit; quod cyclicus ille ſcriptor τὰ ἰλιακὰ κύκλῳ ſcripſerit, quaſi a gemino ovo, belli Trojani reliqua καθολικῶς *univerſe* complectens. *Vilem* vocat, quia projecti eſt animi κατὰ πλάτος, καὶ παχυλῶς docere; quomodo interpretatur Auſonium Joſ. Scaliger, Epiſt. ad Cl. Puteanum, opuſculis poſthumis, et Iſ. Caſaubonus ad Athenæum, Ani-

madv. lib. VII. c. 3. Pet. Victorius in Ariſtotelis Politica: Fr. Patricius lib. VI. Diſcuſſionum Peripateticarum, et ſingulari, ut audio, libello, Octavianus Ferrarius Mediolan. *Schottus* Obſ. Hum. II. 1.

P. 378, ult. εἰς Στασῖνον.] Sæpe in auctoribus corruptum hoc poetæ nomen, forte quod infrequens eſſet et inſolens. *Staſimum* per *M* hic ſcriptum erat depravate, ut et in Athenæo VIII. p. 334. B. XV. 682. E. *Staſimius* quatuor ſyllabis, et in Homeri Scholiaſte [forte Schol. min. Il. A. 5.] Taraſinus cum ſit triſyllabum, et ſcribendum *Staſinus.* Hunc vero Cyclicum Scriptorem reprehendere Flaccus putatur in A. P. ubi κύκλον, *orbem*, vertit: *Nec circa patulum vilemque moraberis orbem.* Sic Joſ. Scaliger in Catull. p. 100. Turnebus vero *orbem* pro circumſtantium corona interpretatur Adverſ. XIX. 9. Verum enimvero Proclus noſter *Staſinum* Cypriorum poetam diſerte a Cyclicis diſtinguit. Non ergo *Cyclicus* Horatio erit *Staſinus*, ſed alius quiſpiam ex Cyclicis, ut optime in Athenæum VII. 3. Caſaubonus animadvertit. Acroni itaque potius aſſentiar, qui in Antimachum dictum notat, cujus Thebais κυκλικὴ citatur a Grammaticis: *Qui reditum Diomedis ab interitu Meleagri* libris quatuor et viginti continua ſerie deduxit; cujuſque operis hoc initium fuiſſe Græci produnt: Ἐννέπετε Κρονίδαο Διὸς μεγάλοιο θυγάτρες. Quo de et Catullus, XCIII. 10. *At populus tumido gaudeat Antimacho.* Talis et ille [m] μικρῆς Ἰλιάδος auctor ἄδηλος: *Qui gemino bellum Trojanum orditur ab ovo.* Quem citat incerto nomine Pauſanias Phoc. p. 862. Lac. p. 278. ut et Iſ. Tzetzes, non ſemel allatis ex ea verſibus in Lycophronis Caſſandram; ſemel vero Leſchen auctorem illius laudat: alii Homero tribuunt, ſed, ut mox apparebit, falſo. Adeo verum illud, *Grammatici certant, et adhuc ſub judice lis eſt.* Quæ Ilias minor, et Κυπριακὰ inſcribebatur; cujus initium; Ἴλιον ἀείδω, καὶ Δαρδανίην ἐρατεινήν. De qua et in Poetica Ariſtoteles. Eam Iliadem parvam, Lævius vetuſtiſſimus poeta Latinis verſibus reddiderat; cujus Cypriæ Iliados nomine citatur a Chariſio Soſipatro Grammat. I. p. 118. in quo tamen vulgo ſic legitur, *C. Nævius lib. I. Cypriæ Iliados:* pro *Lævius. Cœlum marmoreum torques aurata coronat.* Priſcianus item Gramm. X. p. 881. ex lib. ii. *Fecundo penetrat penitus, thalamoque potitur.* Ceterum ex Cypriacis Staſini poetæ, quo de hic agitur, verſus de Dioſcuris laudat idem Tzetzes in Lycophronem v. 511. præter Androclis, et Philoſtephani hiſtoriam Cypriam. Verſus autem hi ſunt: —— αἶψα δὲ Λυγκεὺς Τηΰγετον προσέβαινε ποσὶ ταχέεσσι πεποιθὼς, Ἀκρότατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν Ταντταλίδου Πέλοπος· τάχα δ' εἴσιδε κύδιμος ἥρως Δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης, Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα. Similiter ex parva Iliade Leſchæ undecim hos

---

[m] Vide Tyrwhittum ad Ariſtot. Poet. ſect. xxxviii. et in indice.

verſus ab interitu vindicavit, ad v. 1263. Αὐταρ Ἀχιλλῆος μεγαθύμου φαίδιμος υἱὸς Ἑκτορέην ἄλοχον κατάγει κοίλας ἐπὶ νῆας· Παῖδα δ' ἑλὼν ἐκ κόλπου ἐϋπλοκάμοιο τιθήνης, Ῥίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ πύργου, τὸν δὲ πεσόντα Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταίη. Ἐκ δ' ἕλετ' Ἀνδρομάχην, ἠΰζωνον παράκοιτιν Ἕκτορος, ἥν τε οἱ αὐτῷ ἀριστῆες παναχαιῶν Δῶκαν ἔχειν, ἐπίηρον ἀμειβόμενοι γέρας ἀνδρὶ, Αὐτόν τ' Ἀγχίσαο κλυτὸν γόνον ἱπποδάμοιο Αἰνείαν ἐν νηυσὶν ἐβήσατο ποντοπόροισιν, Ἐκ πάντων Δαναῶν ἄγεμεν γέρας ἔξοχον ἄλλων. Verum operæ pretium fore confido, et in his bellorum civilium tempeſtatibus alloquium conſolationemque allaturum ſpero, cum *toto ſævit Mars impius orbe,* referre Staſini elegans carmen, de Terra communi omnium parente, quæ tot inutilia improborum pondera ſuſtineat, ut ingratiſſimorum hominum impietatem deteſtans cum elementis omnibus, mortalium ſcelera exoſa eſſe videatur. Hinc officium ſuum detrectare, et fame, peſte, bellorumque calamitatibus ſublevari : bonos vero conſtanteſque ut in fornace aurum oſtendi declarat apologus ille nimis verus: atque utinam, quod precibus aſſiduis obteſtandum, Deus O. M. noſtri aliquando miſertus, ſcelera condonando, hæc mala ab Europæ finibus longe averruncet, in hoſteſque fidei convertat. Noſtris enim meritis atque peccatis (quod et T. Attico ſua tempeſtate queſtus eſt Cicero) in has ærumnas incidimus. Poetæ verſus, ad verbum ediſcendos, appendere libet ex collectis in Homeri Iliadem commentariis, lib. I. geminamque Euripidis ſententiam, quæ Oreſte extremo legitur: [n] Πόλεμον γὰρ εἰσήνεγκεν Ἑλλήνων χθονὶ, Καὶ Φρυξὶ δυστήνοισιν, ὡς ὄχλου βροτῶν Πλήθους τε κουφίσειε μητέρα χθόνα, Γνωτόν τε θείη τὸν κράτιστον Ἑλλάδος. Sic Staſinus. Apud Tragicum vero Apollo ad Menelaum, ne de Helena in deos tranſlata, ſit ſollicitus, tamquam ex tripode oraculum fatur; Ἐπεὶ θεοὶ τῷ τῆσδε καλλιστεύματι Ἕλληνας εἰς ἓν καὶ Φρύγας ξυνήγαγον, Θανάτους τ' ἔθηκαν, ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς Ὕβρισμα θνητῶν, ἀφθόνου πληρώματος. *Schottus.*

P. 378, ult. Ex his emendo Scholia antiqua illa et erudita Il. A. 5. ubi cum aliquot carmina ex his Cycliis citantur, male legitur ἡ δ' ἱστορία παρὰ Ταρασίνῳ τῷ τὰ Κύπρια πεποιηκότι. Στασίνῳ plane reponendum et Κυπρία παροξυτόνως, niſi nos fallit Proclus. Hunc locum expreſſit Philoponus loco ſupra citato. *Nunneſius.*

P. 379, I. Οἱ δὲ Ἡγήσιον.] Ἡγησίαν leg. haud dubie ex Athenæo XV. p. 682. D. Hegeſias quoque Maronites Georgικῶν poeta laudatur a Varrone I. de R. R. quamquam mendoſe illic [o] *Ægeſias* legitur. Alterius item *Hegeſiæ Magneſii* dictum frigidum in A-

---

[n] Hic locus eſt ex Euripid. Helen. 38. Staſini verſus, quos præ nimia feſtinatione omiſit Schottus, ex Schol. ad Il. A. 5. ſuppleantur. Ἦν ὅτε μυρία φῦλα κατὰ χθόνα πλαζόμενα —βαθυστέρνου πλάτος αἴης. Ζεὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε, καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσι Σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων παμβώτορα γαῖαν, Ῥιπίσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιάκοιο, Ὄφρα κενώσειεν θανάτῳ βάρος· οἱ δ' ἐνὶ Τροίῃ Ἥρωες κτείνοντο. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

[o] Hegeſias diſerte edit. Scalig. 1619. p. 4.

lexandri natalem refert Plutarchus in Alexandro p. 665. E. et Dionyſ. Halic. περὶ Συνθ. ὀν. p. 126. *Schottus.*

P. 379, 1. Quid ſi Ἡγησίαν legamus? quod nomen magis receptum. *Nunneſius.*

Ibid. 2. οἱ δὲ Ὅμηρον.] Cypria, ſeu Cypriaca, et Cyclica, pro iiſdem habita hinc apparet. Homero autem attributa fuiſſe a quibuſdam e Philopono jam docui: ut et illud in Midam auctore Herodoto in ejus vita. Idem tamen Homero Cypria abjudicat in Euterpe, 116. 117. Verſibus enim ex Iliad. Ζ. 289. et Od. Δ. 227. Paridem probat, cum Helenam abduceret, in Ægyptum delatum tempeſtate. Itaque ait, hi verſus, tum vero locus non minimum, immo vero maxime probant Cyprios verſus, non Homeri ſed cujuſpiam alterius eſſe: in quibus dicitur Alexander ex Sparta Helenam ducens, triduo Ilium perveniſſe, ſecundo vento uſus, et tranquillo mari, cum in Iliade dicat, cum Helenam abduceret, erraſſe. Sed ſuaviſſimi ſcriptoris Ionici verba Græca apponam: ταῦτα τὰ ἔπεα, καὶ τόδε τὸ χωρίον οὐκ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα δηλοῖ, ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κυπρία ἔπεά ἐστι, ἀλλ' ἄλλου τινός· ἐν μὲν γὰρ τοῖσι Κυπρίοισι εἴρηται ὡς τριταῖος ἐκ Σπάρτης Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὸ Ἴλιον ἄγων τὴν Ἑλένην, εὐαεί τε πνεύματι χρησάμενος, καὶ θαλάσσῃ λείῃ· ἐν δὲ Ἰλιάδι λέγει ὡς ἐπλάζετο ἄγων αὐτήν. Ariſtoteles in Poeticis Dicæogenis Κυπρία citat: poſt tamen, tamquam nomen ignoretur, ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας; καὶ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα. Niſi, ut nomine, ita et re diverſi auctoris fuerint poemata. Pauſanias quoque in Laconicis p. 246. de Hilaira et Phœbe, dubitans et ipſe de auctore, ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια, θυγατέρας αὐτὰς Ἀπόλλωνός φησιν εἶναι. Et Athenæus VIII. p. 334. B. eoſdem quos Proclus Cypriorum auctores nominat, hærens interim cui attribui ea vindicarique jure Quiritium debeant: ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη εἴτε Κύπριός τις ἐστιν, ἢ Στασῖνος, ἢ ὅστις δὴ πότε χαίρει ὀνομαζόμενος, τὴν Νέμεσιν ποιεῖ διωκομένην ὑπὸ Διὸς, καὶ εἰς ἰχθὺν μεταμορφουμένην. Quem locum explicat erudite H. Junius Animadv. I. xv. Rurſum vero Athenæus XV. p. 682. D. in magno illo fragmento, quod Gul. Canterus, amicus, dum vixit noſter, primus protulit, Nov. Lect. III. 31. Ἀνθῶν δὲ στεφανωτικῶν μέμνηται μὲν ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς Ἡγησίας, ἢ Στασῖνος. Δημοδάμας γὰρ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος, ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, Κύπρια· Ἁλικαρνασσέως δ' αὐτὰ εἶναί φησι ποιήματα, λέγει δ' οὖν, ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας αὐτὰ ἐν τῷ ια'. οὑτωσί. κ. τ. λ. Ceterum Lilius Gyraldus ab Eucloo Cyprio *Cypria* primum carmina condita tradit, neſcio quem auctorem ſecutus. *Schottus.*

Ibid. ὑπὲρ τῆς θυγατρός.] Homerus, inquit Proclus, duxit uxorem, Staſini poetæ filiam, cui Κύπρια poema donavit; auxitque munus inſcriptione, qua nomen patriæ Staſini, qui Cypro oriundus erat, præferret. Non igitur gloriæ perinde ſtudioſus Homerus, atque Ariſtoteles, qui cum Rhetorica ſua Theodectæ pro ſuis edenda obtuliſſet, poſt pro ſuis laudando repetiiſſe viſus eſt; auctor

Valerius Max. VIII. 15. Sed, ne erres, ab hac narratione Procli diſſenſit Ælianus; Homerum cum propter rei familiaris inopiam elocare dotatam ſatis filiam ſuam non poſſet, dotem ei Cypria carmina dediſſe; quod et Pindarum memoriæ prodidiſſe ſic narrat Var. H. IX. 15. λέγεται δὲ κἀκεῖνο πρὸς τούτοις, ὅτι ἄρα ἀπορῶν ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτῇ προῖκα ἔχειν τὰ ἔπη τὰ Κύπρια, καὶ ὁμολογεῖ τοῦτο Πίνδαρος. Cui adſtipulatur Joan. Tzetzes Chil. XIII. 496. v. 638. qui et Ἀρσιφόνην Homeri filiam nominat. Suidas item Homeri filiam Staſino Cyprio nupſiſſe auctor eſt, in Homero: et Cypria, Cyclum, parvamque Iliadem inter opera enumerat, quæ attribui illi ſolent; ut hinc non idem opus fuiſſe utrumque intelligas: incertumque relinquatur generne an ſocer Staſinus Homeri fuerit; ſed, ut ille dicebat, *non in eo poſitæ ſunt fortunæ Græciæ*. Veritatem alius, cui majus otium ſuppeditat, ex Democriti puteo eruet; cujus eſt, eritque ſemper, inveſtigatio præſtantiſſima. *Schottus.*

P. 379, 4. οὐ τίθεται ὁ συγγραφεύς.] Pro συντίθεται, id eſt, Proclus non aſſentitur huic ſententiæ. Sed cur Κυπρία παροξυτόνως inſcribendum deeſt, quod ἐπισκεπτέον. Sed antequam a Cyclicis abeamus, videndum an Horatius Cyclicum Antimachum vocet, non quod Cyclica ſcripſerit, ſed quod Epiſodia Epiſodiis addens, ut in Cyclo Epico viginti quatuor libros impleviſſet, antequam ſeptem duces uſque ad Thebas perduceret, quod refert Porphyrio, aut quicunque ille Interpres. Mihi hoc πιθανώτατον. De Epicorum autem digreſſionibus, et Cyclo, Philoſtratus in Epiſt. XIII. ad Juliam ita ſcribit: αἱ δ' ἀποστάσεις εἴτε προσβολαὶ τῶν λόγων Γοργίου ἐπεχωρίαζον πολλαχοῦ μὲν, μάλιστα δ' ἐν τῷ τῶν ἐποποιῶν κύκλῳ. *Nunneſius.*

Ibid. 7. τὴν δὲ [p] Ἐλεγείαν συγκεῖσθαι.] Ovidius ad Cupidinem

---

[p] Ἐλεγείαν. Sequentia ex Scholiis in Dionyſum Thracem MSS. legi merentur. Barocc. 116. fol. 30.

ΤΑ ΔΕ ΕΛΕΓΕΙΑ ΛΙΓΥΡΩΣ] Ἐλεγεῖον ἔμμετρός ἐστι στίχος ἐλλείπων ἑνὶ ποδὶ τοῦ ἡρωικοῦ στίχου, εἰς δύο πενθημιμερῶς (l. ρῆ) τεμνόμενος. οἷον, νηΐδες οἱ μούσης οὐκ ἐγένοντο φίλοι. οὗ τὸ μὲν πρῶτον τμῆμα (ά) διαφόρως καὶ σπονδεῖον καὶ δάκτυλον ἐπιδέχεται· τῆς δὲ μετὰ τοὺς δύο πόδας περιττευούσης συλλαβῆς καὶ τὴν πενθημιμερίδα τομὴν ἀποτερματιζούσης πάντως μακρᾶς οὔσης φύσει ἢ θέσει. τὸ δεύτερον τμῆμα τοὺς μὲν δύο πόδας πάντως δακτύλους θέλει ἔχειν. τὴν δὲ τελευταίαν συλλαβὴν ἀδιάφορον τῷ λόγῳ τῶν μέτρων ὡς μεμαθήκαμεν. πάντος γὰρ μέτρου ἀδιάφορός ἐστι ἡ τελευταῖα συλλαβή. τούτῳ οὖν τῷ μέτρῳ πολλοὶ ποιηταὶ τινὰ γεγραφήκασιν ἅ τινα καλεῖται ἐπικήδεια· πρὸς γὰρ παραμυθίαν τοῦ τετελευτηκότος τῶν καλῶν μνημονεύ-

τ'

οντες τῶν συγγενῶν του καὶ φίλων τῇ παραινέσει τὴν λύπην ἀνέστελλον. διὸ καλεῖται καὶ ἐλεγεῖα, παρὰ τὸ εὖ λέγειν τὸν ἀποβιώσαντα, ἢ παρὰ τὸ ἔλεγος, ὃ δηλοῖ τὸν θρῆνον. τοῦτο δὲ παρὰ τὸ ἐλεγεῖν ὥσπερ ἐλεοῦντες γὰρ τοὺς ἀποιχομένους, τοῦτο ἐφεῦρον τὸ μέτρον. Ἰστέον δὲ ὅτι ἐλεγεῖον ἐλεγείας διαφέρει. ἐλεγεῖον γάρ ἐστι ὅταν εἰς στίχους ὑπάρχει καὶ πεντάμετρος· Ἐλέγεια δὲ ὅταν ὅλον τὸ ποίημα ἀμοιβαῖα ἔχει τὰ μέτρα. λιγυρῶς δὲ οἷον ὀξέως ἀναγινώσκειν ἡμᾶς δεῖ τὰ ἐλεγεῖα ὡς ἂν συμπνιγμένους καὶ ἐκπεπληγμένους τῷ πλήθει τῶν κακῶν. ἢ λιγυρῶς δὲ ἢ γλυκερῶς, λιγὺς γὰρ ὁ γλυκύς. τῇ γὰρ λύπῃ ἡ παρατροπὴ τῆς φωνῆς ἐκ τοῦ παρακλαυθμοῦ ὀξυτερά τινα παρεισάγει. Ἔπος λέγεται πᾶς στίχος ἰαμβικός τε καὶ τροχαικὸς καὶ ἀναπαιστικὸς καὶ δακτυλικὸς, καὶ οἵῳ δήποτε ποδὶ μετρούμενος. κατ' ἐξοχὴν δὲ, τουτ-

De Ponto III. iii. 29. *Tu mihi dictasti juvenilia carmina primum, Appofui fenis, te duce, quinque pedes.* Sidonius Apollinaris, de laudibus Narbonis XXIII. 22. *Ibant Hexametri fuperbientes, Et veftigia juncta, fed minora Per quinos Elegi pedes ferebant. Schottus.*

P. 379, 8. τοῖς κατοιχομένοις.] Κατ' εὐφημίαν, pro mortuis. Sic Latini, *ad plures abiiffe*, vel *fuiffe*, *vixiffeque* aliquem dicere folebant. q Terent. *Pene fuit Phronefium.* Et Virgil. Æn. II. 325. *Fuimus Troes, fuit Ilium et ingens gloria Teucrorum.* et M. Tullius fumpto de conjuratis Catilinariis, more majorum, fupplicio in carcere, egreffus, *vixerunt*, inquit: auctor Plutarchus. Idemque Cicero in Pifoniana, c. 25. *argentum* οἴχεται, dixit: de quo rixantur multi. Vide M. A. Muretum Var. Lect. IV. 19. Sed in facris literis *dormire*, et *quiefcere* mortui dicuntur; et vero *mors fomni confanguinea* Homero et Virgilio: ut jam ad Lycophrona σκοτεινὸν neoretici annotarunt, et κοιμητήριον pro quiefcentium fede, ut notat Victorius Var. Lect. VIII. 11. *Schottus*

Ibid. 9. τὸ γὰρ θρῆνος.] Hinc Ovidius Art. III. El. 1. *Flebilis indignos Elegëia folve capillos, Heu nimis ex vero nunc tibi nomen erit.* Et Epift. Sapph. *Flendus amor meus eft, elegëia flebile carmen.* Et ad A. Tibullum Elegiacum poetam Hor. Carm. I. 33. *Albi ne doleas plus nimio, memor Immitis Glyceræ, neu miferabiles Decantes elegos.* Ubi Porphyrio ἀπὸ τοῦ ἒ ἒ derivat; Diomedes vero lib. III. p. 482. aliique παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας, vel παρὰ τὸ ἔλεος. Boethius Severinus in erudita illa Satyrica mifcella confolationis Philofophicæ, fic aufpicatur: *Carmina qui quondam ftudio florente peregi, Flebilis heu! mœftos cogor inire modos. Ecce mihi lacero dictant fcribenda camœnæ, Et veris Elegi fletibus ora rigant. Schottus.*

Ibid. 11. πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις.] Idem Ovidius, et amores confcribi Elegis ait: *Inter quos vultu petulans Elegia vocatur.* Quem verfum per parodiam imitatus eft Statius Silv. I. ii. 7. *Quas inter vultum petulans Elegeia propinquat. Schottus.*

Ibid. 13. Καλλῖνόν τε τὸν Ἐφέσιον.] Hunc Elegiaci carminis inventorem facit Terentianus Maurus. Sed metri, ut equidem interpretor, neceffitate, *Callinoum*, quatuor fyllabis, vocat. Alii vero Theoclem, Naxium feu Eretrienfem; alii Midam, nonnulli Ter pandrum. In Paufania Bœot. IX. p. 729. ΚΑΛΑΙΝΟΝ fcriptum repperi, dubitare itaque cœpi, Calanumne, ex Indiæ Brachmanis Sophiftam intelligat (de quo Arrianus Exped. VII. 3. Ælianus V. H. II. 41. V. 6. Diodorus Siculus XVII. 107. Plutarchus Alexandr. p. 668. 703. Cicero de Divin. I. 23. Tufc. Difp. II. 21. Valerius Max. I. 8. et Strabo XV. p. 1045=1017. aliique) an Καλλῖνον, quo magis inclinat animus; nam et in antiquis infcrip-

---

ἔστι κατὰ τιμὴν, καὶ ὑπεροχὴν τὸ ἡρωικὸν μέτρον ἔπος ἐκάλεσεν, ὅσπερ διδάσκει ἡμᾶς εὐτόνως ἀναγινώσκειν· τουτέστ: συντόνῳ φωνῇ καὶ μὴ ἐκλελυμένῃ ὡς ἡρώων ἀνδρῶν περιέχον ἱστορίας.

q Immo Plautus Truculento I. ii. 94.

tionibus, litteratiſque marmoribus Græce inſcriptis, Λ pro Α, et retro ſæpenumero commutari ſolent, ob magnam figurarum ſimilitudinem ; et ita Terentianus idem docuit. Male quoque in Nicandri explanatore Græco, χαλῖνος vocatur, pro Καλλῖνος. Hujus Cimmeria, et Sminthii Apollinis fabula laudatur a Strabone XIII. p. 901=870. et ſemel iterumque XIV. p. 930=899. p. 984=953. *Schottus.*

P. 379, 13. De his in notis dixi ad Fragmentum ἀδέσποτον Cenſorino additum, et hactenus, ante Lud. Carrionem, adſcriptum. *Nunneſius.*

Ibid. Μίμνερμον Κολοφώνιον.] Ligyrtiadæ Colophonii F. fuit, et tibicen, auctore Strabone XIV. p. 952=921. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο Κολοφώνιοι τῶν μνημονευομένων, Μίμνερμος αὐλητὴς ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγεῖος. Nam ſunt qui Smyrnæum faciant, a quibus ſtare Pauſanias videtur, cujus hæc in Bœoticis ſunt, Smyrnæorum bellum conſcripſiſſe (quod et Strabo ibidem ſignificat) elegiaco carmine, IX. xxx. p. 766. Μίμνερμος δὲ ἐλεγεῖα ἐς τὴν μάχην ποιήσας τὴν Σμυρναίων πρὸς Γύγην τε καὶ Λυδὸν, φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ, θυγατέρας Οὐρανοῦ τὰς ἀρχαιοτέρας Μούσας, τούτων δὲ ἄλλας νεωτέρας εἶναι Διὸς παῖδας. Aſtypalienſem quidam faciunt. Vocatus etiam Λιγυαστάδης paullum deflexo nomine paterno Λιγυρτιάδου, διὰ τὸ ἐμμελὲς καὶ λιγὺ, ob ſingularem ejus induſtriam et ſuavitatem, auctore Suida. Laudat plenas amoris elegias Horatius, Propertius, Solinus, et Stobæus, ſermone De Vitæ brevitate. *Schottus.*

Ibid. 14. Τὸν Τηλέφου Φιλητᾶ, τὸν Κῷον.] Coum facit et Ælianus [r], qui adeo exili corpuſculo fuiſſe refert, ut plumbum calceis inſutum geſtarit, ne ventorum turbine raperetur. V. H. IX. 14. X. 6. at quomodo plumbeos geſtaret calceos homo tam imbecillis ? Fides ſit itaque penes auctores. Theocriti [s] Scholia Rhodium, non Coum faciunt. *Telephi*, patris ſui nomine poema inſcripſit, ut ex erudito Apollonii Rhodii Argonaut. interprete IV. 1141. didici. Huic ſecundas tribui auctor eſt Fabius, cenſor graviſſimus, Inſt. Or. X. i. 58. Laudat Ovidius, et Propertius amatoria illius; Claudianus vero hanc γνώμην Epiſt. IV. 9. *Fors juvat audentes,* [t] *Coi ſententia vatis.* Quam alii ſic extulere, *Audaces fortuna juvat, timidoſque repellit. Schottus.*

Ibid. 14. Καλλίμαχον τὸν Βάττου] Hinc *Battiades* dictus a Poetis, a patre : aliis a Batto rege, Cyrenes conditore. Ovid. I. Eleg. extr. *Battiades toto ſemper cantabitur orbe.* Ceterum de *Cyrene* Salluſtius in Jugurth. (19.) 22. *Ad Catabathmon,* inquit, *qui locus Ægyptum ab Africa dividit, ſecundo mari primum Cyrene eſt,*

---

[r] Athenæi ſcrinia, ut ſolet, compilavit Ælianus. Vide Lib. XII. p. 552. B.

[s] Philetam bis citat Scholiaſtes Theocriti II. 118. VII. 6. ſed neutro in loco Rhodium appellat.

[t] NB. Libri habent *Cei*, vel *Chii*, vel *priſci:* nullus, quod ſciam, *Coi.* Sic tamen conjecit Heinſius.

colonia Thereῶn, ac deinceps duæ Syrtes. Sed de patria ſua ipſe Callimachus Epig. 27. Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη, Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ὑμετέρης. Floruit Olymp. CXXVII regnante Ptolemæo Philadelpho, auctor Suidas. Imitatur Callimachum ſtudioſe Propertius, unde et *Callimachus Umber* dictus: qui et hos fere poetas ſimul nominat. II. xxxiv. 31. *Tu ſatius memorem* (fort. *mollem*) *Muſis imitere Philetam, Et non inflati ſomnia Callimachi.* III. 1. *Callimachi manes, et Coi ſacra Philetæ, In veſtrum, quæſo, me ſinite ire nemus.* Et III. 3. ult. *Ora Philetæis noſtra rigavit aquis.* Rurſum, III. 9. 13. *Inter Callimachi ſat erit placuiſſe libellos, Et ceciniſſe modis, Coe poeta, tuis.* Et IV. 6. 3. *Cera Philetæis certet Romana corymbis, Et Cyrenæas urna miniſtret aquas.* Et Statius Silv. I. 252. *hunc ipſe choro plaudente Philetas, Callimachuſque ſenex, Umbroque Propertius antro.* Extiant hodieque *hymni,* et de *coma Berenices,* cum ſcholiis Græcorum, doctorumque hominum, quibus hoc ſeculum abundat. Quæ in hunc poetam, ceteroſque luſit Ang. Politianus in *Silvis,* non vacat deſcribere. *Schottus.*

P. 379, 18. ἰαμβίζειν.] Alii παρὰ τὸ ἰάττω: quidam a θριάμβῳ, hoc eſt, *Baccho triumphante,* alii aliunde. Vide Schol. Hephæſtionis p. 157. Nos *maledicere* dicimus Latine. Vide Ariſtotelem ex quo Strabo deſumſit. Inde et noſtrum *jacere* παρὰ τὸ ἰεῖν ἄχος, inde *jacere maledicta* apud Livium: *jacere contumeliam,* atque etiam *injuriam* apud Ciceronem; ex quo ad eandem notionem *objicio* compoſitum putat Jul. Scaliger Poet. I. 12. *Schottus.*

Ibid. 19. ἀπό τινος Ἰάμβης.] Hanc vetulam, Meganiræ et Celei ancillam fuiſſe annotat Caper in Virgilium; vel ut apud Nicandr. in Alexipharm. [Schol. p. 48.] Hippothoontis ſerva, quæ Cererem, de raptu filiæ Proſerpinæ ſollicitam, contumelioſe acceperit, conviciis, contumeliis, atque injuriis. Aliter paullo Ovidius Met. V. anum quandam feſſæ de via Cereri Deæ, dum a Plutone raptam filiam, accenſis in Ætna facibus, dies noctesque anquirit, polentam bibendam dediſſe; puerumque qui tum propter aſtans arriſiſſet, eo liquore aſperſum, in ſtellionem transformatum; quod et Diomedes narrat lib. III. Hanc anum *Baubonem* ab Arnobio V. contra gentes, ex Clement. Alexand. Protrept. T. I. p. 17. unde pleraque tranſcripſit, vocatam exiſtimo. Uterque Orphei hos verſus ponit, ut etiam Euſebius ex Clemente Præp. Evang. II. 3. p. 66. Ὣς εἰποῦσα, πέπλους ἀνεσύρατο, δεῖξε δὲ πάντα Σώματος, οὐδὲ πρέποντα τύπον· παῖς δ' ἦεν Ἴακχος, χειρί τέ μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις. Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε, θεὰ μείδησ' ἐνὶ θυμῷ, Δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο. De his Apollodorus Athenienſis Bibl. I. 5. Δήμητρα μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν τὴν γὴν ζητοῦσα περιῄει. Pauſanias Attic. puteum illum *floridum* vocat l. xxxix. p. 94. Φρέαρ ἐστὶν ἄνθινον καλούμενον· ἐποίησε δὲ Πάμφως ἐπὶ τούτῳ τῷ φρέατι καθῆσθαι Δήμητρα μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς παιδὸς, γραῒ εἰκασμένην. Ἐντεῦθεν δὲ αὐτὴν ἅτε γυναῖκα Ἀργείαν

ὑπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Κελεοῦ κομισθῆναι παρὰ τὴν μητέρα, καὶ οἱ τὴν Μεγάνειραν οὕτω πιστεῦσαι τοῦ παιδὸς τὴν ἀνατροφήν. *Schottus.*

P. 380, 1. ἀγελάστῳ πέτρᾳ.] Παροιμίαν esse admonet Zenobius (ut Suidas collectaneorum illum auctorem vocat, sive Zenodotus is est, ut in Nebulas Aristophanis interpres nominat) ἐπὶ τῶν λύπης προξένων πραγμάτων εἴρηται. Ἔστι δὲ ἡ πέτρα αὕτη ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἐφ' ἧς ἐκαθέσθη ἡ Δημήτηρ, ὅτε τὴν κόρην ἐζήτει. Ἐρασθεὶς γὰρ Περσεφόνης ὁ Πλούτων, ἥρπασεν αὐτὴν κρύφα. Δημήτηρ δὲ μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιήρχετο· μαθοῦσα δὲ παρὰ Ἑρμιονέων ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς κατέλιπεν οὐρανὸν, καὶ εἰκασθεῖσα γυναικὶ ἧκεν εἰς Ἐλευσῖνα, ἔνθα ἐπὶ πέτραν ἐκάθισε, τὴν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν ἀγέλαστον. Sic ille Prov. Cent. I. Ad. 7. quem et lege Prov. Cent. IV. Ad. 20. Apollodorus et ipse aliter paullo. *Schottus.*

Ibid. 4. εἰς ψόγον καὶ ἔπαινον.] Vide Scholiasten Hephæst. p. 28, 8. *Schottus.*

Ibid. 8. Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος.] Archilochum Iambici carminis inventorem quidam faciunt. Velleius Paterculus [I. 5. ubi omnino conferendus Ruhnkenius] *Neque quenquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum et Archilochum reperiemus.* Alii ad Simmiam Rhodium, (cujus esse putantur Ovum, Alæ, et Securis, poemata falso Theocrito attributa) referunt: quidam Simonidem, nonnulli Arium vel Ananiam auctorem faciunt. *Parius* autem a patria dictus etiam a Theocrito, seu potius Moscho in Epitaphio Bionis: in quo et de aliis Elegeiographis. Hinc Horatius, qui se primum Iambica Latine scripsisse gloriatur, *Parios numeros* dixit, pro Archilochiis Epist. I. xix. 23. *Parios ego primus Iambos Ostendi Latio, numeros animosque secutus Archilochi, non res, et agentia verba Lycamben.* Et in A. P. 79. *Archilochum proprio rabies armavit Iambo.* Lycamben enim socerum, et sponsam ad laqueum adegit, ut in eadem epist. Horatius, et Epod. VI. Itemque Hephæstionis enarrator p. 170. et Sextus Empiricus adv. Mathematicos I. xiii. 197. οἱ μὲν ἐρωτομανεῖς καὶ μέθυσοι τὰς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεις ἀναγνόντες, προσεκκαίονται· οἱ δὲ ὀργίλοι, Ἱππώνακτα καὶ Ἀρχίλοχον ἀλείπτας ἔχουσι τῆς περὶ αὐτοὺς κακίας. Julianus quoque παραβάτης ἐν Μισοπωγ. init. Anacreontis versuum vetustatem et leporem laudans: Ἀλκαίῳ δ' οὐκέτι οὐδ' Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ τὴν μοῦσαν ἔδωκεν ὁ θεὸς εἰς εὐφροσύνας καὶ ἡδονὰς τρέψαι· μοχθεῖν γὰρ ἄλλοτε ἄλλως αναγκαζόμενοι, τῇ μουσικῇ πρὸς τοῦτο ἐχρῶντο, κουφότερα ποιοῦντες αὐτοῖς ὅσα ὁ δαίμων ἐδίδου τῇ εἰς τοὺς ἀδικοῦντας λοιδορίᾳ. Ceterum tam acerbo, moroso, et amarulento fuisse ingenio Archilochum ferunt, ut, quod atra bile laborantium est, seipsum non ferret, seque ipse odisset, suaque probra palam accusaret: quæ refert Ælianus V. H. X. 13. Vide et Eusebium Præp. Evang. V. 12. Antholog. Gr. I. 67. III. 25. ubi et in Hipponacta ludit. *Schottus.*

Ibid. 10. καὶ Ἱππώναξ ὁ Ἐφέσιος.] Qui amaritudinem carmi-

num diſtrinxit in Bupalum et Anthemum ſculptores; propterea quod vultus notabilem deformitatem ridentium oculis propoſuiſſent, inquit Plinius N. H. XXXVI. v. T. V. p. 271. leguntur que lepida Epigrammata Antholog. Gr. III. p. 271. ed. Steph. Julianus item ad Alypium, et Horatius Epod. VI. *Qualis Lycambæ ſpretus infido gener, Aut acer hoſtis Bupalo.* Hipponactis verſum in Hephæſt. p. 30. hunc repperi: Εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα. In ſcholiis vero illud Archilochi, ut puto; Πάτερ Λυκάμβα ποῖον ἐφράσω λόγον; Τίς σὰς παρήειρε φρένας; Hunc non exiguo ſolum et deformi, ſed et gracili admodum corpore fuiſſe, ut et de Phileta Heroico poeta ſupra retuli, auctor eſt Ælianus V. H. I. 6. Mox *ſub Amynta* non *ſub Anania,* ut in noſtro cod. ſcriptum offendi, caſtigandum vidit doctiſſimus Sylburgius ex Euſebii Chronicis. Eſt et *Ananias* unus de tribus Iambographis apud Iſacium Tzetzen Prolegom. Lycophr. nec, ut ſuſpicor, mendoſus locus eſt. Nam et Hephæſt. p. 30. ejus meminit. Plura de Archilocho Joan. Goropius Becanus in Chronic. *Schottus.*

P. 380, 9. [u] Σιμωνίδης ὁ Ἄμορκος.] Vitioſum id: Ἀμόργιος ſcripſerat Proclus, aut Ἀμοργῖνος, ut ex Stephano didici: Ἄμοργος, inquit, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Ἀρκεσίνην, Μινώαν, Αἰγιάλην. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ παγκάλη, καὶ ψυχία. Ἀπὸ τῆς Μινώας ἦν Σιμωνίδης ὁ Ἰαμβοποιὸς, Ἀμοργῖνος λεγόμενος, ὡς Ἐρυκῖνος. Λέγεται καὶ Ἀμόργιον, ὥς φησι Χάραξ. *Schottus.*

Ibid. 13. περὶ δὲ μελικῆς [x].] De *Melicis,* et *Epodis* verſibus, præter ea quæ a multis collecta ſunt (ne me aliorum ſcrinia compilaſſe putes:) Galenus extremo lib. XVII. de uſu partium, Turnebus Adverſ. I. 4. ut et variis *odarum* 22. generibus Athenæus XIV. p. 618. et Pollux IV. 7. *Schottus.*

Ibid. 14. Ἃ μὲν γὰρ αὐτῆς τοῖς θεοῖς, ἃ δὲ τοῖς ἀνθρώποις.] Videtur hic deeſſe tertium membrum, ex his quæ paullo poſt ſubjungit, τὰ δὲ εἰς θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. Illud autem extremum ἃ δ' εἰς

---

[u] Notabit diligens lector ἰάμβων nomine ſæpiſſime ſcazontas deſignari; e. g. Etymolog. M. p. 270, 46. Σιμωνίδης ἐν τοῖς ἰάμβοις· Καὶ σαῦλα βαίνων ἵππος ὡς κορωνίτης. Loca quædam congeſſit Bentleius fragm. Callimachi p. 455. ed. Erneſti. Ejuſdem conjecturam fr. xcvi. in Etymologo χωλίαμβος firmatur Cod. MS. D'Orvilliano. Sed vox ἴαμβος aliquando videtur latius patere. Trochaicum Archilochi, quod ex Stobæo clarum eſt p. 580, 21. Geſn. p. 461. Grot. ſic deſcribit Ariſtoteles Rhet. III. 17. καὶ ὡς ὁ Ἀρχίλοχος ψέγει· ποιεῖ γὰρ τὸν πατέρα λέγοντα περὶ τῆς θυγατρὸς, ἐν τῷ ἰάμβῳ,

χρημάτων δ' ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον.

Vide Tyrwhittum ad Poetic. Sect. xxxviii. Explicatu difficilior eſt Athenæus VIII. p. 355. A. μελλόντων ἤδη δειπνεῖν ἐπισχεῖν ἐκέλευσεν ὁ Δάφνος, ἐπειπὼν τὸ ἐκ Μαμμακύθου ἢ Αὔρων Μεταγένους ἰαμβεῖον,

ὥσπερ ἐπειδὰν δειπνῶμέν που, τότε πλεῖστα λαλοῦμεν ἅπαντες.

Iambographis, quorum nomina recenſet Proclus, adjiciendi Solon (v. Brunck. Gnom. p. 83. Anal. I. p. 73.) Æſchrio Samius, Phœnix Colophonius, Cercidas, Hermeas, Archelaus, Hermippus, Parmeno, Callimachus, Scythinus, Timon, Samus.

[x] Ad h. l. conferendus Voſſius Inſtit. Poet. L. III. c. xiii.

τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις non ſatis conſiderate additum : quod et infra agnoſcens idem negat illa Poemata formas eſſe Melicæ. Quanta inconſtantia in hac φιλοτιμίᾳ τῶν διαιρέσεων Platonica, ut ſupra monui. Sed quam multa harum formarum in indicibus illis Odarum Horatii, qui nunc editi a Jac. Cruquio Brugenſi : quam multa etiam horum apud Menandrum Laodicenſem in diſputatione de genere Epidictico. *Nunneſius.*

P. 380, 17. προσῴδιον.] Heſychius, Suidas, et [y] Etymol. M. a προσίεναι μετὰ τούτου τοῖς θεοῖς derivant, qua ratione per ο ſcribendum eſſet : quo ordine idem Suidas in lexico collocat, et ita in Athenæo ſcribitur VI. p. 253. C. Προσόδια, καὶ χοροὶ, καὶ Ἰθύφαλλοι μετ᾽ ὀρχήσεως. Sed de Proſodiaca et Apoſtolica ſaltatione plura Iſ. Caſaubonus ad Athenæum XIV. 7. *Schottus.*

P. 381, 6. τὸν ὕμνον ὠνομάσθαι.] Hymnos ſcripſiſſe fertur et Ariſtoteles. (Orphei enim, Homeri, et Callimachi ſunt in manibus) nam de virtute exſtat elegans apud Stobæum Serm. I. Elegiam ejuſdem ad Eudemum adfert Olympiodorus minor, Platonicus, comment. in Platonis Gorgiam, (praxi 41.) nondum typis, quod ſciam, edito: legiturque, ſed mutila, apud Franc. Patricium, Peripateticarum diſcuſſionum lib. VII. Quæ lacuna ſic expleri poteſt ex Ariſtotelis vita, quæ præmittitur Comment. Ammonii in Categorias: Βῶμον Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος, Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ᾽ αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις. Ὃς μόνος ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς, Οἰκείῳ τε βίῳ, καὶ μεθόδοισι λόγων, Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνήρ· Οὐ νῦν δ᾽ ἐστὶ λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτα ποτέ. *Schottus.*

Ibid. 10. τὰ εἰς τοὺς ὑπηρέτας.] Accipio τὸ ὑπηρέτας παθητικῶς, h. e. τοὺς ὑπηρετουμένους, i. e. in eos qui a Poetis colerentur, et obſervarentur, ſive numina, ſive homines eſſent. *Nunneſius.*

Ibid. γραφόμενα ὕμνους.] Menander dum accurate partitur, et a capite arceſſit genera τῶν ἐπαίνων, ὑμνοὺς cenſet vocari proprie τοὺς ἐπαίνους τῶν θεῶν γενικῷ λόγῳ: quamquam videtur innuere ἰδίᾳ καὶ κατ᾽ ἐξοχὴν τοὺς εἰς τὸν Δία ſic appellatos : ceteros aliis propriis nominibus, ut in Apollinem Pæanas, et Hyporchemata; in Bacchum Dithyrambos, et Iobacchos ; in Venerem Ἐρωτικούς. *Nunneſius.*

---

[y] Locus Etymologi p. 690, 41. integer debet excerpi. Προσῴδιον λιτανέια μετὰ ὕμνων· παρὰ τὸ προσίεναι μετὰ τούτου τοῖς θεοῖς. Ἰστέον ὅτι τῶν μελῶν καὶ τῶν ὕμνων, τὰ μὲν καλεῖται προσῴδια· τὰ δὲ ὑπορχήματα· τὰ δὲ στάσιμα. Καὶ προσῴδια μὲν, τὰ λεγόμενα ᾄσματα εἰσφερομένων εἰς τὸν βωμὸν τῶν ἱερείων· παρὰ τὸ, προσιόντων εἰς τὸν βωμὸν τῶν θυμάτων, ταῦτα λέγειν. Ὑπορχήματα δὲ, ἅ τινα πάλιν ἔλεγον ὀρχούμενοι καὶ τρέχοντες κύκλῳ τοῦ βωμοῦ, καιομένων τῶν ἱερείων. Στάσιμα δὲ, ἃ ἑστῶτες ὕστερον ἔλεγον, ἀναπαυόμενοι μετὰ τὸ κύκλῳ δραμεῖν τοῦ βωμοῦ. Ὅτε δὲ περιέτρεχον τὸν βωμὸν, ἀπήεσαν πρότερον μὲν ἀπὸ τοῦ ἀριστέρου μέρους ἐπὶ τὸ δέξιον, κατὰ μίμησιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τὴν ἐναντίαν τῷ οὐρανῷ ποιεῖται κίνησιν, ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολὰς φερόμενος· ὕστερον δὲ πάλιν, ἀπὸ τοῦ δεξίου ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν ἤεσαν, κατὰ μίμησιν τοῦ οὐρανοῦ· τελευταῖον δὲ πάντα τὸν βωμὸν περιέτρεχον. De differentia vv. προσῴδια προσόδια v. Burettum H. A. T. T. x. p. 225.

P. 381, 13. ὕμνους προσῳδίους.] In epitoma anonymi, quæ acceſſit Hephæſtioni, docetur Palimbacchium vocatum προσῳδιακὸν, quod in προσῳδίοις ὕμνοις adhiberi ſoleret; ſed qui fuerint ibi non explicatur. *Nunneſius.*

Ibid. 15. ἐλέγετο καὶ προσῴδιον.] Julius Pollux IV. 64. τὰς πρὸς κιθάραν ᾠδὰς ἀρέσκει Κριτίᾳ ΠΡΟΣΩιΔΙΑΣ καλεῖν: ſed melius Etymolog. M. ex Didymo de Poetis Lyricis, Προσῳδίαι παρὰ τὸ προσιόντας ναοῖς ἢ βωμοῖς πρὸς αὐλὸν ᾄδειν. Διὰ δὲ τῶν ὕμνων, ὅτι τοὺς ὕμνους πρὸς κιθάραν ἑστῶτες ᾄδουσι. Qui locus germaniſſimus hujus: ſed ille videtur ſic reſtituendus, ἰδίᾳ δὲ τῶν ὕμνων. Quod hic planius ὁ δὲ κυρίως ὕμνος &c. Quanto melius tamen apud eundem Etymol. neſcio ex quo auctore, illa tria genera hymnorum antitheta repetuntur, quibus utebantur in ſacrificiis, Προσῴδια, ὑπορχήματα, καὶ στάσιμα. Ut Προσῴδια eſſent τὰ λεγόμενα ᾄσματα εἰσφερομένων εἰς τὸν βωμὸν τῶν ἱερείων. Ὑπορχήματα autem ἅ τινα ἔλεγον ὀρχούμενοι καὶ τρέχοντες κύκλῳ τοῦ βωμοῦ καιομένων τῶν ἱερείων. Στάσιμα vero, ἃ ἑστῶτες ὕστερον ἔλεγον ἀναπαυόμενοι μετὰ τὸ κύκλῳ δραμεῖν τοῦ βωμοῦ; quæ tria deinceps accommodat Strophis, Antiſtrophis, et Epodis, de quibus Metrici multa, et interpretes Poetarum. De genere etiam carminis Proſodiaci quale eſſet, in Scholiis Ariſtophanis, et apud Metricos, multa legere licet. *Nunneſius.*

Ibid. 18. [z] εἰς πάντας νῦν γραφόμενος θεούς.] Latini etiam de quovis carmine *Pæan* διὰ κατάχρησιν uſurpant. Virgil. Æn. VI. 657. *Veſcentes, lætumque choro pæana canentes.* Et Abronius Silo apud Senecam Rhetorem Suaſor. 2. p. 23. *Ite agite, o Danai, magnum pæana canentes, Ite triumphantes: belli mora concidit Hector.* De diis inferis pæan apud Xenophontem uſurpatur Helen. IV. 7, 4. ὕμνησαν τὸν περὶ τὸν Ποσειδῶ παιᾶνα: ſæpe etiam Marti, et quidem ante bellum, ut poſt bellum Apollini, apud eundem Xenoph. Hellen. II. 4, 17. VII. 4, 36. et Plutarchum in Romulo et Lycurgo quem vide, et in T. Quinctio Flaminino, quæque infra ex Erotico ejuſdem adſcripſi. Ceterum de pæane, vel pæone pede, videndus eſt Fr. Salinas De Muſica V. 9. *Schottus.*

Ibid. pen. ἰδίως—τῷ Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτεμίδι.] Juvenalis Sat. VI. 171. *Parce, precor, Pæan, et tu depone ſagittas &c.* His Jovis et Latonæ filiis *carmen* etiam *ſeculare* Romæ decantabatur; ſemel a Catullo, bis ab Horatio Carm. IV. 6 et in fine Epodῶν. Sic itaque Flaccus: *Hic bellum lacrymoſum, hic miſeram famem Peſtemque*

---

[z] Παιάν. Schol. Venet. ad Hom. Il. A. 473. Παιηὼν καὶ παιὰν ὕμνοι εἰσὶν ἐπὶ καταπαύσει λοιμοῦ ᾀδόμενοι, πολλάκις καὶ προσδοκωμένου τοῦ δεινοῦ. Πέντε δὲ αἱ παρὰ τοῖς ἥρωσιν ᾠδαὶ σωφρονιστικὸν, ὡς τὸ τοῦ ἀοιδοῦ Κλυταιμνήστρας· ἐγκωμιαστικὸν, οἷον Ἀχιλλεὺς εὕρηται ᾄδων· παιανικὸν, ὡς νῦν· θρηνητικὸν, ὅπερ ἐπὶ γυναικῶν μᾶλλον τάσσει· καὶ ὑπορχηματικόν. Cum his conferas Valckenærium ad Schol. Euripid. Phœn. 1109. Plura de hiſce carminibus quærenti dabit Burettus H. A. I. T. x. p. 301.

a populo, et principe Cæſare, in Perſas atque Britannos Veſtra motus aget prece. Apollo vero peſtis auctor depulſorque ſub imagine Solis, credebatur: ut ex Homeri Il. A. cognoſcitur; idemque ἀλεξίκακος, et *Averruncus* priſcis Latinis; καὶ λοίμιος. Παιὰν autem ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, vel ἀπὸ τοῦ παίειν. Unde ὦναξ παιὰν, pro ὦ ἄναξ dictus Apollo. Orpheus apud Heſych. ὦναξ παιὰν, ὦ βασιλεῦ, ὦ κακὰ παύων Ἄπολλον. Elegans ἀκρόστιχις ἀδήλου, ordine alphabetico extat apud Girald. Syntag. 7. cujus hoc initium. Ὑμνείω Παιᾶνα μέγαν θεὸν Ἀπόλλωνα, quem hymnum explanandum duxit homo eruditiſſ. Jo. A. Braſſicanus. Lege Macrob. Saturn. I. 17. Ἄρτεμιν vero Lunam, quaſi ἀρετόμην vocant Græci, quod aera ſecet. Idem Macrobius VII. extr. ex Plutarcho, et Plato in Cratylo p. 266. E. Dianæ etiam hymnus ſacer, *hypœpus* vocabatur, auctore Theodoreto. *Pæanis* et *minuritionis* mentio in Cicerone de Oratore I. extr. quem locum illuſtrat H. Turnebus Adverſ. I. 12. ex Alexandro Aphrod. qui παιανίζειν dixit, quod *pæanem citare* M. Tullius. De Minuritione vero, et Plutarchus ὑγιεινοῖς, et Seneca Philoſophus Ep. XIII. Pæana etiam Ariſtoteles luſit in Hermiam, tamquam Apollinem alterum: ut Laertius refert, emendante ibidem εὐστόχως Caſaubono, et de Hermia eunucho Suidas: cujus ſive filiam, ſive neptem uxorem duxit, et ſacra illi, ut Cereri Eleuſinæ Athenienſes ſolent, fecit: quod merito reprehendit Euſebius P. E. XV. c. 2. in Græco quidem Rob. Steph. exemplari, ut nos in vitis Ariſtotelis et Demoſthenis admonuimus Ol. CVIII. an. I. Ex Bacchylide quoque ἐν παιᾶσιν hanc παροιμίαν attulit Zenobius Ἄρκτου παρούσης ἴχνη μὴ ζήτει. Refert et Laertius Ariſtotelis de Empedoclis verſibus hoc judicium Homerico ſtylo conſcriptos videri. Et in Apollinem ſcripſiſſe προοίμιον, forte παιᾶνα melius legeretur, ſi veteres libri faverent; nihil tamen demuto. Scio enim procemia cantuum eſſe. *Schottus.*

P. 382, 3. Διθύραμβος [a] εἰς Διόνυσον.] In Bacchi laudem *Dithyrambus* a Lyricis decantabatur, furore quodam Bacchico concitatis, et quaſi temulentis; idque a Græcis potiſſimum: *minus enim eſt hoc genus poematis tractatum a Latinis* inquit Tullius, De Perfect. Or. (ſic enim legendum vidit Romulus Amaſæus, contra atque Turnebus emendat Adverſ. I. 4.) *Poematis,* inquit, *Tragici, Comici, Epici, Melici etiam, ac Dithyrambici, quod minus eſt tractatum a Latinis, ſuum quodvis eſt diverſum a reliquis.* Equidem tertius in M. Tullio minore vi reponere audeam, *Melici,* ac dehinc *Iambici.* Meminit et lib. III. de Oratore ad Q. Fratrem, *ab Anapæſtis licentior ille, et divitior fluxit Dithyrambus.* Legend. Cœl. Rhodig. Ant. Lect. VII. 5. *Dithyramborum* autem Scriptores hi fere ab Athenæo nominantur: *Licymnius Chius, Amphis Cornicus, Anaxandrides, Cleomenes Rheginenſis, Lamprocles, Melanippides Mile-*

---

[a] Vide Burettum H. A. I. T. x. p. 306. Voſſium Inſtit. Poet. III. xvi.

ſius, Philoxenus Cytherius, et Teleſtes. Ariſtoteles in [b] Poet. c. 4. Dionyſ. item Halicarn. περὶ Συνθ. ὀν. (p. 132. ed. Reiſk.) inſignem in hoc genere fuiſſe aiunt *Philoxenum Cytherium*, atque *Timotheum.* His adjecit Iſ. Tzetzes in Lycophronem *Chalcidium, Raſemum* poetam, *Ariona Methymnæum*; his poſteriores extitere [c] *Labines, Laſus* (cujus et meminit Ælianus H. A. VII. 47.) *Hermioneus, Melanippides Mileſius* Dithyramborum libros reliquiſſe, quos et Xenophon ſit admiratus, dicitur: et *Pericletes Leſbius* primus concinuiſſe. *Pindarus* quoque in his excelluit, ut auctor eſt Scholiaſtes et Flaccus; ſed interciderunt omnia. *Diagoram* etiam *Melium* primum Dithyrambicum fuiſſe Sextus Empiricus πρὸς μαθηματικοὺς refert. Sic enim elegans ſcriptor IX. 53. p. 561. Διαγόρας δὲ ὁ Μήλιος διθυραμβοποιὸς, ὥς φασι, γενόμενος, ὡς εἴ τις καὶ ἄλλος δεισιδαίμων, ὅς γε καὶ τῆς ποιήσεως ἑαυτοῦ κατήρξατο τὸν τρόπον τοῦτον. Κατὰ δαίμονα καὶ τύχην πάντα τελεῖται. Ἀδικηθεὶς δὲ ὑπό τινος ἐπιορκήσαντος, καὶ μηδὲν ἕνεκα τούτου παθόντος, μεθηρμόσατο εἰς τὸ λέγειν μὴ εἶναι θεόν. Quem eo libentius Græce, hoc eſt, ſua, quam aliena, lingua loquentem induxi, ut videant, quanto eruditionis fructu careant, qui Græcarum literarum inſcientia non contenti, ab hac etiam et abhorreant vehementer, et alios improbe deterreant. Ceterum *Philoxeni* illius, cujus et *Cyclopa* poema adnotat Zenobius, Prov. οἵῳ μ᾽ ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν, et Teleſtæ Dithyrambos ab Harpalo miſſos Alexandro Regi, una cum Tragicis Æſchylo, Sophocle, et Euripide, magni muneris loco, in ejus vita narrat Plutarch. p. 668. D. De quibus etiam Tragœdiæ principibus, ut obiter admoneam, Ptolemæo Ægypti regi Alexandriam dono miſſis, legant poeticæ ſtudioſi Galenum, in Hippocrat. Epidem. III. (T. V. p. 412. ed. Baſil.) ut quo in pretio haberi debeant, hic diſcant. Tantum de Dithyramborum ſcriptoribus; nunc reliqua videamus. *Schottus.*

P. 382, 5. κατὰ τὴν Νύσσαν.] Νύσαν unico σ ſcriptum vidi in Stephano, qui decem urbes cognomines collegit: inter quas Euboica una eademque die vitem florentem fert, et racemos maturos producit. Pomponius Mela III. 7. de India: *Urbium, quas incolunt, ſunt autem plurimæ, Nyſſa eſt clariſſima et maxima; Montium Meros, Jovi ſacer; Famam hinc præcipuam habent, quod in illa genitum; in hujus ſpecu Liberum arbitrentur eſſe nutritum; unde Græcis auctoribus ut femori Jovis inſutum dicerent, aut materia ingeſſit, aut error.* Ad quem locum olim plura annotata memini, quæ non repeto: Herodoti tantum in Euterpe c. 146. geminum locum adſcribam, ut Græca cum Latinis conjungendo, Lector fructum referat: Διόνυσον λέγουσιν οἱ Ἕλληνες, ὡς αὐτίκα γενόμενον, ἐς τὸν μηρὸν

---

[b] Vide Hermanni Comment. p. 99.

[c] Perperam hæc; legendum enim cum Menagio ad Diog. Laert. I. 42. Λάσος, Χαβρίνου, Ἑρμιονεύς. Inter dithyrambicos *Polyidum* recenſet Diodorus Siculus XIV. 46. T. I. p. 679. cf. Athenæum VIII. p. 352. A.

ἐνεῤῥάψατο Ζεύς, καὶ ἤνεγκε ἐς Νύσσαν τὴν ὑπὲρ Αἰγύπτους ἐοῦσαν ἐν τῇ Αἰθιοπίῃ. Theocritus Id. XXVI. 33. quod Bacchæ infcribitur; Χαίροι μὲν Διόνυσος, ὃν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ἐπιγουνίδα θήκατο λύσας. *Schottus.*

P. 382, 5. ἐπ' ἄντρῳ διθυράμβῳ.] *In antro bifori,* reddidi: δίθυρον enim *bivallem,* feu *bipoftem portam* fignificat. Vide Phornutum, et Lexicographos Græcos. Δίθυρα, hoc eft, *bivalvia,* in foliis dixit Ariftoteles lib. De Juventute et Senectute c. 1. p. 62, 16. ed. Sylburg. In antro autem nutritum Bacchum, Paufanias in Laconicis c. 24. p. 272. auctor eft, campumque ipfum, Διονύσου κῆπον, hoc eft, *Bacchi hortum* appellatum. Διθύραμβος igitur, vel quod bis natus, duabus januis egreffus in lucem Bacchus, femel ex utero materno, Semeles fulgure ictæ; iterum ex Jovis femore; ut ex ejufdem cerebro Pallas; ἀπὸ τοῦ Διονύσου, τοῦ ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθόντος, inquit interpres Pindari, dithyrambici fummi; et Ifacius in Lycophronis Proleg. vel quod ex Jove, et Cerere natus, difcerptus a Titanibus fit; a matreque recoctus, et in vitam revocatus; ut Diodorus Sic. III. 62. Origenes contra Celfum p. 171. ed. Spencer. et Eufebius narrant. Hinc et Βιμάτωρ eft Orpheo; ab Ovidio vero *bimater* redditur Metamorph. IV. 11. *Turaque dant Bacchumque vocant, Bromiumque Lyæumque, Ignigenamque, fatumque iterum, folumque bimatrem.* Phornutus vero a Rhea Deum matre fecundo compofitum ait: qui et διθύραμβον dictum putat, quod *arcanum demens detegat ebrietas:* ebrius enim et temulentus, vas eft rimarum plenum, hac illac perfluens. Ridet hæc deliramenta, et quidem merito, Arnobius Adv. Gentes I. et V. Tu vide et Macrobium in Somnium Scipionis I. 12. *Schottus.*

Ibid. 6. λυθέντων τῶν ῥαμμάτων.] Effet itaque διθύραμβος quafi λυθίραμβος, per ι fcribendum; quod dum Bacchum parturiret femori affutum, acclamarent Nymphæ, λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα, *folve ligaturam.* Sed in his compofitionibus ludentes nimium quantum fibi indulgent, acuti, (tum vero præcipue Stoici) originationum interpretes, et fæpe etiam φλναρώδεις. Sed hic lege Etymologum Magnum. [Διθύραμβος, ὁ Διόνυσος. Ἐπίθετόν ἐστι τοῦ Διονύσου ὅτι ἐν διθύρῳ ἄντρῳ τῆς Νύσσης ἐτράφη. Καὶ ὁμωνύμως τῷ θεῷ ὁ εἰς αὐτὸν ὕμνος. Ἢ ἀπὸ τοῦ δύο θύρας βαίνειν, τήν τε κοιλίαν τῆς μητρὸς Σεμελῆς, καὶ τὸν μηρὸν τοῦ Διός· ἵν' ᾖ ὁ δὶς θύραζε βεβηκώς. Πίνδαρος δέ φησι λυθίραμβον. (T. III. p. 66.) καὶ γὰρ Ζεύς, τικτομένου αὐτοῦ ἐπεβόα, Λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα·—ἵν' ᾖ λυθίραμμος καὶ διθύραμβος κατὰ τροπὴν καὶ πλεονασμόν.] *Schottus.*

Ibid. 9. Πίνδαρος ἐν Κορίνθῳ λέγει.] Locus Pindari eft Olymp. XIII. 26. et βοηλάτην eum nominat, vel quod cum clamore accinebatur, vel quia victoribus bos erat præmium, ut interpreti placet [d]. *Tripodem* autem præmio dari folitum in Prolegom. Tzetzæ

---

[d] Vide Bentleii Differt. Phalarid. p. 302. cf. eundem p. 295.

in Lycophronem lectum eſt; qui et primum dithyrambum Corinthi a Philoxeno Cytherio inſtitutum ait; ab Arione Ariſtoteles, ut hic Proclus refert. Locum enim adhuc requiro, niſi forte in iis, quæ extremo lib. 3. Poeticæ interciderunt. Nunc Dircæi vatis lyram jucundam audiamus: ἅπαν δ' εὑρόντος ἔργον. Διονύσου πόθεν ἐξέφανεν Σὺν βοηλάτα χάριτες Διθυράμβῳ. Ubi Scholiaſtes, quiſquis is eſt, primum in Naxo, deinde Thebis, poſt Corinthi, repertum primum Dithyrambum; ejuſque ſententiæ auctorem facit Pindarum ipſum Dithyrambopœum, optimum eorum, qui temporis injuria perierunt. Quid eſt, ſi hoc non eſt, pugnantia dicere? *Schottus.*

P. 382, 10. Ἀριστοτέλης Ἀρίωνα λέγει.] Philoxenus primus hoc reperit, ſi credimus Tzetzæ in Lycophronem. Nuſquam autem in his quæ exſtant, quod ſciam, Ariſtotelis libris de Arione legitur. Scripſerat fortaſſe tribus illis libris de Poetis, qui citantur a Plutarcho in Homeri vita; aut in Poeticis quæ perierunt; nam tantum habemus primum eorum librorum; aut certe ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ubi et Dithyrambici commemorabantur. Vide Harpocrationem in Διδάσκαλος. Multa autem legitur de eo argumento ſcripſiſſe apud auctorem optimum ejus vitæ anonymum, qui per me lucem aſpexit. Ex quo decurtato vita illa deſcripta, quæ præponitur Comment. Ammonii in Categorias. Sed quid propero? Arionem auctorem fuiſſe hujus chori prodiderat antea Hellanicus in Cranaicis, et poſt Ariſtotelem Dicæarchus ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων. Antipater tamen, et Euphronius ad Laſum Hermioneum referunt. Scholiaſtes Ariſtoph. ἐν ὄρνισι. v. 1403. *Nunneſius.*

Ibid. τὸν κύκλιον χορόν.] Tzetzes in Lycophr. Cyclios, in choris conficere circulum conſtantem viris quinquaginta, totidemque et in dithyrambicis; commune enim id eſſe utriſque, ſed de choris Suidas legendus, et quæ de Cyclicis ſupra obſervanda docui. *Schottus.*

Ibid. 12. Νόμος[e].] *Nomus,* modus, ſeu modulatio quædam carminis. J. Pollux IV. 9. περὶ ἁρμονικῶν αὐλητικῶν, Ariſtoteles in Poetica, et Problem. XIX. 28. (cf. 15.) ubi nomos exponunt *odas.* Plutarchus Sympoſ. VII. quem et lege De Muſica p. 1132. et Athenæum XIV. apud Suidam alia ſignificatio in νόμοι κιθαρῳδικοὶ ex eodem Ariſtotele, alia item notione Ariſtophanis interpres doctiſſimus Equit. init. in hunc verſum συναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον. Athenæus XIV. p. 619. C. tradit *cantionem nomiam* ab Eriphanide Menalcæ venatoris amore capta vocari. *Schottus.*

---

[e] De Nomis conſulendus J. C. Bulengerus De Theatro Lib. II. c. xxviii. Theſaur. Antiq. Grævii T. IX. p. 1036. cap. xlii. p. 1054. necnon Spanhemius ad Callimachi H. Del. 304. Adde Burettum in *Mémoires de Littérature* Hiſt. de l'Acad. des Inſcript. T. X. p. 218. 232.

P. 383, 13. νόμιμος γὰρ ὁ Ἀπόλλων.] Νόμιος vocatur, una dempta litera, apud Macrobium et Phornutum; fed et hi fententiis variant. A paftorali cura παρὰ τὸ νέμω, Νόμιος, Phornutus; nam et Admeti regis pecora paviffe fabulantur poetæ; ille vero, *quia Sol, qui Phœbus eft, pafcit omnia, quæ terra profert, unde non unius generis pecorum, fed omnium paftor canitur.* Sic enim Macrobii verba leniter immutanda putavi Saturn. I. 17. Theocritus Id. XXV. 21. Χλωρή τ' ἀγριέλαιος, Ἀπόλλωνος νομίοιο Ἱερὸν ἁγνὸν, ξεῖνε, τελειοτάτοιο θεοῖο. Callimachus H. Apoll. 47. Φοῖβον καὶ νόμιον κικλήσκομεν ἐξ ἔτι κείνου Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρύσῳ ζευγήτιδας ἔτρεφεν ἵππους Ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο. Et Maro, quem nihil Græcorum arcanorum fugit, Georg. III. init. *Paftor ab Amphryfo.* Et Lucanus Pharf. VI. 367. *et flumine puro Irrigat Amphryfus famulantis pafcua Phœbi.* Proclus nofter et Pindari Scholia a νόμῳ Νόμιον derivant, a mufico nimirum modulo; M. vero Tullius a legum feveritate cum Arcadibus Apollo imperaret, *Nomionem* appellat Nat. Deor. III. 23. Probus Grammat. in Virgil. Georg. I. ad illud *et cultor nemorum cui pinguia Ceæ,* Ariftæum in Deorum numerum relatum ait, appellatumque *Nomium* et *Ægoros,* quod et agrefti ftudio, et cura pecorum armentorumque non mediocriter hominibus profuiffet, idque ex Varronis Attacini Argonauticis. Verum ex Apollonii Rhodii Ἀργοναυτικοῖς, quando Varronis interierunt, emendandum effe ἀγρεὺς pro *Ægoros,* quod depravatum eft, primus vidit Lilius Giraldus, Syntagm. 1. in *Ariftæo,* et 2. in *Jove Icmæo.* Reliqua fuggerent Scholiaftæ Apollonii, qui appellationis caufam reddunt, ut et Pindari interpretes; qui vates in Pythiis IX. 115. Jovem et Apollinem, fingulos Ariftæos nominatos ait, ut et ἀγρέα καὶ νόμιον. Sed plura G. Lilius Syntagm. 7. et alibi, quæ non defcribo. Νόμιμος autem recipio præ illo Νόμιος. Quamvis enim Νόμιος dictus Apollo ἀπὸ τῆς νομῆς, aut ἀπὸ τοῦ νομεύς; hoc tamen loco ἀπὸ τοῦ νόμου Muficæ ducitur etymon indicio, ut dixi, Procli et Pindari Scholiaftæ: quod ad Apollinis templum folus Chryfothemis abfque choro *Nomon* primus ceciniffet. At a nomine νόμος nullo modo νόμιος fine altero μ oriri poteft, fed omnino paronymon ejus eft, τὸ νόμιμος, ut νόμιμα βαρβαρικὰ liber Ariftotelis a M. Varrone L. L. VI. p. 76. citatus, et ab Athenæo ejufdem Τυῤῥηνῶν νόμιμοι I. p. 23. D. Quare νόμιμος retinendum puto. *Schottus.*

Ibid. Quod Apollo quidem Νόμιος, et paftor Admeti, fexcenti teftes. Sed quod Νόμιμος ἀπὸ τῶν νόμων diceretur, fingulare prope eft, nec alibi, quod fciam, lectum. In Schol. Ariftoph. ἐν Ὄρνισι 746. cum chorus ait, Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω, fic legitur, Ἐπεὶ Νόμος ὁ θεὸς καὶ ὄρειος, καὶ τῶν ὀρνέων δ' ἐν ὄρεσιν αἱ διατριβαί. Retineo tamen fcripti libri lectionem. *Nunnefius.*

Ibid. 14. ὅτι τῶν ἀρχαίων χοροὺς ἱστάντων.] Ariftot. Problem. XIX. 15. docet Nomorum poema ἀγωνιστικὸν factum; ob eamque caufam carere Antiftrophis. Dithyrambicum item prius tantum

Choricum fuiſſe, poſt in ὑπόκρισιν mutatum; quod hoc loco Nomis contigiſſe diſerte refert Proclus. *Nunneſius.*

P. 382, 15. Χρυσόθεμις ὁ Κρής.] De hoc in notis ad illud ἀποσπασμάτιον falſo adſcriptum Cenſorino. *Nunneſius.*

Ibid. 16. πρῶτος στολῇ χρησάμενος.] Quam belle hæc illuſtrantur illa deſcriptione citharœdi Lib. IV. ad Herennium c. 47. *Uti citharœdus cum prodierit optime veſtitus, palla inaurata indutus, cum clamyde purpurea, coloribus variis intexta, et cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatiſſimam, auro et ebore diſtinctam: ipſe præterea forma et ſpecie ſit, et ſtatura appoſita ad dignitatem &c. Nunneſius.*

Ibid. 19. Τέρπανδρος μὲν πρῶτος.] Huic Nomi inventionem plerique acceptam referunt; nonnulli Philammoni, alii Clonæ. Plutarchi verba comment. de Muſica audiamus, p. 1132. C. ὁμοίως δὲ Τερπάνδρῳ Κλονᾶν, τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσόδια, ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιητὴν γεγονέναι· καὶ Πολύμνηστον τὸν Κολοφώνιον τὸν μετὰ τοῦτον γενόμενον, τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ποιήμασιν. Et Plinii VII. 56. *Citharam Amphion, ut alii, Orpheus, invenit. Septem chordis tribus ad quatuor additis Terpander: octavam Simonides addidit; nonam Timotheus. Schottus.*

Ibid. Fortaſſe ex his quæ ſequuntur de Phryne certo conjicere licet, ut Chryſothemis ſolutis numeris Nomos canere cœpiſſet: ita ſolent initia rudia et impolita eſſe; deinde Terpander perfecit illud carmen numero Heroico: poſt Phrynes ἐκαινοτόμησε addens ſoluto τὸ ἡρῷον. Hæc ſi Pet. Victorius vidiſſet, οὐχ ἁπλῶς pronunciaſſet Dithyrambicos Heroico uſos. De modis quos adjunxit Chryſothemis citharæ non ſatis exploratum ex illo ἀποσπασματίῳ quod Cenſorino falſo inſcriptum: tamen ſi quis acute conſideret, percipi ex eodem poſſe videtur, ab Apolline τρίχορδον tantum inſtrumentum repertum, qualis noſter *Rabiquete*, paſtoricium: huic additam parameſen chordam a Lino Apollinis F. (nam *nymphæ* in illo loco plane ſuſpectum) factamque citharam tetrachordon, quam noſtri flexo inde nomine *Gitarram* vocant. Illi a Chryſothemide additum alterum Tetrachordon τῶν συνημμένων, factamque citharam ἑπτάχορδον, quæ noſtris *Vihuela, o laud de ſiette cuerdas.* Poſt a Terpandro alterum huic tetrachordon τῶν διεζευγμένων adjunctum, quam noſtri *Tumbam undecim chordarum* appellant. *Nunneſius.*

Ibid. 21. Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος.] Nota in vulgus hiſtoria, ſive fabula ea eſt, de Arione delphino vecto; qui Tarento Corinthum trajicere cum vellet, a nautis in mare præcipitatus, tergoque delphini exceptus, in Tænarum delatus eſt, ex Herodoto in Clione, Plinio IX. 8. et ibi notata Dalechampio, Plutarch. Conviv. p. 161. B. Ælian. H. A. VI. 15. XII. 45. Fabii dicterio Inſt. Or. VI. 4. Agellio XVI. 19. Hygino Aſtron. II. 18. Ovid. Faſt. II. 83. Bianor in Antholog. I. p. 62. ed. H. St. Anal. Brunck. II. p. 156. IV. p. 348=154. Herodoti verba, ob ſingularem ſcriptoris amœ-

nitatem, non pigebit exscribere. Is enim in Κλείῳ primum Corinthi dithyrambum docuisse refert (quod hic ad Aristotelem Proclus retulit) ᾽Αρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ δελφῖνος ἐξενεχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθύραμβον, πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντά τε καὶ οὐνομάσαντα, καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. Huncque a nautis improbis in mare desilire coactum ait, στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι διεξελθεῖν Νόμον τὸν Ὄρθιον· τελευτῶντος δὲ τοῦ Νόμου, ῥίψαι μιν ἐς τὴν θάλασσαν ἑωϋτόν. Quæ sic Agellius Latine reddidit XVI. 19. *Stansque in summæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, voce sublatissima cantavit. Is loco et oppido Methymnæus, terra atque insula omni Lesbius fuit.* Sic ille: in quo suspecta mihi de mendo vox illa *sublatissima* dure ferit aures: tentabam *sublata et ima:* est enim dithyrambus numeris innumeris solutus, ut Flaccus canit; sed nihil absque librorum veterum auctoritate temere mutandum censeo. Porro et illud observa; Θούριον λογοποιὸν (ut Herodotum appellat Julianus Imp. in Epist.) non distinxisse videri alba, quod aiunt, linea *Nomon* et *Dithyrambum:* cum tamen Νόμος in Apollinis, διθύραμβος vero in Bacchi honorem caneretur; sitque ille canendi modulus cum certo intensæ remissæque vocis flexu. Dithyrambus vero numeris solutus feratur. *Orthius* autem modus Palladis est, argumentum bellicum habens; ut Timotheus Alexandro regi ostendit, inquit Plutarchus in Musica [f], et Eustathius Il. Α. p. 827=758, 8. τοιοῦτος γὰρ παρὰ τοῖς μουσικοῖς Ὄρθιος Νόμος, ἤγουν τρόπος ἐκεῖνος ᾠδῆς εἰς πόλεμον ἐρεθιστικός. Τιμόθεος οὖν ὄρθιον ᾄσας τοσοῦτον τὸν Ἀλέξανδρον ἄρεος ἔπλησεν, ὡς εἰς τὰ ὅπλα εὐθὺς ἐκεῖνον ἀναπηδῆσαι. *Orthrium* alii vocant et Dianæ attribuunt: de quo ejus cognomento L. Giraldus Syntagm. 12. et 1. de historia Poetarum. Ὄρθριος vero quid ab illo differat Phrynichus Lexicogr. in Atticismis docet; etsi Glareanus *Orthrium* tuetur. *Orthium* vero rescribendum putat J. Hartungus Dec. III. c. x. *Schottus.*

P. 383, 1. καὶ χορδαῖς τῶν ἑπτὰ πλείοσιν ἐχρήσατο.] Non Phryno, sed Timotheo uno ore omnes attribuunt. Pausanias in Laconicis, III. xii. p. 237. ἐνταῦθα ἐκρέμασαν Λακεδαιμόνιοι τὴν Τιμοθέου τοῦ Μιλησίου κιθάραν, καταγνόντες ὅτι χορδαῖς ἑπτὰ ταῖς ἀρχαίαις ἐφεῦρεν ἐν τῇ κιθαρῳδίᾳ τέσσαρας χορδάς. Ceterum ψήφισμα a Lacedæmoniis contra Timotheum latum, etiamnum in Boethii Severini de Musica Comm. legitur, dialecto Dorica, hoc est, veteri Spartanorum lingua, ρ literam loco σ substituente, scriptum, quod communi dialecto editum a G. Lilio in historia Poetarum; castigatius vero a Paullo Leopardo Miscell. VIII. 14. quod et nos ex Boethii codice perveteri Bibliothecæ Toletanæ olim contulimus [g]:

[f] An hæc historia apud Plutarchum extet, nescio. Sed eam narrant Dio Chrysostomus *De regno* Or. 1. init. et Basilius *De leg. Græc. Libris* p. 99, ante Stobæum Grotii.

[g] Confer omnino ed. Oxon. 1777.

Ἐπειδὴ Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος παραγινόμενος εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν τὴν παλαιὰν μολπὴν ἠτίμαξε, καὶ τὴν διὰ τῶν ἑπτὰ χορδῶν κιθάρισιν ἀποστρεφόμενος πολυφωνίαν εἰσάγων λυμαίνεται τὰς ἀκοὰς τῶν νεῶν διὰ τῆς πολυχορδίας· καὶ γὰρ καινότητα τοῦ μέλους ἤνεγκε, καὶ ποικίλην ἀντὶ ἁπλῆς καὶ τεταγμένης ἀμφιέννυται τὴν μολπὴν ἐπὶ χρώματος συνιστάμενος τὴν τοῦ μέλους δίεσιν ἀντὶ τῆς ἐναρμονίου ποιῶν ἀντίστροφον ἀμοιβήν· παρακληθεὶς δὲ καὶ ἐς τὸν ἀγῶνα τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος ἀπρεπῆ διεσκεδάσατο τὴν τοῦ μύθου διδαχήν. Τὴν γὰρ Σεμέλης ὠδῖνα οὐκ ἔνδικα τοὺς νέους διδάσκει (aliter ἐδίδασκε) δεδόχθαι φαμὲν περὶ τούτων τοὺς βασιλέας καὶ τοὺς ἐφόρους μέμψασθαι τὸν Τιμόθεον, ἐπανακτᾶσθαι δὲ καὶ τῶν ἕνδεκα χορδῶν ἐκταμόντας τὰς περιττὰς ὑπολειπομένας τὰς ἑπτὰ, ὅπως ἕκαστος τὸ τῆς πόλεως βάρος ὁρῶν εὐλαβῆται εἰς τὴν Σπάρτην ἐπιφέρειν τι τῶν μὴ καλῶν ἐθῶν, μή ποτε ταράττηται κλέος ἀγώνων. Athenæus quoque XIV. p. 636. E. accuſatum ait Timotheum, quod veterem Muſicam labefactaret, atque corrumperet; quemadmodum Plato, et ex illo M. Tullius Legg. II. 15. III. 14. Muſicam mutari vetabat, quod hæc fere mutationem Reip. adferret: (ut hodie religionis immutatio: unde tot Tragœdiæ, cædes, Rerump. interitus &c.) Sic enim divinus ille Philoſophus De Repub. IV. p. 447. A. εἶδος καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν εὐλαβητέον, ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα. οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων, ὥς φησί τε Δάμων, καὶ ἐγὼ πείθομαι. Cumque chordas ſupervacuas præcidere quidam paratus eſſet, oſtendiſſe Timotheum, ſtantem apud ipſos, exiguam Apollinis imaginem; in cujus lyra tot eſſent fides, et eodem ſitu et ordine porrectæ; ideoque abſolutum. Rurſum Athenæus VIII. p. 352. A. Polyidæ glorianti quod diſcipulus ejus Philetas Timotheum canendo viciſſet: *Miror,* inquit, *ſi ignoras Timotheum* νόμον *condere*; *Philetam vero* ψηφίσματα, ludens in ambiguo, ut ego quidem accipio. *Lex* enim, et νόμος Græcis, et Muſicis modulus eſt. *Decretum* vero reſpexit quo damnatus Timotheus eſt. Ibidemque Dithyrambum de Semele Bacchum parturiente docuiſſe refert Timotheum. *Schottus.*

P. 383, 2. Τιμόθεος ὕστερον εἰς τὴν νῦν ἤγαγε τάξιν.] De Timotheo Suidas ſcribit, molliorem factam ab illo Muſicam; de quo etiam legimus in eodem illo Fragmento Cenſorini, auctam ab illo citharam fuiſſe duobus τῷ παραμέσῳ καὶ τῷ ὑπερβολαίῳ, ut eſſet quatuor Tetrachordorum; quibus terminis in commune vocis humanæ remiſſionem et intentionem priſci circumſcribi notarunt. Legimus tamen apud Suidam a Terpandro primum Heptachordum inventum, et a Timotheo additam decimam, et undecimam chordas; etſi in fragmento quod adjunctum legitur Nicomachi Harmonicis dicitur nona chorda addita a Theophraſto quodam Pierita, decima autem ab Hiſtiæo Colophonio, at undecima a Timotheo Mileſio. Apud Bryennium cap. de Tono, p. 389. ed. Wallis. hic locus exſtat de his ex Ione, et Terpandro: ἐπὶ μὲν τοῦ φθόγγου χρῶνται τῷ ὀνόματι οἱ λέγοντες ἑπτάτονον τὴν φόρμιγγα, καθά-

περ Τέρπανδρος καὶ Ἴων. Ὁ μὲν γάρ φησιν, Ἡμεῖς τοι τετράγηρυν ἀποστέρξαντες ἀοιδὰν, Ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους. Ὁ δ' ἐν δεκαχόρδῳ λύρα, τὴν δεκαβάμονα τάξιν ἔχουσα, Τὰς συμφωνούσας ἁρμονίας τριόδους, Πρὶν μέν σ' ἑπτάτονον ψάλλον διὰ τέσσαρα πάντες Ἕλληνες, σπανίαν μοῦσαν ἀειράμενοι. Sed de his omnium optime Franc. Salinas Salmanticæ Profeſſor, Muſicorum Homerus, in ſuis de Muſica libris. Ex hoc loco illuſtremus illum Paſicratis ἐν τῷ α' τῶν μετὰ τὰ φυσικά. [Ariſtot. p. 28, 22. ed. Sylburg.] Εἰ δὲ μὴ Φρύνις, Τιμόθεος οὐκ ἂν ἐγένετο. *Nunneſius.*

P. 383, 4. διθύραμβος—πολὺ ἐνθουσιῶδες.] *Dithyrambus* enim in Bacchi, *Nomos* in Apollinis, ut dixi, honorem decantabatur. Ille in furorem agebat, cornuaque, ut Poetæ loquuntur, addere ſolet; hic vero Muſis cum præſit, unde et *Muſagetes*; et poeticæ artis auctor ſit, quietus eſt: Ille ſolutus, hic numeroſus; ille audax, hic concinnum poema poſtulat. Bacchatur in orgiis Dithyrambus, hinc proverbia, διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχειν ἐλάττονα. *Dithyrambus non eſt, ſi bibat aquam,* aliaque id genus. Vide Suidam, et Zenobium in Proverb. Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, et Strabonem VIII. p. 584=552. Heliodor. Æthiop. II. p. 102, 6. ἐπεισόδιον δὴ τοῦτο οὐδέν φασι πρὸς τὸν Διόνυσον ἐπεισκυκλήσας. Character itaque diverſus. *Nomos* enim, ut et vox ſonat, legibus vinctus et adſtrictus, ſolutus contra *Dithyrambus* et liber; unde et *Lyæus, liberque* dictus, et *audax*. Obſervavi tamen commutari hæc nomina interdum ſolere, et, niſi quid judicans fallor, confundi nonnunquam, ut et ſupra monui, et ex Ariſtotele clarum eſt. Quærit enim Problem. XIX. 15. quamobrem *nomi* ſine converſionibus a poetis ſcriberentur, cum alia cantica chororum per converſiones ſtrophorum et antiſtrophorum, et Epodi ſcriberentur a Lyricis. Subdit, οἱ διθύραμβοι, ἐπειδὴ μιμητικοὶ ἐγένοντο, οὐκ ἔτι ἔχουσιν ἀντιστρόφους, πρότερον δ' εἶχον. *Schottus.*

Ibid. 7. καὶ ἁπλουστέραις δὲ κέχρηται λέξεσιν.] Atqui *Dithyrambi* verba ſunt nodoſa, compoſita, tumentia, et ut Flaccus alibi, *ſeſquipedalia:* vel, ut Græci literatores vocant, πολύπλοκοι λόγοι. Sic enim in Poetica Ariſtoteles, τῶν δὲ ὀνομάτων τὰ μὲν διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις. Et Rhet. III. 9. τὴν δὲ λέξιν ἀνάγκη εἶναι ἢ εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν, ὥσπερ αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί. Hinc et *Dithyrambica oratio,* pro obſcura, Platoni in Phædro p. 341. D. Ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος προϊόντος τοῦ λόγου γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς· τὰ νῦν γὰρ οὐκέτι πόρρω διθυράμβων φθέγγομαι. De quibus et criticus Dionyſ. Halic. Epiſt. ad Cn. Pompeium; cujus verba initio retuli. Plutarchus quoque in vitis Sophiſtarum ſæpe Διθυραμβῶδες dixit pro *tumentia et grandia dicere.* Certe talia mihi Nonni Panopolitani Διονυσιακὰ, et forte Dionyſ. Βασσαρικὰ a Stephano lib. de urbibus aliiſque laudata, et Lycophronis Caſſandra eſſe videntur: licet Epico non Melico carmine conſcripta: adeo Dithyrambicorum, hoc eſt, compoſitorum verborum plena ſunt omnia, ut ægre reddi Latine queant: cum Græci Romanis,

compoſitorum in vocibus felicitate longe antecellant. Talia et illa fortaſſe apud Latinos in elegantiſſimo illo Catulli Galliambo in Cybelen, a Cæſare Scaligero valde probata, *hederigeræ, hederifugæ:* et *ubi cerva ſylvicultrix, ubi aper nemorivagus.* Quodque ejuſdem, ex Vere, citat Fl. Soſipater IV. p. 248. *Concitum tetuli gradum*; pro *tuli*, aliaque ſexcenta. Nec compoſitis tantum vocibus, ſed et audacter traductis utebantur Dithyrambici. Hoc adeo verum eſſe didici ex Euſtathio in illam Il. B. auream γνώμην. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα Ὧι λαοί τ᾽ ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλεν. Sic enim doctiſſimus ille interpres. Ἰστέον δ᾽ ὅτι πάντως εὐρυκρείων ᾧ λαοὶ ἐπιτετράφαται, καὶ ὅτι δοκεῖ εὐλόγως παρὰ Λάκωσι Ζεὺς Ἀγαμέμνων ἐπιθετικῶς εἶναι, ὡς ὁ Λυκόφρων λαλεῖ. Ἀγαμέμνων τε γὰρ εὐρυκρείων, καὶ Ζεὺς εὐρυμέδων. Εἰ δὴ ταυτὸν εὐρυκρείων καὶ εὐρυμέδων, λέγοιτ᾽ ἂν διὰ τοῦτο διθυραμβικώτερον, καὶ Ἀγαμέμνων Ζεὺς, καθότι καὶ εὐρυκρείων.

Libet nunc et Horatium Flaccum in partes vocare, quo nemo clarius de Dithyrambis inter Latinos ſcripſit (Græcos enim ſemper excipio, in omni re diligentiores accuratioreſque) idque eo libentius, quod hanc Odam IV. 2. quæ de Pindari eſt Dithyramborum principis laudibus, nemo ſatis diligenter, quem quidem viderim, explanarit. Venuſinus vero Pindarus ſic de Dircæo Vate, Thebis nato, quod et Bacchi natale ſolum Poetæ fingunt: *Fervet, immenſuſque ruit profundo Pindarus ore, Laurea donandus Apollinari, Seu per audaces nova dithyrambos Verba devolvit, numeriſque fertur Lege ſolutis.* Quo loco perinde ſudant interpretes hodie, ut qui Olympia certabant, vel ad Eurotam fluvium Laconum exercebantur; quaſi hic crucem poſteris fixiſſe Poeta videatur. Hugolinus Martellius, Etruſcus, ſingulari edito libro, τὸ *audaces* ad διανοίας, quæ materia ſit: *nova verba*, ad λέξεως quæ inſtrumentum; *numeros lege ſolutos*, ad ῥύθμου καὶ μέτρου methodum refert: quæ tria fere in omni ſcriptionis genere conſiderari ſolent; nam et idem Horatius in A. P. *Verbaque prævisam rem non invita ſequentur.* Sed non ſequor; neque enim *audaces, verba* et *numeri*, ita opponuntur, ut tua illa διάνοια, λέξεις, καὶ μέτρον, quod poſtulat illa ἑρμηνεία. Non me fugit J. Scaligerum, P. Victorium, et F. Robortellum, bone Deus, quos et quantos viros, audaciam dithyramborum aliter interpretari. Illi ad numerorum incertum modulum, libertatemque carminis referunt: hic vero ad verborum novationem traduxit; quæ duo a Flacco mox ſubjici quis non videt? Acro vetus interpres τὸ *audaces* dupliciter videtur explicaſſe, aut quia vehementiores ceteris rhythmis, aut propter verborum innovationem. Poſteriorem explanationem ſecutum video Robortellum. Porphyrio ad ſcriptum Pindari refert, quo raptus multum ſibi permiſit, et auſus hoc genere metri novas hiſtorias canere; de qua Porphyrionis explicatione nihil poſſum exiſtimare, quando Pindarici dithyrambi perierunt. Acronis utraque et illa Scaligeri, et Victorii conſentiunt naturæ dithyramborum, quam quidem ex veterum ſcriptis noſcere datum eſt. Sequor itaque aut priorem Acronis, aut poſteriorem

copulatam cum illa Scaligeri; ut *audaces* quidem dicantur, et quod ſint καινοτόμοι, et quod exleges et ἀθέμιστοι. Utrumque enim magnæ audaciæ argumentum. Ita non erunt tria ἀντίθετα, ut voluit Martellius; quod nec verba Horatii præ ſe ferunt; ſed duo poſteriora, quod eſt apud omnes Græcos, Latinoſque ſcriptores frequentiſſimum, erunt ἐπεξηγήσεις prioris. Atque utinam non in reliqua odæ parte explananda eum fugiſſet ratio. Subjicit enim, quoniam *Lyricæ,* inquit, *poeſeos finis eſt laudatio*; quatuor laudationum formæ totidem verſibus proponuntur a Flacco. Sed o felicem illum, qui potuerit τὰ πολλὰ εἰς ἓν συναθροίζειν. Fortunatos enim eos judicat apud Platonem Socrates, qui hac facultate valerent. Cenſetne tot tamque varios *Odarum* Horatii judices καὶ ἐπιγραφὰς, πρὸς μίαν φύσιν pertinere? Quid autem commune τοῖς παραινετικοῖς cum Encomiaſticis? Illis monemus, ut plerumque Anacreon et Horatius τὰ Ἐπικούρεια: his laudamus. At commune utriuſque τὸ πείθειν eſſe dicit. Ἀλλὰ τὸ πείθειν eſt finis, non Poeticæ, ſed Rhetoricæ; quem cum adhibet Poeta, Rhetoris perſonam induit. Ἡ διάνοια γὰρ τῆς ποιητικῆς ex Rhetorum fontibus petenda, ut in Poeticis docuit Ariſtoteles, Philoſophorum prope Deus. Quid præterea commune his duobus generibus cum aliis Odis? ut cum quinta et 13. lib. 1. ut ceteras mittam, quæ longiſſime ab utroque genere abhorrent. Aſſentior itaque iis, qui hunc Lyricæ finem proponunt, animos hominum, qui hæc legerint, audierintve, exhilarare, et levare gravitate illa heroica, aſperitate Iambica, et Comica, et acerbitate ſenſus Tragica, atque Elegiaca; ut ad Muſicæ finem, cum qua arctiſſimum illi vinclum intercedit, quam proxime accedat. Nam in *Epicediis* et *Threnis,* quos canit: *dum vires, animumque moreſque Aureos educit in aſtra, nigroque Invidet Orco.* Qui neceſſitudine aliqua defunctos attingunt, immenſum quantum in ea etiam doloris acerbitate non ſolum mitigantur, verum etiam quodammodo geſtiunt et exſiliunt. Sed de fine ſatis ſuperque. Ad formas Lyricæ veniamus, quas quatuor eſſe ex Horatii locis elicere conabor. Vel enim Dithyrambicis verſibus homines in Dionyſiacis et Orgiis divino numine pleni, quaſi ἐνθουσιασμῷ rapiebantur; vel Dii, Deorum filii reges laudabantur, ut ad imitationem alii raperentur; vel res præclare geſtæ virtuteſque hoc carmine celebrabantur, vel denique ut fidus amor ab oblivionis injuria vindicetur, ſtudioſe dant operam. In his fere omnis Lyricorum opera conſumitur. Sic itaque Poeta: *Seu Deos, regeſque canit Deorum Sanguinem &c.* Quot etiam Lyricorum argumenta 4. idem in Epiſtola ad Piſones complexus eſt: *Muſa dedit fidibus Divos, pueroſque Deorum, Et pugilem victorem, et equum certamine primum, Et juvenum curas, et libera vina referre.* Non enim evincit Martellius, nec mihi perſuadet; fortaſſe nec aliis eruditioribus. Neque enim duo illi loci, quos inter ſe componit, quaſi gemini ſint, eadem volunt. Horatius certe in Odis, ut mihi quidem videtur, non eſt τεχνικός: nec ab illo exſpectandum, ut ἀκριβέστατα genera Lyricorum (quæ poeſis πολυμερεστάτη eſt, et δια-

φόρους ἔχει τομὰς, ut vere noſter ait Proclus) diſtinguat et partiatur. Satis eſt illi in ea Oda aliquot genera recenſere eorum, quæ Pindarus ſuis hymnis proſecuturus erat. Hæc ſi ſpectaſſet Hugolinus, non in eos ſe errorum laqueos induiſſet, dum nimis Methodicus eſſe vult. Facit enim tertium genus Lyricæ, *res præclare geſtas canere.* An excidit illi vetus illud Rhetorum præceptum, in incunabulis etiam artis bene dicendi decantatum, αἱ πράξεις κυριώτατον κεφάλαιον τῶν ἐγκωμίων; qui igitur hoc genus audet a primo et ſecundo ſejungere? partem κυριωτάτην toti detrahere? Abi: exime cor, aut cerebrum homini, quæ ſpes reliqua erit? Illud autem ex Ep. ad Piſones —— *et libera vina referre,* quod eſt plane Anacreontium, ubi legitur in oda illa de Pindaro? Sed reprimam me; nec enim illi Procli Chreſtomathiam legere contigit; cujus diviſionem qui legerit, næ ille ἀκριβεστέραν non admodum requiret. Omnis enim poeſis lyrica *aut ad Deos, aut ad homines, aut ad utroſque denique pertinet*; nam quartum idem rejicit. Horum generum formæ ſunt multæ, quarum aliquot ab Horatio, plures a Proclo noſtro recenſentur. *Schottus.*

P. 383, 7. ἁπλουστέραις κέχρηται ταῖς λέξεσι.] At Ariſtoteles in Poeticis τὰ μὲν διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις. Et Rhet. III. 3. χρησιμώτατον ἡ διπλῆ λέξις τοῖς διθυραμβοποιοῖς, et addita ratione. Idem Schol. Ariſtoph. Nub. 334. et Pac. 829. et alii. Hanc ego difficultatem ſic explico ex loco illo Ariſtotelis Rhet. III. 3. ut ſeſquipedalia illa nomina, quibus utebantur Dithyrambici, dicantur ἁπλούστερα, quia minus εὐσύνθετα nec tam facilis et proclivis eorum compoſitio atque εὔφωνος, quam vulgarium. In Nomis vero διπλασίαι λέξεις, ſed εὐσύνθετοι. Si exſtarent Dithyrambi et Nomi, illuſtrius iſta cernerentur. In Dithyrambo illo Pindari (T. III. p. 67.), qui legitur apud Dionyſ. Halicarn. ἐν τῷ περὶ συνθέσεως (p. 180. ed. Upton.), duo illa nomina juncta ἐαριδρέπτων, et ἑλικάμπυκα. Sed illis duriora etiam et horridiora deprehenduntur, ut illud στρεπταίγλαν Philoxeni. *Nunneſius.*

Ibid. 8. ὁ δὲ Νόμος τοὐναντίον διὰ τῶν . . . ἀνεῖται.] Quid deſit affirmare non poſſum, fortaſſe ἠθῶν. Sunt enim τὰ ἤθη ἀντίθετα τοῖς πάθεσι: et de Dithyrambo, quem comparat cum Hymno Nomico, dixerat εἰς τὰ πάθη κατασκευαζόμενος. *Nunneſius.*

Ibid. 10. καὶ τοῖς ῥυθμοῖς.] Dionyſ. Halicarn. περὶ συνθ. ὀνομ. ed. Upt. p. 156. Οἱ δὲ διθυραμβοποιοὶ καὶ τοὺς τρόπους μετέβαλλον, Δωρίους τε καὶ Φρυγίους καὶ Λυδίους ἐν τῷ ᾄσματι ποιοῦντες, καὶ τὰς μελῳδίας ἐξήλλαττον, τότε μὲν ἐναρμονίους ποιοῦντες, τότε δὲ χρωματικὰς, τότε καὶ διατόνους, καὶ τοῖς ῥυθμοῖς κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζοντες διετέλουν. Ariſtoteles vero Polit. VIII. 7. *Phrygia*, non *Dorica* indigere harmonia dithyrambos ait; Phrygius enim modus vehemens appellatur, et violentus a Luciano, hominem concitat, et in furorem accendit. Hinc et materia petita a Declamatoribus apud Fabium Quinctilianum I. 10. lege et de Pythagora cum modis Muſicis mutante ſimul etiam animi perturbationes, quæ

πάθη Græci vocant, apud Plutarchum, Boethium, et Martianum Capellam; ut et Iſchiadicis mederi tibiarum cantum apud Agellium N. A. IV. 13. *Schottus.*

P. 383, 12. τὸν Φρύγιον καὶ Ὑποφρύγιον ἁρμόζεται.] Malim τῷ Φρυγίῳ καὶ Ὑποφρυγίῳ. De his modis Lucianus in Harmonide T. I. p. 851. τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον· τῆς Φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου τὸ βακχικὸν, τῆς Δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. Ex quo, ut pleraque fabulæ Mileſiæ, eſt mutuatus Appuleius Madaurenſis, Florid. p. 342. ed. Elmenhorſt. *Tibicen quidam fuit Antigenidas omnis voculæ melleus modulator, et idem omnis modi peritus modificator, ſeu tu velles Æolion ſimplex, ſeu Iaſium varium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Doricum bellicoſum.* De quo tibicine etiam Cicero in Bruto, Plinius XVI. 36. Valerius Max. VII. 7. Agellius XV. 17. Plura Plutarchus Comment. de Muſica, et Boethius, Muſicæ item Theoreticæ princeps, Franc. Salinas Burgenſis, cæcus ab octavo ætatis anno, IV. 11. et 13. de Muſica Latine et eleganter conſcripta; poſt Ariſtoxeni, Ptolemæi, et in ejus Harmonica Porphyrii comm. Manuelis Bryennii, et Ariſtidis Quinctiliani libros ἁρμονικῶν; quos ego auctores Græce in Bibliothecis Italiæ et Hiſpaniæ adhuc latentes videre memini. *Schottus.*

Ibid. τὸν Φρύγιον.] Libet, priuſquam manum de tabula tollam, Æliani loco obſcuro lucem, qua poſſum, adferre ex conjectura. Interpretes enim, Venetum et Germanum, rem acu non tetigiſſe video: adſcribam autem eo libentius Græce, ut prudens lector, quantum ſit fidei adhibendum alienis verſionibus, intelligat, dum poſſit ſine cortice, quod aiunt, nare, et ſuis, non alienis, ut cæci, oculis cernere verum. Sic enim ille V. H. XIII. 21. Ὅτι ἐν Κελαιναῖς τῇ δορᾷ τοῦ Φρυγὸς ἐὰν προσαυλῇ τις τὴν ἁρμονίαν τὴν Φρύγιον ἡ δορὰ κινεῖται, ἐὰν δὲ εἰς Ἀπόλλωνα, ἀτρεμεῖ καὶ ἔοικε κωφῇ. Vulteius, Germanus, ſic reddidit; *Si Apollini, vel ad Apollinem, quieta, mutaque videtur pellis.* Jac. Laureus, Venetus: *quaſi qui ad Apollinis ſimulachrum concinit Phrygium modum, immobilis ſit et muta.* Reperit autem Marſyas Phryx Phrygios modos Muſicæ, geminaſque tibias, ut Lydios Amphion, et Doricos Thamyras Thrax: auctor Plinius VII. 56. Reſpexit vero Ælianus, niſi fallor, ad Marſyæ Phrygis pellem, qua illum Apollo cantando victor excoriavit: Ovid. Met. VI. et Appuleius init. Floridorum. Ille itaque Apollinis *delubrum*, hic *ſimulachrum* animo concepit; ego vero, pace illorum, Muſicos modos comparari exiſtimo; *Phrygium* nimirum, et quo Pæana Apollini accinebant; eſtque de ἀντιπαθίᾳ ſermo; qua et aquilarum plumæ avulſæ, ceterarum avium pennas conſumunt: et tympana ex pelle ovina, ad corii lupini conticeſcunt. Variis autem modis *Pæana* et *Dithyrambum* accini ſolere, unus Plutarchus docebit περὶ τοῦ ΕΙ τοῦ ἐν Δελφοῖς, p. 389.[h] ᾄδουσι τῷ

[h] NB. Latina tantum dederat Schottus.

μὲν Διθυραμβικὰ μέλη παθῶν μεστὰ καὶ μεταβολῆς, πλάνην τινὰ καὶ διαφόρησιν ἐχούσης, Μιξοβόαν γὰρ, Αἰσχύλος φησὶ, πρέπει Διθύραμβον ὁμαρτεῖν Σύγκοινον Διονύσῳ· τῷ δὲ παιᾶνα τεταγμένην καὶ σώφρονα μοῦσαν, ἀγήρω τε τοῦτον ἀεὶ καὶ νέον, ἐκεῖνον δὲ πολυειδῆ καὶ πολύμορφον ἐν γραφαῖς καὶ πλάσμασι δημιουργοῦσι· καὶ ὅλως τῷ μὲν ὁμοιότητα καὶ τάξιν καὶ σπουδὴν ἄκρατον, τῷ δὲ μεμιγμένην τινὰ παιδιᾳ καὶ ὕβρει, καὶ σπουδῇ, καὶ μανίᾳ προσφέροντες ἀνωμαλίαν, Εὔιον ὀρσιγυναῖκα Διόνυσον μαινομέναις συνθέοντα τιθήναις ἀνακαλοῦσιν, οὐ φαύλως ἑκατέρας μεταβολῆς τὸ οἰκεῖον λαμβάνοντες κ. τ. λ. Sed emerſimus jam tandem ex hoc pelago dithyrambico, et ſcopulos enatavimus; in quo hic fortaſſe conſecuti, ſecuti ſaltem ſumus, ut rem a nemine tractatam, explicaremus in Proclo: (quæ nemo de hac ipſa re, aut copioſius, aut apertius) vel ſuppeditaremus ea, quæ alii majori otio, et librorum copia abundantes, augere facile queant, et quaſi calamiſtris inurere. *Schottus.*

P. 383, 12. In Dithyrambo, modis Phrygio et Hypophrygio canebatur, quos vulgo Muſici tonum tertium et quartum vocant. Ariſtoteles Problem. XIX. 49. ἦθος δ' ἔχει ἡ μὲν ὑποφρυγιστὶ πρακτικόν. διὸ καὶ ἐν τῷ Γηρυόνῃ ἡ ἔξοδος καὶ ἡ ἐξόπλισις ἐν ταύτῃ πεποίηται. Ex his percipitur quam aptus eſſet modus Hypophrygius Dithyrambo, cum et Dithyrambus ut ἐνόπλισις illa quæ in fabula inducebatur, πρακτικὸς eſſet. Nam de Phrygio diſerte idem Ariſtoteles Polit. VIII. extr. ὁ Διθύραμβος ὁμολογουμένως εἶναι δοκεῖ Φρύγιον, quod et teſtimonio doctorum ejus artis confirmatur, et Philoxeni Dithyrambici, qui cum tentaſſet Dithyrambos modo Dorio, poſtea, re ipſa doctus, in Phrygium, Dithyrambo maxime congruentem mutavit: quin et Phrygium modum ὀργιαστικὸν καὶ παθητικὸν eſſe docet Ariſtoteles eodem libro. Hic locus me admonet obiter, quam turpiter peccatum ſit in Poeticis Ariſtotelis ab ejus explanatoribus, quo loco docet hoc differre Nomos a Dithyrambis, quod illis perſonas graves, his leves imitarentur; citatque teſtes Philoxenum et Timotheum in Cyclope et Perſis. Recte vero, ne otio abutar aliorum erratis commemorandis. Nam Timotheus, ut auctor Nomorum, aperte hic et alibi citatur. Perſas autem illius nominatim laudat Plutarchus in Philopœmene p. 362. C. et Suidas, qui eum Nomon ait inſcriptum fuiſſe Πέρσαι ἢ Ναύπλιον. Quod autem argumentum Perſarum grave eſſet declarant Tragœdiæ a Phrynicho, Æſchylo, et aliis Tragicis eo nomine inſcriptæ. Nam de Philoxeno quod Dithyrambicus fuerit lippis notum. Induxerat autem ille in fabula Galatea Cyclopem ut paſtorem bardum et ſtupidum, qui ſuo gregi præcineret. Videndus Ariſtophanis interpres in Pluto; quin et Zenobius in Parœmiis adagio οἵῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν fabulam nomine Cyclopis attribuit Philoxeno, atque locum illius laudat. Ludovicus Caſtelvetrius, Italicus Ariſtotelis interpres, neſcio qua confidentia locum totum immutavit, quo invexit Ἀργᾶν quendam, μοχθηρῶν ᾀσμάτων poetam ut ait Athenæus, contra fidem omnium codicum. Ceteri mo-

deſtiores, licet hæreat illis aqua. Hæc ego, et alia multa lucrifeci hoc ἀποσπασματίῳ τοῦ Πρόκλου. Revertamur ad modos, quibus hæ fabulæ fiebant. *Nunneſius.*

P. 383, 13. ὁ Νόμος δὲ τῷ συστήματι τῷ τῶν κιθαρῳδῶν Λυδίῳ.] Donatus erudite in Prologo ad Adelphos: *Modulata eſt tibiis dextris, id eſt Lydiis, ob ſeriam gravitatem qua fere in omnibus Comœdiis utitur hic Poeta: ſæpe tamen mutatis per ſcenam modis &c.* Nihil ergo aptius Nomis, id eſt, gravi poemati modo Lydio; quamvis hic modus, ſi intentionem ſoni ſpectes, acutior eſt Phrygio et Dorio, ut Muſici docent, ac propterea fortaſſe viſus quibuſdam levior. Sed de his Muſici diſceptent. Illud tamen moleſtum Ariſtot. Probl. XIX. 48. τὴν ὑποδωριστὶ ἁρμονίαν ait convenientiſſimam eſſe citharis; de quo viderint et Muſici. In Politicis certe Dorium et Lydium modos eidem uſui accommodat, ſcilicet τῇ παιδείᾳ τῶν νεωτέρων, cum Dorius στασιμώτατος ſit, et mediocritatem quandam obtineat, atque ad mores viriles ſit vehementer aptus. Lydius vero κόσμον τε καὶ παιδείαν ἔχῃ. Octavus autem hymnus Nemeorum Pindari dicitur ab interprete editus modo Lydio. Nunc ad reliqua. *Nunneſius.*

Ibid. καὶ συστήματι.] Retinui vocem Græcam, quamvis non ignorem Boethium *conſtitutionem* reddidiſſe; eſt enim artis vocabulum, a Latinis, ut pleraque alia, retentum. Atque utinam id genus plurima, ut in Geographicis, vocabula reliquiſſent Græce, potius quam inepte converſa venditaſſent. Sed venit in mentem, et Photio eidem opem ferre, qui interpretis vitio, quantum conjicio, male acceptus eſt, in Synopſi ſeptem Conciliorum generalium, ubi legitur initio *Hoſius Cordubæ Epiſcopus:* Nicænæ enim primæ Synodo interfuit. Vulgo male legitur, *Pius Cordumbres Epiſcopus.* Innumera id genus in mundo ſunt; ſed Photio debui hanc operam. *Schottus.*

Ibid. 15. καὶ ἐν τοῖς τόποις.] Omnino legendum ἐν τοῖς πότοις, inverſo ordine literarum; qui error etiam manavit in ea quæ infra leguntur, ᾔδετο περὶ τοὺς τόπους. Reſtituendum πότους, ut ex omnibus ſcriptoribus hujus argumenti liquet. *Nunneſius.*

Ibid. 16. ὁ δὲ Νόμος δοκεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ Παιᾶνος ῥυῆναι.] Quid mirum, cum uterque Apollini potiſſimum fuerit conſecratus; quamquam et Pani Nomos attributos, et Dianæ Pæanas legimus. Sed Pan paſtor item et magiſter Apollinis; Diana vero ſoror. *Nunneſius.*

P. 384, 3. Ἀδώνιδια.] De *Adonide* Veneris amaſio Eidyllium eſt Theocriti XV. quod inſcribitur Ἀδωνιάζουσαι. Rurſum legitur ex XXX. Eid. in mortem ejuſdem, Anacreontico carmine. Meminit et XIX. Eid. in Epitaphio Bionis, quod Moſcho verius attribuitur, quam Theocrito: item XXIV. Hanc et inter lactucas collocaſſe Adonim refert Athenæus II. p. 69. D. quod de Phaone tamen Leſbio Ælianus prodidit V. H. XII. 18. qua de re et Andr. Alciati I. C. doctiſſ. emblema elegans circumfertur. Fulgentius

Mythol. III. *Suem quoque ob cædem averſari poetæ fabulantur, ſive Martem zelotypum.* Sic enim Nonnus Panopolita Dionyſiac. XLI. 206. canit: Πᾶσι μὲν ἀμφελέλιξε γεγηθότα κύκλον ὀπωπαῖς Πᾶσιν ὁμοῦ, μούνην δὲ συῶν οὐκ ἤθελε λεύσσειν Τερπωλὴν, ἅτε μάντις, ἐπεὶ συὸς εἰκόνι μορφῆς Ἄρης καρχαρόδων θανατηφόρον ἰὸν ἰάλλων Ζηλομανὴς ἤμελλεν Ἀδωνίδι πότμον ὑφαίνειν. Quibus etiam lucem attulit doctiſſimus Politianus Miſcell. cap. xi. Exſtat Romæ marmorea inſpectio, in ædibus Cl. V. Tiberii Cevali, in qua ſculptus Adonis, recens ab apro vulneratus: et miniſter prope aſtans cum Spongia, qua admota vel ſanguinem ſiſtat, vel femur deturgeat, ut et Tom. I. Annal. Eccleſ. Baron. Card. adnotavit, et nos pluribus de Adonidiis apud Ezechiel. obſervationum ſacrarum libris. *Schottus.*

P. 384, 3. Lugubrem hunc hymnum fuiſſe ex priſcis conjicimus. De Adonidio autem carmine Metrici multa, quod conſtat Dactylo, et Spondeo, et concurrit cum Choriambico monometro hypercatalecto. *Nunneſius.*

Ibid. 5. ἤδετο δ' ὁ Ἰόβακχος [g].] Libero Patri multa genera carminum attributa a Metricis, ut comma ex tribus Trochæis, Choriambicum ex Bacchiis, item ex Palimbacchiis. *Nunneſius.*

Ibid. 6. πολλῷ φριάγματι.] Leg. omnino φρυάγματι. Natum mendum, ut innumera alia in Græcis Latiniſque auctoribus, ex depravata pronunciandi conſuetudine, qua η et ι et υ eodem ſono male efferuntur. Erat autem hic geſtus Bacchantium in Dionyſiacis, et Orgiis, anhelitu quodam rapi, caput jactare, et comam rotare, *Io, Io*, ingeminando; quod vel ipſa bacchantis voce ſignificari notum eſt, plenaque omnis antiquitas. *Schottus.*

Ibid. 7. ὑπόρχημα δέ.] Saltationis varia genera Lucianus περὶ ὀρχήσεως enumerat, et Pollux. In his *Caſtorion* numerat Pindarus, [Pyth. II. 127. ubi v. Schol.] carminis genus ὑπορχηματικὸν, rhythmo Æolico conditum; a Caſtore et Polluce ſic appellatum, qui et ipſi ſaltarunt, ut et pugiles fuerunt. Minervæ attribuit Epicharmus, quæ armata præcinuerit, Caſtoriumque cecinerit; unde et Lacones in bello tibiis uſi putabantur. Pindari autem aliquot id genus carmina, quæ ſaltando in choreis canerentur, citant ejus interpretes ſimul et Ariſtophanis, item Erotianus. Legendus J. C. Scaliger Poet. I. 47. poſt Athenæum XIV. p. 629. ſq. *Schottus.*

Ibid. De his Lucianus ἐν τῷ περὶ ὀρχήσεων. Ex Ionicis a majori hyporchematicum (ſic enim lego apud Marium Victorinum in Didaſcalicis p. 2539. non ὑπερχωματικὸν) et quartus Pæon hyporchematicus appellatus a Metricis. *Nunneſius.*

Ibid. 10. Κουρῆτας.] De Curetibus, ſeu Corybantibus, et Cretenſibus, a quibus Jupiter nutritus dicitur in fabulis Poetarum, multa Strabo lib. X. p. 713=678. ſeqq. Pyrrhichiam ſaltationem

---

g Vide Bentleium ad Horatii Serm. I. iii. 7.

ἐνοπλίην, hoc eſt, armatam reperiſſe : ἐνθουσιασμὸν quoque, et ritus ceremoniarum. De his et Diodorus Siculus V. 65. T. I. p. 382. et Plinius VII. 56. ἐνοπλίην a Pyrrhica diſtinguere videtur; *Saltationem*, inquit, *armatam Curetes docuere*; *Pyrrhichen Pyrrhus* ; ut et doctiſſimus Budæus in Pandect. annotavit. Lege et J. Dalechampii in Plinium annot. VII. 56. et Pindari interpretem Pyth. II. 127. Oppianus Cyneg. III. init. in leones converſos a Saturno Curetas, Jovis altores, fabulatur, repugnantibus reliquis poetis. Eleganter vero Dionyſius Halic. VII. extr.[h] σκευαὶ δὲ τῶν ὀρχηστῶν ἦσαν χιτῶνες φοινίκεοι, ζωστῆρσι χαλκέοις ἐσφιγμένοι, καὶ λογχαὶ βραχύτεραι τῶν μετρίων· τοῖς δ' ἀνδράσι καὶ κράνη χάλκεα, λόφοις ἐπισήμοις κεκοσμημένα καὶ πτεροῖς. Ἡγεῖτο δὲ καθ' ἕκαστον χορὸν εἷς ἀνὴρ, ὃς ἐνεδίδου τοῖς ἄλλοις τὰ τῆς ὀρχήσεως σχήματα πρῶτος, εἰδοφορῶν τὰς πολεμικὰς καὶ συντόνους κινήσεις ἐν τοῖς προκελευσματικοῖς ὡς τὰ πολλὰ ῥυθμοῖς. Ἑλληνικὸν δ' ἄρα καὶ τοῦτο ἦν ἐν τοῖς πάνυ παλαιὸν ἐπιτήδευμα, ἐν ὅπλοις ὄρχησις ἡ καλουμένη Πυῤῥίχη, εἴτ' Ἀθηνᾶς πρώτης ἐπὶ Τιτάνων ἀφανισμῷ χορεύειν καὶ ὀρχεῖσθαι σὺν ὅπλοις τἀπινίκια ὑπὸ χαρᾶς ἀρξαμένης, εἴτε παλαίτερον ἔτι Κουρήτων αὐτὴν καταστησαμένων, ὅτε τὸν Δία τιθηνούμενοι θέλγειν ἐβούλοντο κτύπῳ τε ὅπλων, καὶ κινήσει μελῶν, καὶ ῥυθμῷ, καθάπερ ὁ μῦθος ἔχει. Δηλοῖ δὲ καὶ τούτου τὴν ἀρχαιότητα, ὡς ἐπιχωρίου τοῖς Ἕλλησιν, Ὅμηρος πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, μάλιστα δ' ἐν ἀσπίδος κατασκευῇ, ἣν Ἀχιλλεῖ δωρήσασθαί φησιν Ἥφαιστον. *Schottus.*

P. 384, 10. Nota hæc ex aliis. Ab his Pæon tertius Curetici nomen reperit apud Metricos. Quare et hic aptus eſſet huic generi hymnorum, ut et ſecundus qui et Creticus vocatus, et Creticus ipſe his par, cum et ὑπορχήματα ipſa Κρητικὰ dicta fuerint, ut obſervaverat Soſibius [apud Schol. Pindari Pyth. II. 127.] et ὑπορχήματα canebantur Cretico, ait Marius Victorinus. *Nunneſius.*

Ibid. 11. Πυῤῥίχην[i].] De Saltationibus Pyrrhichis Euſtathius ad Homerum non ſemel, et Athenæus XIV. ad Cretenſes refert. Κρητικὰ vocat Homerus et ad Merionem refert, qui Cretenſis erat. Meminit et Herodianus H. Aug. IV. c. 3. ubi de Imperatorum ἀποθεώσει. Callimachus H. in Jovem, 52. et ibi Germanus interpres, Lucret. II. 629. de Curetibus. Strabo X. p. 680=716. Solinus cap. XVII. Appuleius Metam. X. p. 253. ed. Elmenhorſt. Tacitus Annal. XI. 31. et German. 24. Suetonius Cæſ. 39. Xiphilinus. Polydor. Virgil. de Invent. II. 13. Leonicus V. H. I. 87. Eraſmus Adag. Hieron. Mercurialis de Arte Gymnaſt. Phrynichus poeta Πυῤῥιχισταῖς edita tragœdia, adeo placuiſſe legitur, ut ab Athenienſibus belli dux, ut et Tyrtæus vates alius ſit delectus; auctor Ælianus V. H. III. 8. Idem

h NB. Schottus exhibuerat verſionem Latinam Gelenii. Mihi viſum eſt melius Dionyſii ipſius verba proferre.

i Vide ſupra ad Schol. Hephæſt. p. 157. Largam exemplorum meſſem dedit Meurſius in *Orcheſtra* p. 63.

tamen XIII. 17. in exſilium ab iiſdem Athenienſibus actum poetam refert, dum Mileti obſidionis fabulam ageret. Sed locus eſt depravatus, Ἀριθμὸν σφηκῶν πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλεκτρύων. Emendandum primus vidit P. Leopardus, Belgarum ingens in literis decus, Ἀριστοφάνης Σφηξίν. Πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ Emend. II. 12. Conſule Ariſtoph. Veſp. 1481. ejuſque Scholiaſten. De *Pyrrhichio* Marius Plotius de Metris editus, ſic ſcribit p. 2624. *Pyrrhichius pes ex duabus brevibus conſtat, temporum duûm, ut* herus; *qui a Pyrrhicha, luſus genere, nomen accepit: quia hoc ſono milites uſi ſub armis per ludum, ut ait ille,* ciebant ſimulacra pugnarum. *Ipſa tamen Pyrrhicha dicta eſt a Pyrrhicho Cydonio, qui primus Cretenſes ſub armis ſaltare ad hujus pedis ſonum inſtituit. Alii dicunt a Pyrrho Achillis filio, quem primum ad tumulum patris ſui armatum honoris gratia ſaltaviſſe* [*ferunt.*] *Ariſtoteles autem Achillem ait hujus luſus inventorem fuiſſe. Quibuſdam placet ab ardore, id eſt, a velocitate ſui ſoni nomen accepiſſe hunc pedem,* ἀπὸ τοῦ πυρὸς, *id eſt, a flamma. Cognatus enim ſenſus ardoris ac velocitatis eſt; unde,* Inſtant ardentes Tyrii, *id eſt feſtinantes, et,* Ardet abire fuga, *id eſt feſtinat.* Hactenus ille. *Schottus.*

P. 384, 11. De his præter alios Diomedes in Pyrrhichio, ſed omnium copioſiſſime Pindari interpres Pyth. II. 127. ubi et initium cujuſdam ὑπορχήματος Pindarici legitur ejuſmodi: Σύνες ὅ τι λέγω ζαθέων ἱέρων ἐπώνυμε. Sed apud Diomedem omnia fere depravata, in quibus illud conabar obiter: *Et Cineſias eſſet cognominatus. Fidem hujus enarrationis facit Ariſtophanes Comicus, nomen ejus dictans characterem* Πυῤῥίχην τὴν Κινησίου. ἐκ τῶν βατράχων Ariſtophanis; ubi antea pro his Græcis *achenchineam* legebatur. Vide et Suidam in Πυῤῥίχαις. *Nunneſius.*

Ibid. 12. ὁ ἐπινίκιος.] Tale mihi illud carmen fuiſſe videtur 1 Reg. XVIII. quod egreſſæ mulieres ex urbibus Iſrael Davidi victori, cæſo Goliath, immani Gigante, cecinerunt, choros ducentes in tympanis lætitiæ et ſiſtris, dicentes, *Percuſſit Saul mille, et David decem millia.* Legiturque mox c. 21. et 29. et Eccleſ. 47. *Schottus.*

Ibid. 14. τὸ δὲ σκολιὸν μέλος.] Σκολιὸν carmen, ſeu obliquum, in conviviis canebatur, in laudem præſtantium virorum, qui pro Republ. cecidiſſent; vel virtutis aliquam ſaltem prædicationem continebat; idque ad citharam, quam ex Catonis Originibus Cicero Tuſcul. I. 2. et Quinctilianus I. 10. in Græcorum conviviis obambulare ſolitam aiunt: nec ἐφεξῆς, hoc eſt, *ordine* per triclinia accumbentium, ſed ἐναλλὰξ, id eſt *per ſaltum* arbitratu ejus qui proxime ceciniſſet. Canebant autem vel Simonidis plerumque, vel Steſichori odas. Et myrteum ramum manu tenentes, cum Æſchyli verſus; vel laureum termitem, dum Homericos accinerent. Ab hoc ordine implexo Σκολιὰ dicta, διὰ τὸ πολυκαμπὲς τῆς περιόδου. Hæc fere ex eruditis Ariſtophanis enarrationibus ſimul et Plutarchi Sympoſiacis convertimus; quorum et hic lib. de Muſica, Pindari auctoritate, Scolii inventionem Terpandro tribuit.

Exſtarent qui de Scolio olim conſcripſere, magnam nobis in his tenebris lucem attuliſſent. Tyrannionis enim, C. Cæſaris juſſu, liber conſcriptus olim exſtitiſſe fertur. Didymus quoque, χαλκέντερος ille, συμποσιακὰ conſcripſerat, quorum tertius liber varia de Scolii etymo continebat, ut refert Etymologici auctor. Scripſit et Ion Chius τὰ σκολιά: Origines item, in quæ obſcura et perplexa conjecerat. Scolion de Admeto Theſſalo, cujus Alceſtis, notæ et fortitudinis et pietatis in conjugem, uxor fuit, exſtat hodieque apud Euſtathium in Il. B. p. 326=247. et Ariſtophanem Veſp. 1231. ejuſque interpretes. Item de Harmodii ſcholio, qui cum Ariſtogitone, interfecto Hipparcho, Piſiſtratidarum tyrannidem convellit idem meminit in Acharn. 977. et in Athenæum XV, 14. 15. explicat Caſaubonus. Omitto nunc Scolia quæ apud Platonem in Gorgia leguntur, de tribus vitæ bonis, valetudine, fortitudine, et divitiis; et Timocreontis Rhodii in opulentiæ deteſtationem, apud Suidam: aliaque apud Euſtathium Il. Δ. p. 461=351. quæ olim ſunt accurate collecta ab H. Junio Animadv. III. 7. Sed nondum viderat ille fragmentum illud ingens Athenæi XV. p. 693. ſeqq. quod primum eſt ex Italicis Bibliothecis editum noſtra memoria a Gul. Cantero, familiari olim noſtro, Nov. Lect. IX. in quo multa, et præclara de Scolio; legiturque nunc Latine etiam in Athenæo Jac. Dalechampii integro. De Scolio lege et Suidam, et Euthymium prolegom. in Pſalm. Davidis: Chiliaſtem autem Batavum non uno in loco. Ceterum Scolio ὄρθιος νόμος opponi videatur, ſi nomina tantum ſpectes; at ſi vim et notionem nomini ſubjectam, non item. Nam ὄρθιος νόμος, ut ſcribit J. Pollux IV. c. 9. a genere rhythmi nomen duxit, ut ὁ τροχαῖος. Erat autem *rhythmus Orthius* ex tetraſema arſi, et octaſema theſi compoſitus, ut docet Ariſtides Quinctilianus in Muſicis; at νόμον σκολιὸν non legi, μέλος σκολιὸν legimus. Sed etymon illius ex genere rhythmi nullus, quod ſciam, tradidit. Quamquam memoria teneo amphibrachyn pedem apud Diomeden *Scolion* nominari, a genere quodam citharæ *Scolio* nominato, ut idem prodidit, cui habiliter componebatur. Poteſt autem fieri, ut *citharam* pro melo, quod fit cithara, uſurpaverit. Et videtur ſane amphibrachys ſæpe interpoſitus in illis ſcoliis quæ leguntur apud Euſtathium ἐν τῷ η Ὀδυσσείας, p. 1574=276. Si quis appendat, hac ratione fieri poteſt, ut *Orthius rhythmus* repugnet *Scolio*. Orthius enim nominatus, ut voluit idem Ariſtides, διὰ τὸ σεμνὸν τῆς ὑποκρίσεως τε καὶ βάσεως, ut in Orthio ſit gravis geſtus, et inceſſus; in Scolio vero levis, qualis ab onuſtis vino poteſt expectari. *Schottus.*

P. 384, 14. Didymus in tertio τῶν συμποσιακῶν commemorat diverſas Etymologias hujus nominis Σκολίου, ut in Etymologico legitur: de quibus Etymologiis, et hoc genere hymni multa Scholiaſtes Ariſtophanis Ran. 1338. Acharn. et Veſp. atque eadem apud Suidam ex illis Scoliis: Euſtathius Od. H. obſervat Σκόλια

pronuntiari προπαροξυτόνως, πρὸς διαστολὴν τοῦ ἐπιθέτου, et tria illorum genera fuiſſe σκωπτικά: quale illud in Plutum ex Timocreonte Rhodio, cujus fit mentio in Scholiis Ariſtoph. Acharn. 531. Ran. 1337. Alias πρὸς ἔρωτα, ut illud Pindari apud Athenæum X. p. 427. E. Χάριτάς τε ἀφροδισίων ἐρώτων. Et alia σπουδαῖα, qualia illa θρηνητικὰ in Admetum, de quibus Ariſtophanes Veſp. 1231. et ejus interpres, atque Paroemiograph. *Nunneſius.*

P. 384, 17. οὐχ ὡς ἐνίοις ἤρεσε κατ' ἀντίφρασιν.] Idem refellunt Schol. Ariſtoph. Veſp. 1231. et Suidas, atque pæne ut hoc loco his verbis: ἔνιοι δὲ φασὶν ὡς ἐκ τοῦ ἐναντίου προσηγορεύθησαν σκολιὰ τὰ παροίνια μέλη. Ἁπλᾶ γὰρ αὐτὰ ἐχρῆν εἶναι καὶ εὔκολα ὡς παρὰ ποτὸν ᾀδόμενα. Οὐκ εὖ δὲ τοῦτο· τὰ γὰρ δύσφημα ἐπὶ τὸ εὐφημότερον μεταλαμβάνεται, οὐ μὴν τοὔμπαλιν· ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ ἑξῆς ἡ λύρα τοῖς συμπόταις ἐδίδοτο, ἀλλ' ἐναλλὰξ, διὰ τὴν σκολιὰν τῆς λύρας περιφορὰν, σκολιὰ ἐλέγετο. In Scholiis tamen Ran. 1337. quaſi non ſint ejuſdem, aut non ſequantur eundem auctorem, σκολιὸν τὸ ῥάδιον κατ' ἀντίφρασιν, μέλος τι ὀλιγόστιχον. Euſtathius item refellit hanc Etymologiam. Unde conſtat locum hunc τοῦ ἀποσπασματίου mutilum eſſe, reponendumque, dum melius exemplar non contingat, poſt τὸ κατ' ἀντίφρασιν, τὸ γὰρ κατ' ἀντίφρασιν: aut τοῦτο γὰρ, et poſt τὸ εὐφημισμοῦ inſerendum ἀλλά. *Nunneſius.*

Ibid. 20. διὰ τὸ προκατειλημμένων.] Quid ſi legas, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι προκατειλημμένων: et mox v. 20. ἕκαστον αὐτῶν ἀκροσφαλῶς συγχύπτεσθαι. Et ſupra paullo, locus quoque mutilus, ὡς ἐπίπαν, addendumque fortaſſe τὸ, vel τοῦτο γὰρ κατ' ἀντίφρασιν ὡς ἐπίπαν τοῦ εὐφημισμοῦ στοχάζεται. De antiphraſi autem Servius, Fabius, Priſcianus, Diomedes, Donatus, Auguſtinus, Dathus, et Franciſcus Sanctius in Paradox. *Schottus.*

Ibid. Aliam rationem adferebat Dicæarchus Meſſenius Ariſtotelis auditor, ἐν τῷ περὶ ἀγώνων μουσικῶν, aliam item Ariſtoxenus et Phyllis Muſici attulerunt, ut in iiſdem Scholiis legimus. Ille ex ordine canentium, hi ex ſitu lectorum ad carmen nomen tranſtulerunt. Proclus ex geſtu canentium. Diomedes amphibrachyn pedem ſcribit ſcolium vocatum, quia habiliter componebatur Scolio, quæ erat citharæ ſpecies. Nuſquam alibi hoc legi. Fortaſſe citharæ ſpeciem pro meli ſpecie, quæ cithara fieret, poſuit. Nam in conviviis cithara circumferebatur σκολιῶς, ad quam et Scolia μέλη canebantur. In exemplis autem eorum Scoliorum quæ leguntur apud Euſtathium ad Od. H. loc. cit. apparent multi amphibrachi. In hoc genere Scoliorum floruiſſe Praxillam, Alcæum, et Anacreontem prodit Athenæus XV. *Nunneſius.*

P. 385, 4. τὰ δ' Ἐρωτικά.] Hujuſmodi apud Anacreontem et Horatium multa. Epithalamii item et Hymenæi exſtant aliquot veterum. Tzetzes Epithalamiorum poetas recenſet Agameſtorem Pharſalium, et Heſiodum in Epithalamio Pelei et Thetidis, a quo fortaſſe Catullus eſt mutuatus. De methodo autem Epithalamiorum Dionyſius Hal. in Arte p. 247. ed. Reiſk. et ibidem περὶ τῶν

ὑμεναίων in Methodo τῶν γαμηλίων, p. 233. quibus ſubjiciuntur Hymenæi. *Nunneſius.*

P. 385, 6. καὶ τὰ Ἐπιθαλάμια.] Heſiodus Epithalamium ſcripſerat in Peleum et Thetim, ex quo Iſ. Tzetzes prolegom. in Caſſandram Lycophronis hos verſus protulit: Τρὶς μάκαρ Αἰακίδη καὶ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ, Ὃς τοῖσδ' ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις. Idem alibi laudat et hæc Agameſtoris (ſive *Agametoris* legendum eſt) Pharſalii ex Pelei et Thetidis Epithalamio, de Achille: quod argumentum æmulatus ſit et Catullus: [ad Lycophr. v. 178.] Παιδνῷ δ' οὔνομα θῆκε πυρίσοον, ἀλλ' Ἀχιλῆα Πηλεὺς κίκλησκεν χείλεος εἵνεκά μιν. Hos, vel alterutrum, imitatum credo, viciſſe fortaſſe Catullum inter Latinos, eleganti illo Epithalamio, *De nuptiis Pelei et Thetidis.* Scripſit et Lucianus lepido dialogo T. I. p. 300. Inter Eidyll. Theocriti XVIII. eſt *Epithalamium Helenæ,* quod et Steſichorum antea ſcripſiſſe Scholiaſtes ibi admonuit. Sunt et Latinorum hodie in manibus Statii Papinii in Silvis, et Claudiani *Epithalamia:* legeſque, ut aliorum Poetarum, Dionyſ. Halicarn. tradidit. *Schottus.*

Ibid. 9. Ὑμέναιον δ' ἐν γάμοις.] Hæc ratio Etymi legitur et in Etymologico M. ſed depravata, quæ ex hoc loco reſtitui poterit: ab Euſtathio tamen aliter refertur in Iliad. Σ. p. 1157=1214, 1. περικαλλῆ τινὰ νεανίαν Ὑμέναιον πρὸ ὥρας θανόντα, καὶ εἶναι τινὰ λόγον αὐτοῦ ἐν τοῖς γάμοις ὃν καλεῖσθαι Ὑμέναιον. *Nunneſius.*

Ibid. 11. Οἱ δὲ κατὰ τιμὴν τοῦ Ἀττικοῦ.] Argivum facit Euſtathius, qui ſic commemorat hoc Etymon p. 1157=1213, 32. ἀπὸ Ὑμεναίου νεανίου τινὸς Ἀργείου, ὃς παραπλέων Ἀθήνας ἔπαυσε βίαν, ἣν λησταὶ Πελασγοὶ ἐπῆγον παρθένοις Ἀττικαῖς, αἳ γάμῳ νομίμῳ ὕστερον ἐκδοθεῖσαι, ᾠδὴν ἦσαν ἐπ' αὐτῷ, ἣν ὁμωνύμως ἐκάλουν ὑμέναιον. *Nunneſius.*

Ibid. 10. Ὑμεναίου τοῦ Τερψιχόρης.] Quidam Muſis, γενικῶς, natum Hymenæum canunt. Claudianus Epithalam. 31. *Hunc Muſa genitum legit Cytherea, ducemque Præfecit thalamis.* Et Martianus Capella: *Tu, quem pſallentem thalamis, quem matre Camœna Progenitum perhibent copula ſacra Deûm. Clius* filium alii, *Uraniæ* Catullus, Aſclepiades vero *Calliopes,* et *Apollinis. Bacchi* vero Seneca Tragicus in Medea; ſed non eſt tanti, nec in eo poſitæ ſunt fortunæ Græciæ, ut ille ait. *Schottus.*

Ibid. 11. ἀφανῆ γενέσθαι.] Sunt qui nuptiarum die ruina domus oppreſſum interiiſſe narrent; et expiationis cauſa in nuptiis nomen frequentari cœptum. De hoc mortis genere exempla aliquot H. Magium collegiſſe memini Miſcell. III. 4. *Schottus.*

Ibid. 12. ἀφελέσθαι κούρας Ἀττικάς.] Refert hanc hiſtoriam Luctatius Grammaticus, ſive is Lactantius eſt appellandus, in Statii Theb. III. 283. Atticas virgines, dum ſacris Cereris Eleuſinæ operarentur, a piratis captas: in his et Hymenæum, qui et inter illas muliebri habitu, amori ut indulgeret, verſabatur. Poſt

a persequentibus somno captos piratas interemptos: Hymenæum vero, qui nuncium Athenas attulisset, quam adamasset, præmii loco petitam, accepisse. Quæ nuptiæ, quia feliciter cesserunt, placuit Atheniensibus nomen illud, boni ominis gratia, in nuptiis invocari: ut apud Romanos ex non dissimili eventu, *Thalassionis.* Servius vero Honoratus in Æneid. I. 651. et Donatus in Terent. Adelph. V. vii. 7. et J. Tzetzes Chil. XIII. v. 589. sqq. aliter paullo; Hymenæum ipsum raptores piratas, somno oppressos, interfecisse referunt. *Schottus.*

P. 385, 13. ἐγὼ δὲ οἶμαι.] In his verbis pro συνέχεσθαι reponendum συνεύχεσθαι. Consentanea huic illa originatio in Etymologico, ἀπὸ τοῦ ὁμονοεῖν τοὺς νυμφίους ὁμόσε ναίοντας, τροπῇ Αἰολικῇ. Nam Æoles, quod vulgo notum, ο in υ commutant. Idem alias Etymi rationes adfert, et Eustathius, quarum nulla plane id exprimit, quod Proclus hoc loco. *Nunnesius.*

Ibid. 17. οἷον ὑμεναίειν.] ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ναίειν, a conjunctissima viri et uxoris habitatione. Alii ἀπὸ τοῦ ὑμὴν, quæ membrana solvitur,—*audet Dum sponsus zonam solvere virgineam.* Illud memorabile apud Ælianum Hist. An. XII. 44. ex [p] Euripide pastores Hymenæos ad tibiam canentes, equas ad Venerem incitare: atque etiam equos ad ineundas feminas incendere. *Schottus.*

Ibid. 18. Σίλλος πεφασμένως.] Sic lego, quasi *aperte* dicas; legitur tametsi in Etymologico, ubi eadem reperias, πεφεισμένως. *Sillus* autem specie Comicæ poeseos ab aliis vocatur. Carmen erat maledicentiæ plenum, et conviciorum: mordax nimis et amarulentum, quale Timon σιλλόγραφος (nam alius hic a μισανθρώπῳ est, Laertio, Luciano, et Suida) et Xenophanes conscripserunt, quæ citantur non raro ab eodem Diogene Laertio, Sexto Empirico, Suida, et aliis. Mnaseas quoque apud Athenæum; tu vide Eustathium in Il. B. p. 204=154. ubi de Thersite, a quo primum hoc carminis genus deridendo natum putant. Ammianus Marcellinus XXII. extr. Didymum, Sillographos imitatum, in Ciceronem libros sex conscripsisse ait. Nomen autem derivat Pollux, Suidas, et Eustathius, ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν τοὺς ἴλλους, *oculos irridendo movere.* Alii παρὰ τὸ σίλλω, quod est *irrideo, cavillor. Schottus.*

Ibid. Totidem verbis leguntur hæc in Etymologico, ubi recte πεφεισμένως est, quamvis posset reponi πεφασμένως quasi aperte hoc facerent; sed et illud potest retineri, quia τὸ σιλοῦν, ut ait Dionysius Ælius, est ἠρέμα παρατρέπειν τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸ διασύρειν. Mihi certe πεφασμένως magis arridet. Horum Poematum Homerum fuisse auctorem et sæpe eo usum docet Eustathius ad Il. B. loc. cit. Xenophanes in eo excelluit, sed Timo Phliasius

---

[p] Vide Musgravium ad Alcest. 588.

Pyrrhonius omnium maxime; cujus Sillorum maximam partem Diogeni Laertio debemus. *Nunnesius.*

P. 385, 19. καὶ διασυρμούς.] Græci etiam μυκτῆρας appellant, ut Latini poetae *nasum* pro *irrisione*. Sed de hac voce nos agere memini in notis ad Senecæ Rhetoris Suasoriam primam, qui locus haud dubie desumtus ex Ciceronis Epist. ad Famil. XV. 19. Addam alterum ex Eunapio Sardiano: sic enim Libanii vita p. 133. Καὶ ὃ πάντες οἱ Συροφοίνικες ἔχουσι κατὰ τὴν κοινὴν ἔντευξιν ἡδὺ καὶ κεχαρισμένον, τοῦτο παρ᾽ ἐκείνου λαβεῖν μετὰ παιδείας ἔξεστιν· οἱ μὲν οὖν Ἀττικοὶ μυκτῆρα καὶ ἁλισμὸν αὐτὸ καλοῦσιν. *Schottus.*

Ibid. 20. διαφέρει δὲ τοῦ Ἐπικηδείου [q].] Eadem quæ hic leguntur ad verbum in Etymologico de Epicedio et Threno; ex quo reponendum et hic ἔτι pro ἐστὶ, ubi et προκειμένου legitur, quod hic κειμένου. Sensus constabit utrovis modo. Dionysius H. in Methodo τῶν ἐπιταφίων p. 259. docet τοὺς Ἐπικηδείους et Θρήνους genera esse Poematum. Eustathius in Od. Λ. p. 1673, 48. hanc differentiam exponit τοῦ Ἐπικηδείου καὶ Θρήνου. Καθότι Θρῆνος μέν φασιν ᾄδεται παρ᾽ αὐτῇ τῇ συμφορᾷ πρὸ ταφῆς καὶ μετὰ ταφὴν καὶ κατὰ τὸν ἐνιαύσιον χρόνον τῆς κηδείας, ᾀδόμενος ὑπὸ θεραπαινίδων, καὶ τῶν σὺν αὐταῖς. Ὁ δὲ Ἐπικήδειος ἔπαινός ἐστι τοῦ τελευτήσαντος μετά τινος μετρίου σχετλιασμοῦ· ὥστε συγγενῶς ἔχει ὁ Ἐπικήδειος λόγος τῷ μνηματίτῃ καὶ Ἐπιταφίῳ· οἱ μέντοι θρῆνοι διεκπίπτουσιν εἰς ἀλλόφυλον, προσήκοντες αὐτοὶ τοῖς παρ᾽ Ὁμήρῳ ἀοιδοῖς θρήνων ἐξάρχοις· οἷς ἐοίκασι καὶ οἱ τοὺς ἐλεγείους ᾄδοντες. *Nunnesius.*

Ibid. τοῦ ἐπικηδείου.] Ἐπιτάφιον iidem Græci vocant: cujus et præcepta Dionysius Hal. in Rhetoricis tradidit; et pro funere viros fortes, beneque de Rep. meritos laudari solitos, etiam matronas illustres laudatas, auctor est Plutarchus Poplicola, et Cæsare, ac Tranquillus. Causam vero reddit T. Livius V. 50. qui et his laudationibus factam esse historiam Romanam mendosiorem extremo lib. VIII. ait, ex Ciceronis Bruto c. 16. quos hic legendos censeo. *Epicedion* autem Bionis exstat in Theocriti Idylliis, quod ad Moschum potius auctorem refertur: meminit enim ibi Theocriti. Alterum item Adonidis Id. XXIII. quod et ipsum Bioni poetæ Bucolico, ademptum Theocrito, adjudicandum critici censent: meminit enim τοῦ Ἀδώνιδος φιλήματος ἐν τούτῳ Ἐπιταφίῳ, τοῦ καὶ πρότερον ἐν τῷ εἰς Βίωνα. Est et ἐπιτάφιος λόγος Demosthenis, quam licet agnoscat Plutarchus, abjudicat tamen Halicarnasseus, *De gravi dicendi genere Demosthenis.* Et M. Tullius Philipp. XIV. extr. in funere veteranorum legionis Martiæ peroravit. Et Philipp. IX. de statua Ser. Sulpicio in legatione mortuo collocanda. Grylli item Epitaphium, et Encomium scripsisse plurimos, ut patri gratificarentur, Aristoteles ait in Xenophontis vita

[q] Vide Ammonium *de differentiis* in voce. p. 54. ed. Valckenærii.

apud Laertium. Hinc *Siti* dicuntur mortui: et *Siticines* in Agellio ex M. Catone XX. 2. unde et illud: *Hic eſt ille ſitus*, apud Ciceron. Legg. II. 22. et in Republ. l. III. Seneca Ep. CVIII. de Scipione Africano: *Hic eſt ille ſitus, cui nemo civi' nec hoſtis Quivit pro factis reddere opræ pretium.* Ad quem locum Hieronymus Columna nobilis juxta ac doctus plura adnotavit in Ennianis fragmentis. *Schottus.*

P. 385, 20. ὁ Θρῆνος.] *Threnos*, et *Nænias* ſcripſit Simonides; ſed longe illo prior Hieremias, vates divinus; quos Eccleſia catholica mater noſtra, anniverſario ritu eo tempore lugubri voce decantat, quo Salvatoris noſtri mortem cum lacrymis pie religioſeque colimus, *Priores duo ordines Sapphico metro decurrunt reliqui Alphabeti Hebraici literis* ἀκροστιχῶς *diſpoſiti ſunt*, ait D. Hieronymus Præf. Comment. in Lament. Hieremiæ. Item Epiſt. 103. ad Paullinum. Eadem in Job præfatur, qui et ipſe *Threnos* ſcribit, et numeris poeticis decurrit. Gregorius quoque cognomento Theologus *Threnos* carmine elegiaco dedit, pios juxta et elegantes. De *Threnis* vero, et *Nænia* et *Hymenæo* Julius Scaliger Poet. I. 50. ejuſque filius Joſephus, in Sextum Pompeium Feſtum v. *nænia* et Catullum. *Schottus.*

Ibid. 24. τὰ δὲ λεγόμενα Παρθένεια.] De his Schol. Ariſtoph. Av. 919. in illud, κύκλιά τε πολλὰ, καὶ καλὰ, Καὶ παρθένεια. Παρθένεια δὲ, ἃ αἱ παρθένοι ᾖδον. Non memini me plura de his legiſſe, ſed quia ſub idem genus atque τὰ δαφνηφορικὰ cadunt, non magnopere laborandum, quando τῶν δαφνηφορικῶν tam accurata afferatur a Proclo explicatio, ut nihil fere neceſſe ſit aliis illuſtrari, pauca igitur et ſtrictim attingam. *Nunneſius.*

P. 386, 2. κατῴκουν Ἄρνην.] Pauſanias Bœot. c. 40. p. 793. Lebadenſibus proximi ſunt Chæronenſes. Eorum urbs olim *Arne* eſt appellata. Filiam Æoli *Arnem* fuiſſe dicunt, a qua urbs altera etiam in Theſſalia *Arne* fuerit nuncupata. Idem in Arcadicis c. 8. p. 613. fontem nominat, ab agnis, (ἄρνας Græci vocant) ducta appellatione. Porro pro ἑῴων leg. videtur τῶν Κόων. Ait enim Iſ. Tzetzes in Lycophr. [r] *Arnem* Bœotiæ urbem *Coon* dictam. Addit igitur hoc ut *Arnem* Bœotiæ diſtinguat ab *Arne* Arcadiæ fonte. *Schottus.*

Ibid. 7. τοῦ Μέλανος ποταμοῦ.] Idem Pauſanias in eadem Bœotia c. 38. p. 787. ab Orchomeno ſtadia ſeptem, Herculis templum oſtendi, ubi *Melanis* fontes oſtendantur, ſcriptum reliquit; qui fons et ipſe in Cephiſidem influit. Rurſum et in Arcadia, c. 28. p. 659. frigidæ aquæ *Melas fluvius*, qui præter Sidam Pamphiliæ decurrat. *Schottus.*

---

[r] Parum accurate hic, ut ſæpe, Schottus. Tzetzæ verba ſunt, ad v. 644. Κράτων δὲ παρὰ τὸ ἄρνας πολλοὺς ἔχειν, καὶ τὴν Κῶν ὁ αὐτὸς οὕτω φησὶ κληθῆναι, παρὰ τῶν οἰκούντων αὐτὴν Καρῶν· κῶν γὰρ τὸ πρόβατον οἱ Κᾶρες φασίν.

P. 386. 20. ἄστρα τε καὶ ἀστέρας.] Notum ex Grammaticis et Aſtronomis ἀστέρας ſingulas ſtellas appellari κυρίως, ἄστρα vero quæ ex multis conſtant, ut τὰ ζώδια. *Nunneſius.*

Ibid. ult. ἄρχει δὲ τῆς δαφνηφορίας παῖς.] De hoc puero Pauſanias in Bœoticis c. 10. p. 730. quem deſcribit diligenter. *Nunneſius.*

P. 387, 2. ὃ κωπὼ καλοῦσι.] Nuſquam alibi incidi in hoc nomen. Κώπα aut κώπεα περιτραχήλιος κόσμος eſt Suidæ, unde fortaſſe natum nomen. *Nunneſius.*

Ibid. 5. Ἰφικρατίδας δέ.] *Iphicratidarum,* quod eſt Atticum calceamenti genus, ab Iphicrate ſutore patre nato (nam et Harmodius illi generis ignobilitatem objecit, in Rhetoricis Ariſtot. II. 24.) meminit præter Pollucem VII. 89. et Suidam ex Damaſcii Hiſtoria Philoſophica ap. Photium p. 1045. Diodorus Siculus XV. 44. Ἰφικράτης τὰς ὑποδέσεις τοῖς στρατιώταις εὐλύτους καὶ κούφας ἐποίησε, τὰς μέχρι τοῦ νῦν Ἰφικρατίδας ἀπ' ἐκείνου καλουμένας. *Schottus.*

Loca Suidæ et Pollucis citat etiam *Nunneſius.*

Ibid. 7. κλῶνας πρὸς ἱκετηρίαν.] Εἰρεσιώνη [r] Græcis dicta, de qua non exſcribo quæ in Theſeo Plutarchus p. 10. Clemens Alexandrinus Strom. IV. c. 2. p. 566. Strabo I. p. 31=25. Suidas in v. Euſtathius Il. X. p. 1283=1389, 36. Schol. Ariſtoph. Plut. 1055. Herodotus in Homeri vita. Ut autem palma victorum erat, ſic oleæ rami ſupplicum. Virgil. Æn. VIII. 116. *ramos prætendit olivæ,* et aliis pluribus locis. Mos hic Palæſtinorum, ut Chriſto Hieroſolymam invecto occurrerent acclamantes, cum ramis palmarum, ut victori, et olivarum, ut ſupplices. Sic enim explicat Dorotheus Serm. XV. fuit et Græcorum. Livius lib. XXIX. 16. *Decem legati Locrenſium obſiti ſqualore et ſordibus, in comitio ſedentibus coſſ. velamenta ſupplicum, ramos oleæ, ut Græcis mos eſt, porrigentes, ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt.* D. Hieronymus adverſus Luciferianos, *tu pacem cum ſcuto petis, et nos olivæ ramum gladio inſerimus,* proverbii ſpecie dixiſſe videtur. De palma victoriæ ſigno in prodigiis pugnæ Pharſalicæ in Trallibus e pavimento prodeunte refert Cæſar Bell. Civ. III. 105. *Schottus.*

Ibid. 9. Ἀπόλλωνος Ἰσμηνίου.] Hujus Dei ſacerdos κυρίως, δαφνηφόρος, hoc eſt, *Laurifer,* cognominabatur; quem forma et genere inſignem quotannis ſacrabant; qui a colle *Iſmeno,* ad dexteram Thebarum portam ſic dictus eſt. Pauſanias in Bœot. X. p. 730. Stephanus vero lib. de Urbibus ab Iſmenio flumine, et Heſychius appellatum tradunt. *Schottus.*

Pauſaniam citat *Nunneſius.*

Ibid. Γαλαξίου.] *Galaxius* Apollo, a Galaxo Bœotiæ loco; de quo Plutarch. in lib. *Cur Pythia oracula reddere deſierit.* p. 409. A.

---

[r] Vide Meurſii Græc. Fer. lib. V. in voce ΠΤΑΝΕΨΙΑ.

Sic *Iſmenius* hic ante dicitur ab Iſmenio colle, vel Iſmenio flumine Bœotiæ. *Schottus.*

P. 387, 10. τὸ δὲ Τριποδιφορικὸν μέλος.] Sup. cum proponebat Hymnorum formas, non propoſuit hoc genus τριποδιφορικὸν, nec alibi, quod ſciam, fit ejus mentio: præterquam quod Pauſanias eodem loco, cum Daphnophorum puerum deſcripſit, addit ab illis Daphnophoris tripodem æneam dedicari ſolitum Apollini, qualis unus cerneretur Amphitryonis propter Herculem, qui δαφνηφόρος fuerat, Apollini conſecratus: incertum tamen eſſe an ab omnibus, an a filiis tantum locupletior dedicaretur. Ad eam dedicationem hoc genus Hymni factum credibile eſt, et quia τῆς δαφνηφορίας extremus actus erat ἡ τριποδιφορία, recte Proclus ſup. non expreſſit nominatim hoc genus hymni, de quo multa hic, eaque elegantiſſima leguntur. *Nunneſius.*

Ibid. 12. Πάνακτον τῆς Βοιωτίας.] Stephano ex Androtione caſtellum eſt Atticæ, ut Pauſan. I. c. 25. p. 60. non procul Salamine. *Schottus.*

P. 388, 4. λευκὰς—ψήφους.] Candida enim creta fauſta ſignabant veteres, atro colore infauſta. Perſius II. 1. *Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo.* Et Athenienſes reum morti adjudicaturi, calculo ſuo inſcribebant Θ, indicantes eum eſſe θανατωτέον: ut Romani C litera condemnabant, teſte Aſconio Pediano ad Ciceron. Div. in Verrem c. 7. Hinc proverbii ſpecie Lucianus in Apolog. (T. I. p. 723. λευκὴν—ἐνεχθῆναι.) λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι, apud Chiliaſten Eraſm. I. 5, 53. vide et Ovid. Metam. XV. 41. Perſius Sat. IV. 12. *Et potis es vitio nigrum præfigere Theta.* Martialis VII. 36. *Noſti mortiferum Quæſtoris, Caſtrice, ſignum? Eſt operæ pretium diſcere Theta novum.* Et Auſonius Ep. 120. *Tuumque nomen Theta ſectilis notet.* *Schottus.*

Ibid. 11. ὀσχοφορικὰ μέλη.] De horum Oſchophoricorum inſtitutione Plutarchus in Theſeo p. 10. et alii. Vocata [s] ὀσχοφορία, ἀπὸ τῆς ὄσχης, id eſt, palmite onuſto uvis, ut Harpocratio, et ex illo Suidas, Heſychius, et alii. Sed an ἡ ὄσχη Hippocratis, et ὀσχέα Ariſtotelis, aut ὀσχεὸς, ut Pollux Onom. II. 172. obſervat, hoc eſt, ſinus ille quo τὰ αἰδοῖα continentur, ἀπὸ τῶν βοτρύων nomen duxerit, an contra, incertum; utrumque alteri ſimile. Si ἀπὸ τοῦ ὀσχεύειν deducas, ut Etymologici auctor, et alii, ab animalibus ad ſtirpes tranſlatum erit; de quo tamen non magnopere laborandum. *Nunneſius.*

Ibid. 12. ἐστολισμένοι.] Stola indui ſolere in his ludis, etiam Etymologus, qui pleraque id genus ex Proclo tranſcripſit, auctor eſt. *Schottus.*

Ibid. 15. ἄρξαι δὲ Θησέα φασί.] Plutarchus in Theſei vita id confirmat de hac apud Athenienſes celebritate Oſchophorio-

[s] Vide Meurſii Græc. Feriat. lib. V. in voce.

rum: fcribitque ὠσχοφόρια per ω in prima fyllaba; ut et varie Lexicographi Græci: Julius Pollux, Hefychius, et ex Philochoro et Hyperide Harpocration. Nonnullis etiam, nifi librariorum, ut fit plerumque, vitium id eft, ὀσχοφορία, paroxyt. Plerifque enim proparoxytonum eft, ὀσχοφόρια. Theophilus, ut et Proclus nofter, παρὰ τοῦ ὄσχου, hoc eft, *uva et pampinis* derivat. *Ofchophorion* item locus Athenis; in quo Dianæ fanum; non procul a Phalero, ubi Minervæ Sciriadis templum fuit, auctore Hefychio, Nicandri interprete in Alexipharm. et Etymologici auctore: qui et ftola indui folere feftis illis diebus operatos ait; nam quod Ἰσχοφορία in eo vulgo legitur, apertum mendum eft. Callimachi verfus, qui in extremo in Delum Hymno leguntur, huc transtuli: Δὴ τότε καὶ στεφάνοισι βαρύνεται ἱρὸν ἄγαλμα Κύπριδος ἀρχαίης ἀριήκοον· ἥν ποτε Θησεὺς Εἵσατο σὺν παίδεσσιν, ὅτε Κρήτηθεν ἀνέπλει. Οἳ χαλεπὸν μύκημα καὶ ἄγριον υἷα φυγόντες Πασιφάης, καὶ γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ λαβυρίνθου, Πότνια σὸν περὶ βωμὸν ἐγειρομένου κιθαρισμοῦ Κύκλιον ὠρχήσαντο· χοροῦ δ' ἡγήσατο Θησεύς. Ἔνθεν ἀειζώοντα θεωρίδος ἱερὰ Φοίβῳ Κεκροπίδαι πέμπουσι τοπήϊα νηὸς ἐκείνης. *Schottus.*

Plutarchum et Harpocrat. citat *Nunnefius.*

P. 388, 19. τὴν Δίαν.] Diam Stephanus infulam et urbem Peloponnefi agnofcit, et quatuor cognomines; unam, quæ et Naxos; alteram juxta Miletum; tertiam juxta Sarmoffum; quartam ad Cnoffum Cretæ. Vide Gloffar. vetus. *Schottus.*

Ibid. 20. Δυσὶ νεανίαις ἐσκιατρεφημένοις.] Quos adolefcentes elegerit Thefeus, qua forma, ut illos educaverit, nemo melius nec copiofius Plutarcho. Addit Harpocratio, quod et repetit Suidas, lectos illos ἐκ τῶν γένει τε καὶ πλούτῳ προεχόντων. *Nunnefius.*

Ibid. 22. ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ.] Athenæus XI. p. 495. ex Ariftodemo lib. III. περὶ Πινδάρου, τοῖς Σκίῤῥοις, φησὶν, Ἀθήναζε ἀγῶνα ἐπιτελεῖσθαι τῶν ἐφήβων δρόμῳ, τρέχειν δ' αὐτοὺς ἔχοντας ἀμπέλου κλάδον κατάκαρπον τὸν καλούμενον ὄσχον. τρέχουσι δ' ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου μεχρὶ τοῦ τῆς Σκιῤῥάδος Ἀθηνᾶς ἱεροῦ. De fefto Scirrhorum et Minervæ cognomine Σκιῤῥάδος Harpocratio, et Schol. Ariftophanis Eccles. init. Nicandri quoque Scholiis in Alexipharmaca hæc illuftrantur. Ὀσχοφόροι, inquit, λέγονται Ἀθήνησι παῖδες ἀμφιθαλεῖς ἁμιλλώμενοι κατὰ φυλάς· οἱ λαμβάνοντες κλήματα ἀμπέλου ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου ἔτρεχον εἰς τὸ τῆς Σκιῤῥάδος Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Nunnefius.*

Ibid. 23. τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Σκιριάδος.] Minerva cognominata *Scirias*, aut *Sciras*; idque a Sciro, vate Dodoneo, qui vetuftiffimum ejus Deæ templum condidit; unde et Atticæ loco nomen datum; ut refert in Atticis Paufanias c. 36. p. 88. Σκιῤῥάδος duplici ρ eft in Athenæo XI. p. 495. Σκιράδος fingulari canina litera in Schol. Alexiph. Nicandri, et Hefychius Σκειρὰς, inquit, ἡ Ἀθηνᾶ. Harpocration vero Ἀθηνᾶν Σκιῤῥάδα τιμῶσιν Ἀθηναῖοι. Stra-

bo quoque IX. p. 603=571. Eadem fere Stephanus de Urbibus. *Schottus.*

P. 388, ult. ἐκ τῆς πενταπλῆς.] Hic *Cinnus* erat, ex oleo, vino, melle, caſeo, et hordeacea farina; quæ ſingula myſtice deſignabant aliud: de hoc verſus leges ſuper Eireſiona, hoc eſt, oleæ ramo lana coronato, in Theſeo Plutarchi, qui et initio quarti Stromatum apud Clementem leguntur. Lege et Homeri carmen apud Herodotum in vita ejus, Ariſtophanem, ejuſque interpretem doctiſſimum locis aliquot, Suidam, Euſtathium, Favorinum, et alios. *Schottus.*

Ibid. Athenæus l. c. addit hæc ex illo loco Ariſtodemi: Καὶ ὁ νικήσας λαμβάνει κύλικα τὴν λεγομένην πεντάπλοον, καὶ κωμάζει μετὰ χοροῦ· πενταπλόα δ' ἡ κύλιξ καλεῖται καθόσον οἶνον ἔχει, καὶ μέλι, καὶ τυρὸν, καὶ ἄλφιτον, καὶ ἐλαίου βραχύ. *Nunneſius.*

P. 389, 3. Εὐκτικὰ δέ.] *Hymnorum* ſpecies ſunt Menandro Rhetori Laodicenſi εὐκτικοί, [p. 30. ed. Heeren.] hoc eſt *precatorii* ſeu *votivi*, qui tenuem quandam deprecationem continent, ſine aliis orationis partibus; et ἀπευκτικοὶ contra, quibus contraria precamur. Vide Lud. Cœlium Antiq. Lect. VII. 5. *Schottus.*

Menandrum citat etiam *Nunneſius.*

Ibid. 5. Πραγματικά.] Ejuſmodi hymni ſunt aliquot apud Horatium, non omnes tamen Odæ, quæ inſcribuntur Πραγματικαί. *Nunneſius.*

Ibid. 6. Ἐμπορικά.] Περὶ ἀποπεμπτικῶν accurate idem Menander, qui ἐπελέγοντο ταῖς ἀποδημίαις θεῶν νομιζομέναις ἢ γινομέναις. Hujuſmodi refert editos a Bacchylide. Illud tamen τῶν ἐμπορικῶν, ad homines videtur potius pertinere. *Nunneſius.*

Ibid. 8. ἀποστολικά.] Cum de aliquo ad alium ſcribimus. Hujuſmodi multæ exſtant hodieque epiſtolæ verſibus dictatæ Antholog. VII. Tale putatur Pindari Iſthm. II. Sic enim nos monet Scholiaſtes: Οὗτος ὁ ἐπινίκιος γέγραπται μὲν εἰς Ξενοκράτην Ἀκραγαντῖνον, πέμπεται δὲ Θρασυβούλῳ διά τινος Νικασίππου, ὥστε εἶναι ἀποστολικὸν αὐτόν. Tales, ſed proſa oratione, non vincta, et veterum Chriſtianorum Præſulum, jam inde ab initio naſcentis Eccleſiæ, ſeſeque propagantis, *Epiſtolæ* commendatitiæ pauperum, iterque facientium; de quibus diſerte Gregorius Naz. cognomento Theologus στηλιτευτικῇ α' adverſus Julianum Imp. καὶ τὴν εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν, τήν τε ἄλλην ὁπόσην καὶ τὴν ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν, οἷς ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρήζοντας παραπέμπομεν. Harum epiſtolarum mittendarum ratio in Nicæna prima Synodo inſtituta eſt bono publico Eccleſiæ, de quibus Burchardus Wormacienſis II. de Eccleſ. Ord. c. 227. et Gratianus 73. diſtinct. et Ivopar. VI. de cauſſis clericorum c. 434. et ſeq. De his erudite diſſeruit ſingulari libello, amicus noſter Gerardus Rodolphus, Gravienſis: manum itaque de tabula. *Schottus.*

P. 389, 8. ἀποστολικά.] Hi videntur Hymni προπεμπτικοὶ, de quibus idem Menander Rhetor. *Nunnesius.*

Ibid. 12. τὰ γεωργικά.] Præter innumeros Rei Rusticæ scriptores a M. T. Varrone, Columella, Plinio enumeratos, Orphei γεωργικὰ nominat Is. Tzetzes. Talia Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέραι, quod opus expressit, vel vicit potius divinus Maro, libris quatuor Georg. Sic enim de se: *Ascræumque cano Romana per oppida carmen.* Pithoclis Samii ἐν τρίτῳ γεωργικῶν meminit Plutarchus. Chrysippus vero, Pamphili, et Paxami ἐν γεωργικοῖς Laertius et Suidas. Antiphontem, Dorionem, et Æschylidem Athenæus citat III. 78. A. XIV. 650. D. E. Omitto eos, qui μελισσουργικὰ scripserunt, Philistum, Neoptolemum, et Aristomachum a Plinio sæpe laudatos; et Nicandri Colophonii τῶν μελισσουργικῶν secundum advocat Athenæus III. p. 68. C. et Menecrates Ephesius poeta *de apibus*, laudatus a Varrone R. R. III. p. 5. cujus et Nicandri Scholia meminerant. Plura collegit Camerarius junior. *Schottus.*

Ibid. 10. γνωμολογικά.] Ut Theognidis, Phocylidis, Pythagoræ, Solonis, Tyrtæi, aliorumque ἀποσπασμάτια sæpius jam in vulgus data; collecta ex Plutarcho, Athenæo, Clemente Alexandrino, Stobæo, ceteris. *Schottus.*

Ibid. Videntur Odæ Parænetica, quales Horatii multæ; nisi velis τὰς παραινέσεις Theognidis et Phocylidis accipere; quæ Hymni non erunt; quod malim, quum Proclus supra negaverit hæc Melica esse. Sic et Georgica, quorum deinceps meminit, non sunt Melica, neque etiam τὰ Ἐπισταλτικά: quales Epistolæ fortasse Ovidii, et aliorum. Plura Odarum genera legantur in Indicibus illis Horatianis, et apud Menandrum, e quibus aliqua possunt ad hæc revocari: ut οἱ κλητικοὶ (p. 33.) πρὸς τὰ Εὐκτικά. *Nunnesius.*

Ibid. 12. χώρας καὶ φυτῶν.] Primum hoc præceptum dat Maro agricolæ, ut situm, habitumque locorum diligenter contempletur; et ante illum Hippocrates, et Theophrastus sæpius περὶ φυτῶν αἰτιῶν. Διαφέρει γὰρ πρὸς τὴν τελείωσιν χώρα τε χωρῶν, καὶ ἀὴρ ἀέρος. Ex quo M. Varro R. R. I. est mutuatus, quæ non exscribo; et de his Œconomicis Xenophon, dux idem bonus, et Philosophus. Περὶ φυτῶν, de stirpibus vero, præter Theophrastum, et Dioscoridem principes, varii scripsere; Phanias Eresius ab Athenæo laudatus, et Dionysius περὶ φυτῶν a Varrone, sive ut P. Victorius emendat, εὐφυτῶν. Oppius de silvestribus arboribus, a Macrobio Saturn. III. 19. citatus. Macer quoque carmine Latino, et alii. Nec enim Nomenclaturam institui; tantum quantum sit facta, in ipsa etiam poetica, Scriptorum jactura, recenseam. *Schottus.*

PRÆMONENDA TYCHSENII.

Quæ hic in lucem emittimus, anecdota talia ſunt, ut non valde ambitioſi eſſe videamur, ſi grata fore lectoribus noſtris confidamus, et ipſa expectatione majora. Sunt ea omnia Procli Lycii Platonici, de cujus vita et reliquis ſcriptis hic nihil attinet dicere: ſufficit de his, quæ jam prodire juſſumus, reliquiis, pauca monere, et, unde quodque petitum ſit, indicare. *Vitam Homeri* et de *Cypriis Carminibus* libellum deſcripſi e codice Iliados Homeri præſtantiſſimo et valde antiquo, qui aſſervatur in Bibl. S. Laurentii Eſcurialenſi, in quo hæc duo, e Chreſtomathia Procli excerpta, præfixa leguntur Iliadi uberrimis ſcholiis inſtructæ, de quibus alias plura fortaſſe dicentur. Sed Homeri vitam ſub Procli nomine jam olim edidit Leo Allatius in libro *De patria Homeri* Lugd. 1640. 8. p. 30. nulla tamen mentione facta unde ducta ſit, hoc ſolum addito: *Proclum meæ mihi qualeſcunque ſchedæ.* Nos jam e codice auctiorem ſiſtimus, collato inſuper alio apographo e codice Veneto, cujus deſcriptionem dedimus ſupra, ut cum ſimul reliquis Chreſtomathiæ fragmentis, ad quæ pertinuit olim, legeretur.

Quæ ſequuntur plane ſunt inedita, et, ſi quid judico, haud vulgaris pretii habenda, quippe quæ plurimorum veterum carminum ex cyclo epico argumenta exhibent, et inſignem Chreſtomathiæ Proclianæ partem reſtituunt, et in vitam quaſi revocant, de quibus omnibus, poſt renatas literas præter conjecturas et exilia Procli excerpta, vix quid-

quam legebatur. Sed de his graviorem audient lectores judicem, ill. Heynium, qui, qua eſt humanitate et in bonas literas ſtudio, curis ſuis exornare et expolire has reliquias non dedignatus eſt. Hoc tantum moneo, deberi illas omnes eidem codici Homeri Veneto, ex quo deſcripſit et mecum communicavit J. P. Siebenkees, cujus humanitati atque doctrinæ cum multa me debere gratus profitear, tum imprimis elegantem iſtius codicis deſcriptionem, quam hoc volumen exhibet, debet bibliotheca noſtra, et plura adhuc debebit.

HEYNII PRÆFATIO.

PROCLI Lycii Sec. V. philoſophi, etſi nonnulla ad nos pervenere admodum utilia, aliis tamen æquo animo careremus, modo ſervati eſſent χρηστομαθίας γραμματικῆς libri duo, quibus ille multa de orationis cum pedeſtris, tum poeticæ virtutibus e grammaticis congeſſerat, tum vero imprimis de diverſis carminum generibus ita egerat, ut ſimul excellentes in unoquoque genere poetas, eorumque vitas et carmina carminumque argumenta exponeret. Superſunt ex eo Excerpta, parum quidem diligenter curata, præclara tamen, in Photii Bibliotheca Cod. CCXXXIX.[a]

---

[a] Ut verba leguntur, non ipſum librum, ſed Eclogas Photius legiſſe dicendus erat: ἀνεγνώσθησαν ἐκ τῆς Πρόκλου χρηστομαθίας γραμματικῆς ἐκλογαί: quod non animadverſum a viris doctis miror. Sed vitio forte inſcriptio laborat. Et ſcriptum ſane erat: ἀνεγνώσθη ἐκ τῆς Π. χρ. γραμματικῆς. Firmes hoc ex lectionibus, quas Sylburgius ſubjecit libello ad Apollonii Grammatici calcem edito. Quæ etſi ita ſe habent, vel ſic tamen Photius non ipſum Proclum, ſed Excerptum aliquod ſeu Eclogas ex eo, in IV. libros diremtas, habuiſſe videtur. Hoc idem de Grammatico ſtatuendum arbitror, e quo mox fragmenta appoſituri ſumus. Videtur adeo ſatis mature ipſa Procli Chreſtomathia interiiſſe; ſuperſtites manſiſſe Eclogarum libri IV.

Ceterum adjungere placet his pauca litteraria, quæ ad Procli Chreſtomathiam ſpectant. Editionem ejus habemus ſigillatim factam 1590. *Francofurti apud Andreæ Wecheli hæredes Claudium Marnium et Joannem Aubrium*, et alteram 1615. *typis Wechelianis, apud heredes Joannis Aubrii*: adeoque utramque ex eadem officina: eſt tamen prior multo emendatior Fr. Sylburgii opera, quam altera hæc ignorat, And. Schotti præfatiuncula præmiſſa. Cum tamen ſatis conſtet, ab Andr. Schotto *primo* Procli Chreſtomathiam editam eſſe, cumque Sylburgii editio ipſi Schotto inſcripta ſit, mirari licet, quomodo in

Præmittam ex eo contextum verborum, ad quem illa, quæ e codd. nunc primum edita ſunt, pertinuere. Itaque, ubi de epica poeſi ex Proclo Photius agere incipit: γεγόνασι δὲ, inquit, τοῦ ἔπους ποιηταὶ κράτιστοι μὲν Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πίσανδρος, Πανύασις, Ἀντίμαχος. (Sunt hi quos Grammatici Alexandrini epicorum poetarum principes pronuntiarunt.) Διέρχεται δὲ (Proclus) τούτων, ὡς οἷόν τέ ἐστι, γένος τε καὶ πατρίδας, καί τινας ἐπὶ μέρους πράξεις (unde intelligitur vitam Homeri hoc loco inſertam fuiſſe) Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐπικοῦ κύκλου, ὃς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως· ἐξ ἧς αὐτῷ (l. αὐτοὶ) καὶ τρεῖς παῖδας γεννῶσιν (ita leg. pro γινώσκουσι) Ἑκατοντάχειρας, καὶ τρεῖς ἑτέρους (ἀποτίκτουσι) Κύκλωπας. Διεξέρχεται δὲ περὶ θεῶν τά τε ἄλλα τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα, καὶ εἴ πού τι καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐξαληθίζεται. (Hactenus *Cyclus epicus* ipſi eſt Cyclus ipſarum rerum, quæ argumentum poetis ſuppeditabant, adeoque is quem melius dicimus *Cyclum mythicum*, h. e. complexus mythorum, quos antiquiores poetæ ſuis carminibus expoſuerant: ducit is exordium inde a deorum genealogia et coſmogonia et procedit uſque ad extrema Ulyſſis fata.) καὶ

---

nova editione ab ipſo Schotto parata et xxv annis poſt iterum in lucem emiſſa, ſubjecta quoque Schotti *Obſervationum humanarum* libris quinque *Hanoviæ typis Wechelianis apud heredes Jo. Aubrii,* deteriora iterum lectoribus obtrudi potuerint. Suſpicabar habendum hoc inter librariarum tabernarum fraudes, quibus illi nos haud raro ludificant. Verum repetenda res eſt a Schotti malevolentia. Itaque de toto hoc genere ita erit ſtatuendum: And. Schottus *primo* in Hiſpania exſcriptum fragmentum hoc ex Codice (qui tamen Photii non fuit, ut ex Schotti præfatione ad Photium aſſequi licet) bibliothecæ Antonini Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis, cum latina verſione vulgaverat. Miſſum id ad ſe *iterum* edidit in Germania et Apollonio de Syntaxi ſubjecit Fr. Sylburgius 1590. ſed adhibito alio exemplo, quod olim ex Henr. Stephani bibliotheca deſcriptum, et ad duo codd. collatum ille habebat, multo plenius et emendatius: adjectæ quoque ab eo Notationes p. 385. 6. 7. Non neglecta eſt Sylburgii opera in Photio ab D. Hœſchelio paullo poſt 1601. edito. Sed ignorare eam videri voluit Schottus primo in vertendo e cod. Rom. Photio 1606. (in quo bonorum ille obtrectator Hœſchelii nomen ſtudioſe ſilentio præterit) tum in nova editione Procli ad calcem Obſervationum humanarum, in qua ne nomine quidem Sylburgium meminit, attexuit tamen Petri Jo. Nunneſii, Hiſpani Valentini, notas.

περατοῦται ὁ ἐπικὸς κύκλος συμπληρούμενος ἐκ διαφόρων ποιητῶν μέχρι τῆς εἰς Ἰθάκην ἀποβάσεως Ὀδύσσεως· ἐν ᾗ καὶ ὑπὸ τοῦ παιδὸς Τηλεγόνου, ἀγνοοῦντος ὡς πατὴρ εἴη, κτείνεται. (Nunc *Cyclus epicus* paullo aliter accipitur de *ipſo poetarum numero*, qui mythos Cyclo paullo ante dicto comprehenſos *carminibus epicis* expoſuerant. Horum carmina ſecundum argumenta mythorum, quos pertractabant, ita conſtitui potuere, ut, dum aliud ex alio ſe excipiebat, contextum fabularum inde a prima rerum origine uſque ad Ulyſſis exitum haberes. Hæc *altera eſt notio Cycli epici*, cum illa priore plerumque confuſa.) *Λέγει δὲ ὡς τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα διασώζεται, καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων.* (Si vera hæc ſunt, quod cur dubites cauſam non video, *Procli ætate cyclici poetæ adhuc legebantur:* et Proclus ex iis argumenta ipſe conficere potuit quæ in creſtomathia perſcripſerat.) *Λέγει καὶ τὰς πατρίδας τῶν πραγματευομένων τὸν ἐπικὸν κύκλον.* (Proclus in ſua Chreſtomathia non modo argumenta carminum, quæ Cyclum epicum conſtituebant, verum etiam poetarum, qui ea contexuerant aut contexuiſſe ferebantur, nomina et patriam adſcripſerat: adeoque etiam v. c. Leſchei, Arctini, Staſini etc. quæ omnia ab excerptore Photio omiſſa ſunt, qui ne carminum quidem cyclicorum mentionem fecit niſi *Cypriorum* in loco qui hinc ſequitur: *Λέγει δὲ καὶ περὶ τῶν Κυπρίων ποιημάτων* etc. locum apponemus paullo poſt, ubi ad illa carmina perventum erit. Nunc igitur ſic erit ſtatuendum: Proclus enarraverat carmina, carminumque argumenta et auctores, ex ordine, qui mythos antiquiores inde ab Urano carmine epico perſequuti erant; et quidem partim veterum grammaticorum ductu (erat enim liber *χρηστομαθία γραμματική*) partim lectione iſtorum carminum. Hæc quidem interiere omnia. Debuere autem eſſe in eorum numero Genealogiæ deorum, Titanomachia, Argonautica, Thebais, Heracleis, Theſeis et alia. Verum ubi in his mythis, adeoque in ipſis enarrandis carminibus, perventum erat ad *belli Trojani* tempora, ecce fuit Grammaticus, qui ex Proclo parti-

culam aliquam excerptam ſuo codici adſcriberet: atque ex hoc ſervata ſunt nonnulla, quæ hic apponimus: primo loco Vita Homeri jam ab Allatio vulgata, ſed truncata: altero loco Cypriorum reliquorumque Cyclicorum carminum argumenta, antea prorſus ignota. Debentur illa ſollertiæ et doctrinæ TYCHSENII noſtri V. C. qui cum Codicem Iliadis Matritenſem evolvebat, Procli nonnulla ſcripta animadvertit ac deſcripſit. Excitavit idem ſtudium viri doctiſſimi SIEBENKEES, Venetiis degentis, ut e cod. bibliothecæ S. Marci alia fragmenta deſcriberet, de quibus ſigillatim monebitur.

Quæ igitur nunc primo loco hic appoſita eſt Vita Homeri ab Allatio olim edita, emendatior ac plenior nunc exhibetur partim e codice Matritenſi V. C. TYCHSENII opera, partim e cod. Veneto a viro doctiſſimo SIEBENKEES, exſcripta. Si tamen eam modo interpolatam et aliena opera auctam, modo ſub finem truncatam dixeris, non habeo quod reponam. Sunt nonnulla ex his, quæ ex aliis Grammaticorum vitis Homeri apud Allatium, Barneſium, et nuper apud Waſſenbergium V. C. illuſtrari forte poſſunt: nolo tamen in his hærere, quæ ſatis nota ſunt aut eſſe poſſunt.

Quæ de ſtirpe et nomine Homeri narrantur, ſunt fere petita ex poetarum, qui Homeri mentionem fecerant, ornamentis ac figmentis poeticis, alia ex Grammaticorum acumine ſuper etymo ludentium, quod et cæcum et obſidem denotat, ducta, nec pro hiſtorica veritate erant illa venditanda. Si tamen priora illa ſequuti ſunt ſcriptores Hellanicus, Damaſtes Sigeenſis, et Pherecydes, qui ad Orpheum genus Homeri retulerunt, reputandum eſt, eos ſcripto mandaſſe mythos, ſeu ea quæ mythice tradita erant: eſt autem hoc mythicum, ſi a Muſis, ab Orpheo, Lino, Muſæo, vates genus ducere dictus eſt. Antiquior ceteris fama fuiſſe videtur illa, quæ ad Meletem fl. natales ejus retulit.

(A) # ΠΡΟΚΛΟΥ

ΠΕΡΙ

ΟΜΗΡΟΥ.*

ΕΠΩΝ ποιηταὶ γεγόνασι πολλοί· τούτων δέ εἰσι κράτιστοι, Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πείσανδρος, Παννύασις, Ἀντίμαχος. [a]Ὅμηρος μὲν οὖν τίνων γονέων, ἢ [b]ποίας πατρίδος, οὐ [c]ῥᾴδιον ἀποφήνασθαι· οὔτε γὰρ αὐτός τι λελάληκεν· ἀλλ' οὐδὲ οἱ περὶ αὐτοῦ εἰπόντες συμπεφωνήκασιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ μηδὲν ῥητῶς ἐμφαίνειν περὶ τούτων, τὴν ποίησιν αὐτοῦ μετὰ πολλῆς ἀδείας ἕκαστος, οἷς ἐβούλετο, ἐχαρίσατο. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ μὲν Κολοφώνιον αὐτὸν [d]ἀνηγόρευσαν, οἱ δὲ Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, οἱ δὲ Ἰήτην, ἄλλοι [e]δὲ Κυμαῖον· καὶ καθόλου πᾶσα πόλις ἀντιποιεῖται τοῦ ἀνδρὸς, ὅθεν εἰκότως ἂν κοσμοπολίτης λέγοιτο. Οἱ μὲν οὖν Σμυρναῖον αὐτὸν [f]ἀποφαινόμενοι, Μαίονος μὲν

---

